Et idem probat & tenet Paul.de Castr.in l.prima.C.de condi.inser.colũ.j.in ver.item quæritur, & dicit quod ista est veri-
67 tas † quod descendentes ex fæminis dicuntur esse de genere, & dicit se ita consuluisse, & sic repetit in consilio. 313. suprascriptus dominus consultor, in nouis. vbi etiam ad hoc allegat Specu.in titulo de loca.§.nunc aliqua.ver.155. & inducit text. in c.statutum.el j.in prin.de hære.in vj. Et idem cõcludit Io.de

a Matre. Deci. capitu. nouit. colũ. secunda de iudic. Bo. de Curtil. in tracta. nobili. par. iiii. nu 23. cũ seq. Alcia. in l. iamiliæ. de verb. signi. Pulchre & late do. Andr. Tiraq. in doctissimo suo tractat. de nobilitate & iure primogenituræ. c. 18. nu. 20. cum seq. nunc primum typis excuso Parisiis.

b Valet. Dic breuiter quod velet quantum ad ea quæ snnt in potestate consuetudinis, vel statuentium & intra eorum territorium duntaxat. nõ autem extra, nec etiam intra quantum ad ea quę non sunt in potestate consuetudinis vel statuentiũ. vnde valet q̃tũ ad diuidendas successiones, de quibus loquitur consuetudo, sed non ad exibendum a collectis regiis,

Imo. respondendo ad ea quæ in contrarium adduci possunt in cõsilio. lii. post exhibitum consilium, & idem Mari. in consi. xxvi. Do. Franc. in j dub. Et nouissime Do. Pe. phil. de Cor. consilio ccxxiij. in hac consultatione. libro 4. vbi inducit tex. in capitu. j. de schis. in vj. & idem Luc. de Pen. in l. fi. col. pe. C. de loc. præd. ciui. lib. xj. Et ista addenda sunt ad ea quæ tradit Bald. & Mod. in l. ij. C. de iu. emph.

†Similiter descendentes ex fęmina nobili sunt deterioris cõ- 68
ditionis, quia non dicuntur esse nobiles, quia nobilitas non dicitur a matre, [a] vt not. Bal. per illum text. in l. liberos. in fin. ff. de a
sena. & idem not. Bald. ponendo rationem. in l. fin. versi. sed hic quæro, C. de ser. fugi. & tradit Pet. de Anch. in cõs. ccclxxxix. visis diligenter iuribus. Et ideo non potest quis portare arma matris. quia tale ius deferendi arma non competit cognatis, vt not. Barto. in tract. de insign. & ar. in versi. quæro qualiter vbi allegat text. in l. ius familiarum. C. de reli. & ad hoc facit † q̃a 69
descendentes ex fœmina non sunt de familia eius, qui nascuntur, non matris familiam sequuntur. l. familiæ. §. fin. ff. de verb. significa. & intantum procedit quod dictum est, vt nobilitas ex persona matris non consideretur, quod statutum & consuetudo in contrarium non valet. [b] vt not. Bald. per illum text. in fin. b
in l. exemplo, C. de decur. libro decimo. In quo dicto aduertendum est, quod statutum vel consuetudo inferioris non valeret, quia ibi in dicta lege exemplo derogatur consuetudini. ideo consuetudo contraria, non valet, sicut etiam dicitur in authentica nauigia. C. de furtis. in autehn. omnes peregrini, C. communia de succes.

†Sed ab ipso Imperatore, vel principe, vel populo qui su- 70
periorem non recognosceret, & bene videtur quod statutum fieri posset, vel consuetudo induci quia quod nobilitas sit a patre, hoc a iure ciuili inductum est, sicut ius agnationis, quod tolli & mutari potest. §. fin. insti. de leg. angna. tute. vnde in totum nobilitas a statuto induci potest, vt not. Barto. in l. prima in fin. char. in ver. iij. ex prædictis. & in versicu. iiij. infertur. C. de digni. lib. xij. & Pau. de Cast. in consi. cxxvj. dubitatur. j. in iij. dubio in nouis.

† Econtra vero in pluribus casibus melioris [c] conditionis 71
sunt fœminæ, quam masculi. c

c Melioris. Ad de Spec. titu. de proba. versi. & econtra. in iii. colũ. vbi ponit xi. casus in quibus fœminę sunt melioris conditionis quã masculi. Hier. Cu.

Primo

a Crescit. Quare citius pubescit mulier quam masculus? vide Barto. in l. 2. C. de his qui ven. æt. imp. Hierony. Chuca.
b Carcerari. Vide Iaso. l. 3. C. de iur. emphy. & in l. prima docto. & præmaxime Phil. Fran. in capitu. mulieres, de iudic. lib. 6. in prin. Ias. in l. plerique. & in l. neque inpuberes, de in ius vocan. Barb. in capitu. lator. de pigno. col. 1. Soc. in tracta. fallen. in regu. 229. in secunda fallen.

c Tutelæ Ad. de Pe. Duen. in regu. vtriusque iur. in reg. 312. in 2. limitatio. latissime hanc limitationem cõprobantẽ. Zile.

d Comparere. Dic quod regulariter non teneatur comparere, nisi in casibus a iure expressis. ita Anchar. per text. ibi, in capitul. mulieres, de iudic. lib. 6. in 1. notab. & Paul. de Castr. in l. 2. ff. si quis cautio. §. si non propter. 2. col. & ibi Alex. & Bald. l. fin. C. de procu. H. C.

Primo, mulier citius potest facere testamentum l. qua ætate supra de testamen.

Secundo, prius matrimonium contrahit. institu. de nuptio. in princip. quia prius efficitur pubes. institu. quibus mod. tute. fini. in princip.

72 † Tertio, mulier citius veniam ætatis impetrare potest videlicet in xvii. anno, & masculus tantum in xx. l. 2. C. de his qui ven. æta. impetra. Et ratio prædictorum videtur secundum
a Bald. in dicta l. secunda quia naturaliter citius crescit [a] quod citius finitur.

73 † Quarto mulier non potest carcerari. [b] l. prima. C. de offic.
b diuer. iud. authen. nouo iure. C. de custo. reo. Et hoc habet locum in honestis mulieribus, secus in meretrice, quæ capi & carcerari potest. vt no. Ange. post. Petr. in l. quoniam. C. de custod. reor. Et idem not. Bald. in l. consentaneum. col. fin. C. quomodo & quando iudex. alleg. text. in argument. in. §. fina. in auth. de de resti. & ea quæ parit.

74 † Et hoc verum est, nisi esset in matrimonio; quia propter honorem matrimonij, licet inhoneste viuat, non potest carcerari. vt not. voluit Io. Andr. in titu. de iniur. in princip. in addit. Specu. argu. l. si vxor in. §. diuus. ff. de adulte. not. Rom. in l. si vero. §. de viro. in secunda fallen. supra solut. matrimo. Alexan. in l. plerique. ff. de in ius vocan.

75 † Secundo, fallit, in muliere obligata pro administratione
c tutelæ: [c] vt not. Bart. in auth. matri. & auiæ. C. quando mul. tut. offic. & in l. si quis sub conditione. ff. de test. tut.

Tertio, fallit, quando recusat redire ad virum; quia capi potest & extrahi de domo, vt ad virum ducatur, vt notabiliter tradit Abb. post Cardina. in capitu. literas. colum. fina. ff. de restitu. spolia.

76 † Quinto mulier non cogitur comparere [d] personaliter,
d saltem non est omnibus causis ex quibus masculis compellitur, vt not. Bald. in l. final. C. de procurat. in versic. vltimo quæro hic.

Sexto, Statutum quod nullus de magnatibus inter palatium, non intelligitur in muliere: vt not. Bald. in l. in multis. ff. de sta. homi.

77 † Septimo, mulier in diuisione quæ fieri debet, habet electionem: vt not. Bartol. in l. prima per illum text. C. de his qui se dese. libr. x. quod dictum videtur procedere specialiter in illo casu; vt sentit Bart. ibi, & Ioan. de Platea, quæ dicit, quod

mulier in isto casu habet duo priuilegia.
†Octauo statutum quod loquitur de bannito non habet lo- 77
cum in fœmina: quia ratio statuti non videtur procedere in fœmi
na: tradit Ange.in consi.57.primum est colum.pr m i.
Nono, si legatum factum sit monasterio, in dubio de mona-
sterio fœminarum & monialium intelligitur, quia locus magis
pius reputatur, vt not.Bart.in d.l.in multis.in fin.de statu homi.
alleg.Cyn.in l.cum multæ.C.de donatio.ante nupt.in vlt.quæ-
stio.vbi de hoc idem Bald.& Ange.sequuntur.
Decimo,† in crimine læsę maiestatis filiæ fœminæ sunt me 78
lioris conditionis, vt in l. quisquis. C.ad leg. Iulia.maiest.sa.
tex.in capitu.quicunque.de pœn.in vj.Et in simili si filij banni-
torum expelluntur de ciuitate, non intelligitur de filiabus:[a] vt a
no.Bald.in l.quicunque.C.de ser.fugi.
Vndecimo, † si mulier prægnans [b] sit, habet prærogatiuam, 79
vt habetur in l.prægnantis supra de pœnis: quia pœna differtur b
& torqueri non potest, de quo Bart.ibi, & Bald.in l.Impera-
tor.ff.de statu homi.& idem Bal.in l.interpolitas. in fin.C.de
transact.& Io.de Ana.in capit.i.colum.ij.de his qui fil. occid.
Duodecimo,† est melioris conditionis fœmina, quia pro ex- 80
communicatione non cogitur Romam petere.capitu.mulieres.
de senten.excommu.
Decimotertio, quia mulier pro minori metu excusatur quam
masculus, secundum glos.in capitu. cum locum.de sponsa.de cu
ius intellectu videndum est quod dixi in capitu.fin.de app. &
in capitu.causam matrimonij.de offic.de leg.
Decimoquarto, † est melioris conditionis respectu dotis.[c] 81
quæ est valde priuilegiata.l.i.ff.solut.matrimo.l.assiduis.C.qui c
pot.& in.§.fuerat.instit.de actionibus.

Decimo

a Filiabus. Adde Saly.& alios in d.l.quicunque.C.de ser.fugiti. Alberi.in l.si quis id quod.ff.de iurisd. omni.iudic.& in 4.par. statu.q.lxvj. incip. item quærit Iacob.Andre.Barba.in cle.prima.colum.xv.ver.facit dictum Bal.& col.20. ver.& in quantum superius dixi.de electio.Franc. Aret. in consi. xxxix.incip. in facto dicitur cõtingisse in prin. Fran. Cur.senio, in consi. xxx. incip.in facto contigit dubitari. & Francis. Curt. Iunio. in consil. lxxvj. præsupponitur i facto, colum. 3. num.8. Georgi. Nat. in tracta. statuto. repellẽ. fœmi. in 9.quę. 3.q. prin. versi. secundo dicit: Andr. Tiraq.in tract. de retrac. ligna.§.j. glos. ix. nume. 189. versi. nam Bal. in d. l.quicunq; & clarissimum D. Gigãtem in tract. crimi. læsę maiest. i rub. de pœnis quas filij incurrunt & cap.lib.4. q.13. num.9. Io. Bap. Zil. Venetus.

b Prægnans. Mulier prægnãs est maioris pretij quam non prægnans Albe.l.si quid.i.col.de leg.2. & an possit citari post partum.vide eundem l.non exigimus.§.si quid.i.col.si quis caut. Item potest examinari lite nõ contestata. Fely.c.quoniam frequenter. vt lite non contestata. vij.col.& post partum retinet eadem priuilegia ita Alexan.d.l.non exigimus.& non tenetur in iudicio comparere.Pau.de Cast.l.ij.§.si non propter.si quis cau.2.col. item non cogitur ad testimonium.Alex.l.Imperator. de statu hominum. item non potest torqueri, vt hic.de quo late per Hippolytũ de Marsil.in l.j. in prin.in v. col.versi.nono requiritur.& in l.edictum.in 3.col.supra de quæst.Hierony.Chucalon.

c Dotis. Cuius priuilegia vide late ibi per doctores, & per Bald.nouel.in suo tract.de dote, vbi ponit de priuilegijs competẽtibus cõstante matri.& et soluto

a Mulieribus falsum, & contra seruatur.

b Decimooctauo. Adde tu ꝙ mulier quæ est nupta si habeat rem cum clerico efficitur de foro ecclesiastico. ita Fely. c. cum sit. de foro compet. col. vii. idem etiam de laico habente rem cum moniali, secundum Maria. Socin. quem refert ibi Fely. Hier. Chuc.

¶ Decimoquinto, in muneribus corporalibus. l. iii §. corporalia. ff. de mu. & hono, Et ideo statutum de capiendo malefacto a rem, non intelligitur in mulieribus. [a] vt no. Ioã. de Pla. in l. patrimonium. C. de mune. patri. lib. x.

82 ¶ Decimosexto, † propter fragilitatem sexus mulieri magis succurritur, quam masculo: quia mulier plerunque contra propria commoda laborat. l. iii. C. de nup. Et ideo in muliere facilius iuris ignorantia præsumitur vt not. Bar. in l. fina. C. de iuris & facti ignoran. Et facit quod not. Bald. in rubr. C. de rerum permu. circa fin. vbi dicit quod in muliere & rustico præsumitur simplicitas, non obstante iuramento; quia iuramentum captiosum est. Et facit quod supradictum fuit de Velleiano & fragilitate mulieris.

¶ Decimoseptimo, in casu l. sicut patronus. ff. de ope. lib.

b ¶ Decimo octauo, [b] in casu l. iii. §. si filiofamilias. ff. commod. & de his not. Spec. in tit. de procurato. in. §. i.

83 ¶ Et ad supradicta notandum est, † quod priuilegium datum alicui pro se & filiis masculis & feminis, non competit filiæ c nuptæ. [c] Ad hoc allegatur dictum Bartol. in l. quoties. C. de priuileg. schola, libr. xii. vbi Angel. & Ioan. de Platea. sequuntur.

¶ Sed Maria. Soci. in consi. incip. reuerendus dominus de Rauella. prout Moder. retulerunt in c. nouit colum. j. de iudic. re- 84 probat illud dictũ: † quia mulier nupta retinet tamẽ originem & fami-

c Filiæ nuptæ. Hãc tenẽt Bart. Angel. Platea d. l. quoties. Felyn. cap. nouit j. colum. de iudic. Barba. cap. proposuisti. de foro competen. col. fi. Corſ. singu. in versi. priuilegiũ, Iaso. & Rom. in l. cum quædam. hic alleg. & Rom. l. i. in prin. ad Sillã. Barth. Brix. in suo repertorio in versi. posteri. Curtius. in addit. ad Alexan. in d. l. cum quædam. & hęc est communis opi. tamen contrariam opi. tenet Alex. in d. l. cum quædam & do. Philip. hic, circa quod primo est videndum in text. an d. l. quoties. probet. id ad quod alleg. per Bar. & doct. & an Bartol. dicat id ad quod allegatur. Quo ad primum dico quod tex. in d. l. quoties. probat opinionem Bartol. & doct. duobus modis. primo in verbo liberi. vbi dicit quod si liberi alterius iudicis iurisdictioni se submiserunt, quod perdunt dictum priuilegium: ergo patet quod tam filii quam fœminæ mutando forum perdunt priuilegium. Secundo inquantum dicit, matres vt eorum in viduitate &c. vult quod matres & sic ascendentes per lineam fœmininam quibus competit priuilegium ex persona filiorum, quod gaudeant dicto priuilegio, si permanserint in viduitate, alias secus. Ergo videtur quod contrahendo matrimonium perdant priuilegiũ & sic idem videtur in filia nupta; & hoc modo probat id ad quod Bartol. allegat. quicquid dicat Philippus Cornei. in dicto suo consil. clxxvii. in fina. capitu. iiii. volumi. de quo vide Barbati. qui tenet hanc opinionem. & dicit se ita consuluisse, in clemen. prima de electio. colum. lxviii. versicul. ego vidi dubitari. Hierony. Cucha.

& familiam patris; vt no. Bartol. in l. fina. §. penulti. ff ad mu. nicip. Et contra Bar. etiam tenet Alexand.[a] in l. cum quædam puella. col. fina. ff. de iurisdict. om. iudic. Et late id cõcludit Cor nel. Perus. in consil. clxxvij. circa quod est primo videndum, col. fin. lib. 4.

a Alex. & in consi. 125. num. 10. libr. 7

Sed non est laborandum; quia Bartol. in dicta l. quoties, non dicit illud ad quod allegatur. Et verissima conclusio videtur † quod filia nupta gaudeat priuilegio dato patri suo 85 & filiabus quia licet mulier nupta sit remanet tamen in pote. state patris, vt not. per gloss. institu. ad Tertu. §. j. in versicu. parentes & not. Bald. in l. si vxorem, in princip. C. de con. ditio. inser. Et retinet originem & familiam patris, vt no. Bar. in dicta l. fina. §. penul. ad municip. & Bald. in dicta l. cum quæ dam puella. Et ideo bona prohibita alienari extra familiam, non prohibentur alienari in filiam nuptam. vt Alexand. con cludit in consil. lvj. consideratis verbis colum. penulti. libr. j. & late hoc tradit Socin. in consil. ccxxvii. præsens consulta. tio. colum. ix. Et cum prędictis etiam concordat Alexand. in in consil. xx. viso processu, in fin. libr. ii. in consil; ci. ex inspe ctione. in princ. lib. ii.

† Extra casu supra notatos, in quibus expresse inter ma- 86 sculos & fœminas differentia constituitur, a pari procedunt regulariter masculus & fœmina: qui enim inter eos differen. tiam inducunt, naturæ accusatores existunt. vt dicitur in l. maximum vitium. C. de lib. præte. & in l. lege xii. tabularum. C. de leg. hære. & in § nostra constitutio, institu. de exhered. lib. ibi, inter masculos & fœminas nihil interesse existimas. & in authen. defuncto, C. ad Tertul. ibi exclusa prorsus omni no differentia sexus. & in authen. in successione. C. de suis & leg. ibi, nõ distinguendo sexus. Ad idem tex. in §. cõsideremus in fin. in versic. non autem in authen. de trien. & se mis. ibi, nõ autem distinguemus de filiis, siue masculi, siue fœminæ sint. Ad idem text. in l. mulier an masculus. ff. ad Trebe. in l. penul. C. qui bo. ced. poss. ibi, vtriusque sexus, & in l. quoties. §. impe. rator. ff. de pollici. ibi, non tantum masculos, sed etiam fœmi. nas & in l. i. §. & generaliter. ff. de leg. præstand. ibi, sed nec personas prosecutus est, vtrum ex virili sexu an ex fœmini no descendunt. & in l. ii. §. 1. ff. unde legi. ibi, non tantũ mascu. lorum, sed etiam fœminarum. & in l. omnes omnino. C. de agrico. & censit. libr. xi. ibi, sine vllo sexus discrimine, & in l. vel quæ pater. §. liberis. ff. de religio. ibi liberis vtriusque se. xus & facit text. in c. i. in fin. de vita & honesta. clerico. vbi fœminis sicut masculis laicis ingressus ecclesiæ ad orandum pariter conceditur. Et mulier in contractibus principalibus masculo æquiparatur: vt no. Bal. per illum text. in l. si a mulie re. C: de Institu.

† Et sic mulier nullam habet prerogatiuam ultra masculum 87 nisi

a nisi quatenus expressum in iure [a] reperitur.l. fina. vbi Bald. C.de iur. & fact. ignoran. vnde quod disponit in monachis, etiam habet locum in monialibus. in his quę sunt eis proportionabilia. vt not. Abb. in c.fi. per illum text.in vltimo notabili de statu.reg.de quo nota.Card.in clemen.j.in v.quæstio. de regula.

88 † Et eodem modo statutum quod imponit pęnam in aliquo casu etiam habet locum in fęmina, vt not.Barto.in l. iura. in fin. ff. de leg. vbi loquitur in statuto pęnali, quod quis non vadat de nocte sine lumine. Nam etiam comprehendit mulierem. & idem not.Barto.in l.j.in fin.ff.de pecu.post Cyn.in l.j. in an-
b tepenul.q.C.quæ sit lon.consue.& Bald.[b] in l.quicunque. colũ. iij. C.de ser.fugit.

89 † Et idem in statuto quod imponit pęnam pro violentia illata cum armis vel sine, quia etiam mulierem includit. vt not. Imol.Rom.Paul.de Castr. & Alexand. in l.si constante.§.fin. ff.solu.matrimo.Et facit quod not.per glo. magnam quam Bald. & docto. sequuntur, in l. si quis in tantam.C. vnde vi. quæ tenet pœnam illius l.etiam habere locum in muliere. facit glos. in l.j. C.de rapt.virg.

Aliqua iura ex supradictis alleg.Specu. in dicto titu.de procurato.§.j.

Et quia supra proxim. dicta in effectu pendent ab illo arti-
c culo, quando masculinum concipit [c] fœmininum, hic non impertinenter pro complemento huius l.applicari potest, & plenius & meliori ordine quam hactenus scriptum sit, declarabitur.

90 † Sit ergo conclusio & regula affirmatiua, quod masculi-
d num [d] concipit fęmininum, quia dicit text. in l. quæ duos, in fin.de lega.iij. quod sexus masculinus semper fœmininum continet, & in l. seruis legatis. de leg.iij. dicitur quasi commune nomen vtrunque sexum continens, & hoc procedit etiam secundum Grammaticos, vt dicit Pau.de Cast.in l.quicunque.C. de ser. fugi. Et hoc etiam habet locum in lege diuina, vt not. Abb.per illum tex.in cap.maiores.colum.ij.versi.item noto. de
91 baptis.Et ratio huius conclusionis videtur, † quia non debet fieri differentia inter masculum & fœminam.l. maximum vitium. C.de libe. præter. cum simil. supra allega. Et istam rationem adducit Petr. de Anchar.in consil.cxx. pro clariori. Et attenta hac ratione dicendum est, quod regula procedat in materia indifferenti, prout text. loquitur in d l. maximum vitium. & ita prima regula limitatur. Secus ergo videtur in ma-
e teria differenti, [e] quæ non ita conueniret fœminis sicut masculis, quia tunc masculinum non complectitur fœmininum, vt nota. Barto.in l.j.ff.de verbo. signifi.& in l.j.in fin.ff. de pecul.& idem dicit Bald.in l.seruus.C. communia de succes. & in l.in multis. & in versicu. & nota  masculinum. supra de statu

a In iure. Alexan. consi. 75. nu.10.lib.v.cõsil.165.nume.8. lib.6.And. Tiraque. in tract. cõuentio.§. iiij. glo. vij.nu. 17.

b Bald. Adde eundem in l. ne passim. C. de iur. & fac.igno. vbi dicit, quod mulieres ligantur statutis, nisi expresse repeciãtur exceptę. H.C.

c Concipit late.domi. Andr. Tiraq.in tract. retrac.pxi.§.j. glo.ix. nu 244. cum sequen.

d Masculinũ. Hanc regulam ponit Socin. in suo tract.fallen. in regul.255. fol.39. vbi ponit 9. limit. & vide late Ias.in l. si quis id qđ. de iuris.om. iu. q loquitur quasi in omnib. casibus qbus hic do. Phil. Deci. Card. in cle.j. de electio.& in clemen.j. de sepul.Hier.Chu.

e Differẽti Alexan.consi. 135. col.fi. lib.j.

ho. Et idem Bald. in l.tres. fratres in versi. & est argumentum. ff.de pact. & in consil. 201. in prouincia. colum. fina. libr.j. & not.Salic.in dicta lege quicunque.C.de ser.fugi.& Cuma.in consil.lxxxiiij. præsupposito & facit quod supra dictum est in hac lege de † statuto requirente consensum propinquorum, quod 92
non intelligitur de fœminis, quia est diuersa ratio in fœminis, vt dictum fuit. Et ista ratione si statutum præponit agnatos cognatis, non intelligitur de fœminis, vt voluit not. Ioan. de Ana. in consi. 4. visis statutis in secundo dubio. Et reperio quod Bald.idem. dicit in consi. 483.circa quæstionem lib.v.Et ista prima limitatio etiam habet locum si statutum expresse dicat, quod masculinum concipiat fęmininum, quia statutum intelligitur si materia adaptari potest, & sit eadem ratio in fęminis, vt not.Bald.in consi.47.factum tale est libr.v. Et tale statutum secundum ius commune intelligitur & parum operatur, vt tradit Corn.Peru.in consi.11.stantibus dictis statutis.libr.j. Nisi statutum diceret quod in omnibus casibus masculinum concipiat fęmininum, vt idem Corn.Peru. scribit in consi.306.quo ad primum.col.pen.lib.i.

† Secundo, regula procedit & interpretatione extensi- 93
ua,[a] quia de proprietate sermonis masculinum non concipit fęmininum, vt notat Barto.in d.l.i.de verbo.sig.per tex.in l.pronuntiatio in princip.ff.de verb.signifi.vbi dicitur quod pronuntiatio sermonis in sexu masculino, plerunque ad vtrumque sexum porrigitur, ergo illud videtur per extensionem per illud verbum, porrigitur.facit text.in l.ii.de lib.cau.ibi, ad iniuriam nostram porrigitur.Et ad hoc alleg.tex.no.in l.in adoptiuis versicu.quæ in filio.C.de adop.vbi expresse dicitur, quæ in filio diximus, hoc in filia extendimus.

a Extẽsiua.limitat Alcia. in l.inter stuprum. in fi.supra. tit.j. Vide do.Andr. Tir.in tract. retrac. proxi.§.j. gl.9.nu.223.

Et ista limitatio sane intelligitur in nomine masculino, prout est seruus, equus, filius. Secus est in termino communi, prout est homo. † Et idem si dicatur, si quis, quia intelligi- 94
tur, homo, & tali casu in termino communi masculinum comprehendit fęmininum de proprietate sermonis.vt Barto. concludit in d.l.i. de verbor. significatio. per illum textum vbi verbum si quis, complectitur tam fęmininum quam masculinum. Et hoc proprie propter illud verbum complectitur, Et idem sequitur Bald.in l.Gallus in princip.colum.fin.de lib.& posthu. Car.in clemen.j.in iij.quæstio.de elect.Dom.in cap.generali.colum.iij. de elec. in vj. Alexand. in consi.61.super eo. libr.j. & idem Alexand.in consil.xxiiii.animaduersis colum.iiij. libr.ii. idem Cuma.in consi.166.visa. & Benedic.Capra.in consi.62. cũ viso circa finem.

Et circa prædictam doctrinam Bar. primo dicit Ange. in d.l. quicunque.C. de ser. fug. quod in materia fauorabili talis differentia non attenditur, quia termini sunt communes in substantia, licet non in prolatione sermonis, Secundo dicit

Domi.

Domi. in d. cap. generali colum.iij. quod talis differentia non attenditur, quia ista est interpretatio passiua quæ habet locum etiam in statutis.

95 †Tertio dicit Barto. in l.j. colum. fin. ff. de pecu. quod licet de proprietate sermonis masculinum conciperet fœminum, illa tamen est oratio indefinita quæ de proprietate sermonis non æquipollet vniuersali, & loquitur Aretin. in consi. 39. in facto col. ij. in ver. pro hac decisione.

Et hoc videtur esse intelligendum, quando profertur ab homine. Secus videtur si a lege vt not. Barto. in l. si pluribus, de leg. secundo

Quarto & vltimo considerandum est, quia non videtur quod Barto. bene dicat in secundo membro, dum inquit, æquiparando siue dicatur de homine simpliciter, siue dicatur si quis, quia

96 intelligitur de homine secundum eum, †Nam hoc non videtur verum, quia licet terminus homo, sit communis si proferatur simpliciter, non tamen sic videtur, si dicatur si quis homo,[a] quia tunc terminus homo, restrictus videtur in masculino per illud verbum, si quis quod est masculini generis. & ita Fulgo. dicit in d. l. quicunque.

a Homo Imo. idem.

97 †Tertio regula limitatur vt habeat locum quando genus masculinum in nomine appellatiuum exprimitur. puta filius vel seruus. Secus si in nomine proprio. Vt not. Barto. in d. l. j. de verbo. sign. per l. si quis ita. §. j. cum glo. in ver. filio. ff. de testament. & idem Ange. dicit in d. l. quicunque. Et idem est si expresse dicatur de masculo, quia tunc fęmina non comprehenditur, vt Abb. tradit in consi. 37. videtur primo in j. lib. vbi inquit, quod terminus masculus tantum conuenit viris & non fœminis, idem Anto. de But. in consi. 46. recte decisum est. & Io. de Ana. in consi. 22. ad approbandam.

b Et idem si dicatur viris, quia non veniunt fœminæ[b] vt not. Bar. per illum tex. in l. i. supra de legi. & Bal. in l. scripturas. per illum tex. C. qui po. in pig. hab. de quo supra dictum fuit. Et ad hoc etiam allego bonum tex. in cap. maiores, de baptism. ibi tam viri quam fœmine baptizantur.

b Fœmine. vide late Iaso. in l. si quis ibi. 4. colū. de iurisd. omn. iud. versi. decimo limita. & Alex. in l. i. de verb. sig. qui dicit, quod etiā in statutis ratione vsus masculinum virorū cōcipit fœmininū Hier. Ch.

98 †Quarto limitatur nisi constaret de voluntate disponentis quia tunc masculinum non continet fęmininum, vt not. Barto. in d. l. j. de verb. sign. per l. Lucius. §. quæsitum. de leg. iij. ibi nisi aliud sensisse testatorem probetur. Et idem dicunt Ange. & Sali. in d. l. quicunque.

Et hoc clarum videtur quando apparet de voluntate, idem tamen est etiam si hoc ex coniecturis colligatur, quia voluntas testatoris quæ apparet ex coniecturis etiam attenditur lege licet imperator vbi Bartol. de legat. i. l. cum auus de conditione & demonstra. l. cum præponeretur in fin. l. qui solidum. ff. de legatis primo.

Et exemplum poni potest in notabili quæstione quam ponit Paul.

Paul.de Cast.post Fulg.in l.j.colum.fin.C.de condict.insert.vbi inquit, † quod si pater instituit filiam in re certa, & filium 99 vniuersaliter instituit, ecclesia substituta, si filius institutus sine filijs decederet. Nam tali casu illa conditio filiorum intelligitur de masculis,[a] quia non est verisimile quod testator voluerit a neptes esse melioris conditionis, quam filias proprias. ar.l.si viua matre.C.de bo.mat.de quo dicendum est. vt tradit idem Pa. de Castr.†in consil.77.‡casus frequenter contingit & in consilio. 355.'viso dicto testamento. & Rapha. Cuman. in consil.117.in testamento in princ.cum similib. vt dixi in consi.xv.Et nouissime late in hoc insistit Socin.in l.cum auus.in 13.chart.ff.de condi.& demon.

a Casu. nisi quando ex proprietate sermonis vt supra eo. nu.96.

¶Et in proposito de dictis coniecturis tradit Bald.in l. tres fratres.x.not.ff. de pact. cum similib. & Alexand.tradit in consi. cxxvij.viso testamento.lib.j.

¶† Et ad conciecturandum voluntatem testatoris non parum 100 facit qualitas testatoris.quia si ipsa fœmina sit, non est verisimile quod voluerit fœminas excludere, vt in nota. casu sing.scrip. Petr.de Ancha. in consi. 339. pro maiori intelligentia colum. iiij. Et de isto consi. feci mentionem in cap. præsentia. in v. char.de proba.

¶Et ex hoc colligi potest limitatio ad tex. in l.j. de iure immu. quod dispositio illius legis non haberet locum si priuilegium, immunitatis concessum fuit ab aliqua muliere, puta a regina vel ducissa, quod addendum est ad ea quæ dicta sunt supra circa intellectum l.j.§.fi.de iure immu.

¶†Quinto, limitatur quando esset facta mentio distincte de 101 vtroque sexu.quia tunc masculinũ nõ concipit fœmininũ, vt not. Bald.in l.multis.in fin.ff.de statu.hom.quia expressum facit cessare tacitum.l.cum ex filio.§.j.ff.de vulga.Et reperio quod Bal. hoc idem dicit in consilio 186.quia allegationes lib.j. secundum nouam formam.

¶Sexto, regula non habet locum stante statuto quod verba intelligi debeant ad literam. Nam tali casu masculinum non contineret fœmininum vt no.Bald.in consi.360.Ioannes. lib.v. & Cor.Perus.idem tradit in consilio 14.in præsenti. consultatione. col pen.lib.ij.

¶†Præmissis prædictis limitationibus quæ generales sunt. 102 nunc videndum est an regula habeat locum in omni materia,[b] b

b Materia. Vide Barb. in cle. j.de cleri.in xj. col. Hier. Chu.

¶Et ad maiorem declarationem possunt formari decem quæstiones.

¶Prima, quid in vltimis voluntatibus.

¶Secunda, quid in contractibus.

¶Tertia, quid in dispositione legis.

¶Quarta, quid in statutis.

¶Quinta, quid in gratia vel priuilegio.

¶Sexta, quid in rescriptis.

¶Septi-

Septima, quid in sententia.
Octaua, quid in officiis.
Nona, an appellatione fratris veniat soror.
¶Decima, videndum erit de quibusdam quæstionibus in specie.

Postremo econtra; An fœmininum concipiat masculinum.

103 †Circa primam in vltimis voluntatibus iura clara sunt quod masculinum comprehendat fœmininum; quia legatis mulis etiam mulæ conitnentur. l. qui duos. de leg. iii. & legatis seruis seruæ veniunt l. seruis legatis eod. titu. de legat. iii. & in §. i. in authen. de non eligen. ibi. duos filios masculum & fœminam. Et in substitutione not. Pet. Anch. in consil. 120. pro clariori.

Et conditio illa, si decesserit sine filio; etiam de filiabus intelligitur; ut no. Io. An. & doct. in c. Raynaldus. de testa. cum simil. vt dixi in consi. 15. in prin.

Et ex ista communi opi. confunditur quod dicunt. Mod. Papien. videlicet Ias. in l. si quis id quod. col. 4. ff. de iur. om. iud. quod si testator reliquit fundum Titio & filiis successiue, & non stantibus filiis substituit ecclesiam, quod ecclesia non excluditur stante filia: quia ecclesia substituta tollit præsumptionem filiorum de qua in l. cum auus. ff. de cond. & dem. & l. cum accutissimi. ff. de fideic. vt not. tradit Pet. de. Anc. in cõs. 46. prima facie. nam talis decisio, quam ponunt Mod. in d. l. si id quod fundata in præal. consil. Pet. de Ancha. non est vera quia est contra communem op. quæ habet quod in ultimis voluntatibus masculinum concipit fœmininum, vt supra dictum est.

Non obstat dictum Pet. de Anch. quia ad propositum non bene adaptatur: quia fauor ecclesiæ ita excluderet masculos sicut fœminas in casu in quo loquitur. Pet. de Anch.

Propterea contrarium eius quod dicit Petr. de Anch. tenet
104 Bald. in d. l. cum acutissimi. † quod illa lex etiam habet locum ecclesia substituta. de quo dicendum est, vt late Socin. scribit in d. l. cum auus. in vj. char. in versic. secundum correlarium.

105 †Et prædicta conclusio, quod in vltimis voluntatibus masculinum concipiat fœminum, procedit in materia fauorabili. Secus est in materia odiosa: puta si facta sit exhæredatio de filio non haberet locum in filia. l. j. § sed & si incertum. ff. de ven. in pos. mit. & not. Bar. in d. l. j. de verb. sig. Et isto casu verificari potest quod dicit glos. in c. generali. de elec. in vj. quod in fauorabilibus masculinum concipit fœmininum. & non in odiosis. Et ita simpliciter etiam Bald. dicit in consilio. 226. præmissis verbis colum. fina. libro 5. & Cuman. in consil. 366. visa.

Sed

Sed tamen aduertendum est, quia text. in d. l. pri. de vent. in poss. mit. videtur loqui quando verba masculini generis geminata sunt. vt colligitur ibi, si mihi filius unus nascatur. Quo casu dici pōt, quod illa verborum geminatio hoc operetur: quia verba geminata præcisam ostendunt voluntatem disponentis, vt not. Bal. per illum tex. in c. cum te de rescri.

Vel secundo responderi potest, quod ille text. videtur loqui in casu claro quando constabat de voluntate testatoris, quod noluisset filiā exhæredare, sed solum filium: & tunc bene adaptatur casus de quo ibi loquitur; quia incertum est an nascatur filius, vel filia. Et licet hoc modo tex. cauillari posit, negari tamen non potest quin in d. l. i. §. sed. & si incertum, pro constanti præsupponatur quod exhæredato filio non sit filia exhæredata, & sic bene probatur ibi communis opini. quia materia odiosa est. Et facit text. in l. ii. & in l. cum quidam, de liber. & posthum.

† In secunda questione communis est opinio, quod in con- 106 tractibus [a] masculinum non concipiat fœmininum, vnde si quis recipit emphyteusim fundum pro se & filiis non veniunt fœminæ: vt voluit Guid. de Suza in l. veteribus, per illum tex. ff. de pact. quia verba interpretantur contra illum qui illa protulit. Et idem tenet Archid. xvii. q. iiii. in cap. si quis suadente. cum simil. vt Alexand. tradit in consil. 61. super eodem. libr. i. & in consil. 113. viso instrumento, lib. ii. & in consil. 204. consideratis verbis eod. libr. ii. & dixi in ca. in præsentia, de prob. colum. 17. & idem tenet Imol. in consil. 37. in casu præmisso. & Cuman in consil. 167. vbi dicit hoc præsertim procedere in contractu stricti iuris.

a Cōtractibus. Late And. Tiraq. in tractat. retract. proxi. §. 1. gloss. 9. nu. 181.

Et quod dictum est etiam sequitur Rom. in consil. 35. visa facti serie. & Corn. Perus. in consil. 74. de duobus col. fi. lib. j. & in consi. 171. post redditum consil. col. fi. lib. iii. & in consi. 233. in hac consultatione. lib. iiij.

† Prædicta conclusio habet locum quando in contractu di- 107 citur de filiis: secus si dicatur de liberis, quia tunc etiam in contractibus feminæ includuntur: vt no. Bal. per illum text. in l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius voc. Petr. de Ancha. in consil. 125. visis. Alex. in d. §. liberos. & in consi. 80. viso, lib. i.

Sed tamen talis differentia non videtur procedere sine dubio: quia ratio dictæ l. veteribus. ff. de pact. etiam videtur militare in liberis; quia sicut appellatione liberorum veniunt feminæ cum masculis. d. l. sed si hac. §. liberos. & in l. fin. ff. de censi. & in l. cognoscerre. §. liberorum. ff. de verbo. signifi. Eodem modo appellatione filiorum veniunt filie, vt supra dictum est. Et tamen in contractibus non veniunt, per d. l. veteribus, quæ quidem etiam videtur militare in liberis: nā etiam quandoque appellatione liberorum non veniunt fœminæ l. liberos. ff. de senat, vnde concludendum videtur, vt infra dicam.

Secundo

Secundo, conclusio supra facta in contractibus non haberet locum quando absurdum sequeretur, si fœminæ in contractu non includerentur, vt Alexandr. declarat in d.l.sed si hac.§. liberos.& in consi.61.super eo.lib.primo supra alleg. & ibi respondet ad illum text.in.§.liberos.

Tertio, prædicta conclusio non videtur habere locum in donatione, quæ late debet interpretari, capitu.cum dilecti.de don.

Et ad hoc allego decisionem Angel.in consil.242.super primo in fin. Cardina. in consilio 64.quod dicta verba, & dixi in consil.32.

108 †Postremo aduertendum videtur, quia licet communis sit opinio.quod in contractibus masculinum non concipiat fœmininum, vt patet ex supradictis, tamen ista opinio. non probatur in re, quia reg.l.veteribus, dicit, quod in re obscura & ambigua interpretatio fit contra venditorem & contra locatorem qui apertius potuit legem dicere. Sed hoc in isto casu non videtur adaptari, quia non videtur obscurum nec ambiguum, quando dicitur de filijs, quin comprehendantur filiæ, quia hoc semper habet locum, quod masculinum concipit fœmininum d.l. qui duos, de leg.3. Et cum ista sit regula, res clara & certa dicitur pro eo qui fundatur in regula, vt not. Bartol.in l.quoties.ff. si quis cau. Et quia hoc est in vltima voluntate, vt supra dictũ est, ergo pariter idem videtur esse in contractibus, quia ratio diuersitatis efficaciter reddi non potest. Nec valet ratio Alexan. in d.consi.61.dum inquit, quod in vltimis voluntatibus sit larga interpretatio.l.infestamentis.ff. de regu.iur. quia illa regu. non habet locum in legatis in quibus attenditur quod minimũ
109 est l.numis.de leg.3.l.apud Iulia.§. Scio de leg.3. † Et tamen in legatis masculinum concipit fœmininum.d.l. qui duos. & l. seruis. Ergo non videtur oscurum legatum quando masculinum concipit fœmininum, Ergo l.veteribus.non videtur habere locum in tali casu.

Et ad hoc facit quod Doctor.dicũt de liberis, nam idem videtur dicendum de filijs, ex quo ratio diuersitatis assignari non potest, vt supra dictum est. Et quia etiam materia odiosa, vt infra. videbimus in dispositione .l. masculinum concipit fœmininum.l.si quis id quod.ff.de iurisdictione omnium iudicum.
110 Ergo idem in contractibus videtur, † in quibus licet debeat fieri stricta interpretatio l.quicquid astringendæ.de verborum obligatione non tamen verba contractus magis restringi debẽt, quam si materia esset odiosa. Et de hoc aliquid dicit Cor.Peru. in consilio 177.circa quod, lib. 4. & in consilio 283. lib.quarto supra allegato.

Tertia est quæstio in dispositione legali, in qua communiter omnes tenent, quod regula habet locum: si lex loquitur de eo, etiam in ea intelligitur, l.prima, ff, de consti,pecu, l.3.in prin. ff, de nego,gest.

Et

a Pęnali. And. Tiraq. trac. Re tract. §. i. gloss. 11. nu. 211. Sed vide Alexand. consi. 135, nu. 4, lib. 1.

Et hoc etiam procedit in materia odiosa, & pęnali [a] vt dicit Cy. post Odof. in l. quicunque. C. de ser. fug. Et idem dicit Alb. per illum text. in l. si quis id quod ff. de iur. omni. iud. & ibi etiã allegat text. in l. ait diuus. ff. de iure fisci. vbi verbum quicũque masculum & fœminam continet. & idem est in ver. si quis. l. prima ff. de verborum signi ficatione & no. per gloss. in capitu. generali. in ver. vniuersos de elect. in 6. & facit tex. in l. si quis in tantam cum glo. fi. in prin. C. vnde vi. & in c. si quis suaden. te. 17. q. 4. iũcto c. mulieres. de sent. excom. & in l. si quis maior. C. de transact. cũ glo. in l. cũ proponas eo. ti. & in cle. 1. cũ gl. in verb. eos. de sepul. Et ex his verificatur quod not. Ang. in con. si. 289. viso testamento vbi inquit, quod quando masculinum profertur a lege, semper concipit fœmininum. alleg. Io. Andre. in c. fin. de elect. in 6.

Non ommitto tamen ꝙ in casu l. si quis id quod non videtur materia odiosa, quia interest reipublicæ ꝙ delicta puniãtur. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. c. vt fame. de sen. excom. † Et 111 quando tractatur de interesse reipublicæ, materia reputatur fauo rabilis & extensio fit etiam in materia pœnali vt not. Bar. in l. quemadmodum C. de agric. & censi. lib. 11.

Et ita dicit Cor. Perus. in consi. 133. lib. 5. supra alleg. & idẽ dicunt Moder. in d. l. si quis id quod.

Sed respondetur, quod illud verum est quando delictum rema neret impunitum, alias secus, vt declarat Bart. in l. 2. §. exerci tum. ff. de his qui no. infa.

† Secundo potest responderi, ꝙ in pęnis causa immediata 112 est fauor reipublicæ. Et causa immediata attenditur, quæ prin cipalis est. Et ita respondet Soc. l. j. in prin. col. fin. de ver. obli. alleg. Bald. in l. fin. C. de interdi. matrimo.

Prædicta conclusio limitatur, primo vt procedat in materia indifferenti, secus si materia penitus non conueniret fęminis, vt in isto casu Domi. dicitur in d. cap. generali. cum simi. vt dixi supra in princip. nam ista limitatio semper intelligitur per quæ supradicta sunt.

Secundo ista conclusio habet locum, vt dictum est, etiam in materia odiosa. Et hoc intelligitur in odio rationali, secus est in odio irrationali, prout est quando vnus pro alio ponitur, quia tunc masculinum non concipit fęmininum. vt no. Bar. in d. l. i. ff. de ver. sig. pe. l. quisquis. C. ad legem. Iul. maiest. & Dom. in d. c. generali. Are. in consi. 29. in facto & facit quod no. Bald. in l. quicunque col. 3. in ver. sed pone statuto. C. de ser. fug. vbi inquit si filij bannitorum non possunt morari in ciuitate, hoc statutum non intelligitur de fęminis.

Sed tamen aduertendum est quia tex. in d. l. quisquis per quẽ mouentur Doct. ad ita dicendum, etiam videtur fęminas inclu dere. Sed ex dispensatione excipiuntur, quia Imperator ulterius ita declarando processit.

Secundo

Secundo in dicta l. quisquis non veniunt fœminæ alia ratione, quia est facta ibi distinctio de masculis, & de fœminis. & ita illum text. intelligit Bal. in d.l. quicunque. col. iij. de ser. fugi. & facit quod not. idem Bald. in l. in multis supra de stat. homi. & supra dictum fuit.

Tertio, etiam dici potest quod in d.l. quisquis. materia non ita conueniebat fœminis sicut masculis, quia in fœminis non est tã ta audacia, vt not. Bal. in l. quicunque col. iij.

113 †Tertia conclusio supra facta non habet locum quando lex de masculo loquitur per modum qualitatis, vt quia dicat, religiosus vel medicus. nam tali casu masculinum non concipit fœmininum, vt not. Dominic. in dicto capitu. generali. per text. in cle. eos, vbi Cardi. in fin. idem tenet de consangui. & affini. per illum text. ibi, religiosos & moniales. Ad idem text. in cap. quoniam. §. hoc etiam de simo. vbi similiter fit specialis nominatio de monialibus, & monachis, ad idem facit text. xxvij. quæstione prima in capitu. impudicas, & sequitur Alexan. in consi. 135. circa primum colum. penul. lib. j. & Barth. Veronen. in cõsilio 26. magnifice & generose.

Sed tamen ista limitatio non videtur procedere sine dubio, a quia si materia ita conueniat mulieribus sicut religiosis. idem [a] dicendum videtur, vt not. Cardi in clemen. prima in quinta q. de rescrip. Et certe non videtur differentia in nomine appellatiuo cuiusque qualitatis. vel alio nomine. Et ad hoc facit text. in l. quicunque. C. de ser. fugi. vbi quod dicit de seruo fugitiuo, etiã videtur habere locum in fugitiua, & tamen est nomen qualificatum, & ita tenendum videtur.

114 Quarta conclusio supra facta nõ habet locum in materia cor- b rectoria, [b] quia masculinum non concipit fœmininum, vt not. c Alex. [c] in l. Gallus in prin. col. vj. de lib. & posth.

Postremo etiam aduertendum est, quia licet secundum communem opin. supra dictum sit, quod in dispositione legis, etiam in materia odiosa masculinum concipiat fœmininum, hoc efficaciter non probatur in materia odiosa, quia text. in l. si quis id quod cum simil. supra alleg. non loquitur in masculino præcise, sed in termino communi quando dicitur, si quis de homine intelligitur, vt not. Bald. in dicta l. prima de verbo. signifi. Et hoc tenendo dictum Barto. quod communiter approbatur, licet aliud supra dictum sit. Et in contrarium facit, quia ex quo proprie masculinum non concipit fœmininum, vt supra dictum est, hoc non deberet habere locum in materia odiosa. quæ debet stricte interpretari, l. cum quidam. de liberis & posthumis. & in regula, odiosa de regu. iuris in vj. Et ad hoc facit illa distinctio cõmunis, quod in fauorabilibus masculinum comprehendat fœmininum, non in odiosis, vt not. per gloss. in dicto capitu. generali. cum si. supra alleg. [illegible] tex. in d.l.i.§. sed si incertum. de ventre in poss. mitten.

a Idem. Et bene.

b Correctoria. Ias. tenet cõtra. l. si quis id. col. ij. de iurisd. om. iud. Hie. Cu.

c Alex. Idem Corn. consi. 13. consi. 14. lib. ij.

Quarto

a Etiam Bar. consi. 376. lib. j. And. Tiraquel. tract. retract. §. j. glo. 9. nu. 229. Lud. Gomes in reg. Cancell. de infir. resignant. qō. vj.

b Primogenita. Si tamen cōstet eandem omnino esse rationē: alias non.

c Alex. Sed in d. consiliis est diuersa ratio.

d Filiabus. Quod verū pu-

†Quarto, quæritur, quid in statutis? Et videtur dicendam, 115 quod etiam [a] masculinum comprehendat fœmininum, vt not. a Bart. in l. intra. in fin. ff. de legi. cum similib. vt tradit Alex. in si constante. §. fin. colum. fin. ff. solu. matri. & notat Barto. in l. j. in fin. ff. de pecul. vbi absolute dicit, quod si statutū loquatur in materia indifferenti, masculinum concipiat fœmininum, & sequitur Aret. in consi. copiose & eleganter. col. j. & idem not. Bald. in consi. 47. factum tale. lib. 5. Et ideo statutum de primogenito habet locū in primogenita. [b] vt no. Bal. in l. in multis. ff. de statu b homi. & sequitur Rom. in consi. 98. quo ad id. circa fin. & idem Fulg. in consi. 104. visis.

† In contrarium tamen facit quia in statuto saltem odioso 116 quod stricte debet interpretari, non videtur quod masculinum concipiat fœmininum, Et ita in statuto pœnali arguit Alexan. in consilio 135. libro primo supra alleg. Et ita Bartholo. Veron. in consilio ventesimosexto supra allega. & idem in statuto tradit Alexan. [c] in consilio ventesimoquarto animaduersis his. c colum. antepenul. lib. ij. vbi concludit quod statutum de habitatore non habet locum in muliere habitatrice. & idem Alexand. in consi. 28. præclare & subtiliter. colum. iij. libro. iij. concludit quod statutum contra ius commune quod loquitur in filiosfamilias non habet locum in filia; vt not. Corn. Peruf. in consi. 14. in præsenti. libr. ij.

†Domini. in dicto capitu. generali. colum. secūda distinguit, 117 quod si masculinum profertur a statuto sub termino communi, idem est quod in dispositione legis: quia masculinum concipit fœmininum. Si vero statutum præcise in nomine masculino loquitur in materia exorbitanti, masculinum non comprehendit fœmininum: secus si in materia fauorabili. Vnde infert, quod si statutum excludit matrem vt non succedat filio, non habebit locum in filia. Et ad hoc facit quod not. Bald. in lege. quicunque. col. iij. in vers. sed ponetur. C. de ser. fug. vbi. inquit, quod si statuto cauetur quod filij bannitorum de ciuitate expellantur, non habet locum in fœminis, quia in illis est minor audacia, & statutum de adultero, non habet locum in adultera, vt not. Bald. in consi. 6. factum tale est. lib. 5. in fin.

Quinto† videndum est de priuileg. Et Bal. in cap. ad audientiam. el j. col. fin. ver. quæro nunquid, de rescript. dicit quod vsu 118 veterum masculinum concipit fœmininum etiam in priuilegijs. & idem Domin. in d. c. generali. col. iij. in ver. iij. casu. vbi infert quod priuilegium immunitatis concessum alicui ex filijs, etiam filiabus competit.

Et ad hoc facit tex. in l. j. §. fin. de immu. vbi excipiuntur descendentes ex fœminis, non autem fœminæ. Et per hoc videtur dubitandum de eo quod voluit Signo. in consilio 130. in qō. vbi inquit, quod priuilegium legitimandi filios datum alicui, non intelligitur de filiabus. [d] Nam opin. communis videtur d in

In contrarium, quia etiam in priuilegijs masculinum cõcipit fœmininum, Et contra Signor facit, quia potestas legitimandi est fauorabilis, & late debet interpretari, vt not. Ioan. Andr. in c. fin. de simo. per illum text. & Abb. ibi post alios sequitur. & idẽ Oldr. dicit in consi. clij. factum tale est, in prin. & Dominic, in c. quamuis. el ij. de præben.

ℭEt ad prædicta notandum est quod tradit Cor. Perus. in consi. clxxvij. circa quod lib. quarto, & quod no. Fulg. in consi. cxxj. supposita. vbi in mandato Papæ de charitatiuo subsidio moniales includuntur. & Cardi. consi. cxxxv. puto. & Domin. in cap. ne aliqui. de priuile. in vj.

119 ℭSexto † idem est in rescriptis, vt not. Archid. in dicto cap. si quis xvij. quæst. iiij. vnde sub illa clausula, & quidam alij. etiã fœmina comprehenditur, vt not. Spec. in titu. de rescript. præsenta. §. fina. versi. sed quæritur vtrum colum. prima in fin. Imo. in l. si ita scriptum. de leg. ij. & Domi. in d. cap. generali. col. iij. vers. quarto casu. & not. in cap. significauit. de rescript. vbi Abb. hoc tenet, quia rescriptum est modici præiudicij. de quo ibi late insistit Andr. Sicul. col. iiij.

110 ℭSeptimo † idem in sententia in verbis iudicis, vt not. Arch. in dicto cap. si quis. xvij. q. iiij. Et illud dictum Alexã. extendit etiam ad verba arbitri. in consi. j. col. vj. lib. v.

a ℭSed tamen [a] de sententia dubitari potest, quia est stricti iuris, vt not. Innocen. in dicta l. si ita scriptum. de leg. secundo. Et confirmatur, quia ex verbis sententiæ plus inferri non debet, quam ex his inferatur. Bart. in l. Iulianus. colum. iiij. ff. de condi. indeb. & Fulgo. in consi. cxl. præsuppositis. in secundo dubio. & dixi in consi. xliij. circa fin. Et de hoc etiam not. Alexand. in dicto consi. primo colum. vj.

111 Octauo † quid in officijs? Bald. in cap. ad audientiam. el j. circa fin. versic. sane in officijs. de rescript. tenet quod non. vnde infert quod si quis in testamento dedit executores fratres suos non intelligitur de sororibus, quia fœmina inualidum habet consilium.

Et ex tali ratione videtur, quod dictum de officijs procedat in materia differenti, prout regulariter est in officijs, vt in hac l. fœminæ.

112 Nono, † specialiter dubitatur, an appellatione fratris, soror includatur de iure communi? Hoc clarum videtur in dispositione legis, quia iura hoc expresse dicunt. l. tres fratres. ff. de pact. vbi glo. & in l. Lucius. §. quæsitum. de leg. iij. & in l. Lucius. in princ. vbi gloss. ff. fam. ercis. & in l. Lucius. §. Mæuia. el ij. ff. ad Treb. & not. Fulg. in consi. lxxj.

Et hoc procedit etiam si verbum, fratres, ab homine proferatur, vt not. Ange. in dicta l. tres fratres. in d. §. quæsitum. in dicto §. Mæuia. & sequitur Alex. in consi. viij. animaduertis. colũ. ij. lib. 4. Et Pau. de Cas. in d. l. tres fratres. vbi ipse distinguit, an ple-

to, quia non est tãta ratio in fœminis, & priuilegium exorbitat, & est originaliter decisio Signo. cõsi. 184. in quõ. vertente inter durantem, quod ad verbũ refert & sequitur Præposi. in c. per venerabilẽ. §. quod vero. nu. 125. qui sil. sint le. Item tenet Sign. consi. 216. factum sic se habet col. penume. 15. Curt. senior colũ. fin. Hippo. Marsil. sing. 136. & ita tenendum est, licet Dec. hic. & Ias. in l. si quis id quod. colũ. ij. de iurisd. om. iu. dubitent. sed ipse Deci. postea maturius cogitans & plenius examinans, in consilio 453. secutus est opin. Signo. & bene.

a Tamen, Imo. idem.

ratur in numero plurali vel singulari.
Sed magna dubitatio est, an hoc habeat locum in statuto? Pet.
de Ancha. in capitulo primo de consti. quem refert Alexand. in
dicto consilio 85. † tenet quod non in statuto odioso. & idem 123
Paul.[a] de Castr. in consi. 140. hæreditas prædicta, quem refert a
Fran. de Cur. in consi. ix. Et concludit Paul. de Castr. in d. consi.
quod statutum excludens sororem a successione fratris, non ha-
bet locum in successione sororis. & idem tradit Benedi. Cap. in
consil. lxij cum viso circa fin. qui tenet quod non, quia non pro-
prie masculinum concipit fœmininum. Et quia sunt diuersa no-
mina, frater & soror, non est idem sicut est in filio & filia. Et
hoc idem in casu substitutionis not. Fulgo. in consil. 34. domina
Cathetina, quia non proprie masculinum concipit fœmininum.
ideo appellatione fratrum non veniunt sorores. Et idem in sta-
tuto exorbitante tenet Corn. Peruss. in consilio 94. circa princi.
lib. ij. in princ.
In contrarium[b] autem est decisio Bal. in consi. 47. factum ta- b
le, in verbo dubitatur. lib. 5. vbi inquit, † quod in dispositione 124
legis & testatoris appellatione fratris soror comprehenditur. Et
idem dicit in statuto si eadem ratio sit. & idem tradit Alexand.
in consi. 85. animaduersis. colum. ij. libro. iiij. supra alleg. & late
Franc. de Curt. in consi. ix. Ticinensi statuto. & Ludo. Bologni.
in consi. lx. tota difficultas uidetur in perscrutando an sit eadem
ratio, in sorore quæ est in fratre. Nam vbi esset diuersa ratio, al-
legata supra in contrarium procederent, & exemplum habetur
per Alex. consi. xv. viso testamento. lib. iiij.
† Decimo notandum est de quibusdam verbis specialiter. 125
Nam appellatione coniunctorum[c] vterque sexus comprehendi- c
tur etiam de proprietate sermonis. Alex. in consi. xv. circa dubi-
tationem. col. fin. lib. ij.
Idem est appellatione propinquorum. Bald. in consilio 334. in
quæst. lib. iij. Idem est appellatione proximiorum, vt not. Ang.
in consi. 289. viso facto. Idem est appellatione descendentium,
quia veniunt masculi & fœminæ. Alexan. in cons. 160. viso the-
mate. libr. 1.
† Idem est appellatione posterorum. Anto. de But. in consi. 126
ix. viso puncto. in primo dubio, cum simili vt supra dixi & tra-
didit Petr. de Ancha. in consilio 339. pro maiori intelligentia. co-
lumna quarta.
Et sub nomine auunculi matertera non comprehenditur. Cor.
Peruss. in consi. 271. lib. 3.
† Vltimo, econtra, fœmininum[d] non concipit masculinum. 127
l. si ita scriptum. de leg. ij. no. per glo. in §. fi. qui da. tuto. test. poss. d
in l. j. ff. de verbo. signi. Ideo ancillis legatis masculi non conti-
netur. l. seruis legatis. de lega. iij. Nam hoc esset contra naturam,
quam ars quantum potest imitatur, ut d. cit Card. in clemē. prima
in ij. quæst. de sepul. in fi. & in clemen. prima. iiij. quæst. de elec.
Et ideo

aul. Quod est cōsi. 119. lib. j. secundum nouam impressionem, & placet in exorbitanti. alias secus. adde Alex. cōs. 45 lib. vij. Soci. in rub. nu. 12. ff. de acq. pos. Alber. in j. par. sta. qō. 168. Dec. infra, eo. l. secundū naturam, in fin.

b In contrariū. vide Hippo. de Mar. in suis singu. 39. in ip. capias unū de pane lucrando ubi allegat plura cōsilia doctorū tenentiū hāc partem Hie. Cu.

c Coniunctorū. Sed nō appellatione consanguineorum, vt vult Alexan. consil. 153. consil. 181. in fin. lib. vij.

d Fœmininum. Vide Alexā. in l. sed si hac. §. liberos. de in ius vocando. & in cons 46. iiij. volu. & consil. 66. Hie. Cu.

Et ideo nomine ababtissæ Abbas non comprehenditur, vt per glo. in clemen. ascendentes. de statu monac.

Et intelligitur nisi esset eadem ratio in masculo, quæ est in fœmina, vt dicit Anto. de Butr. in capitu. fin. char. 9. de consuetu. quem referunt & sequuntur Moder. in l. si quis id quod. ff. de iurisdict. omni. iudic.

a Sed hoc non videtur verum,[a] quia tunc non esset differentia inter masculinum & fœmininum, contra d. l. si ita scriptum. Et contra illud dictum Anto. de But. allego text. notabilem.

128 in capitu. quoniam. in princip. de simo. † vbi pœna quæ mulieribus imponitur, non habet locum in masculis, in quibus tamen erat eadem ratio. Et illum text. ad hoc ponderauit Ioan. de Anan. Sed illud quod dicit Anto. de But. posset habere locum quando dictum fuisset de fœmina gratia maioris frequen-

b tiæ.[b] Ex quo infertur ad quæstionem quam Albe. ponit in prima parte statutorum, quæst. ciij. incip. sed quid si statutum sit in villa, quod quis non teneat capras sub pœna, an habeat locum in hircis dicit fuisse determinatum Mutinæ quod non, de consilio. Alberti Papiens. per regulam dicta l. si ita scriptum, quia fœmininum non concipit masculinum.

Dicit tamen Alberic. quod vidit contrarium obseruari propter identitatem rationis, & dici potest expressum fuisse de capris propter maiorem frequentiam, vt dixi. Et ad hoc facit glo. in l. prima. C. de rap. virg.

129 † Appellatione tamen personæ masculus continetur, vt

c not. Bald.[c] in l. quicunque. colum. 3. versi. idem si statutum diceret, quæcunque persona. C. de ser. fugi. Et idem dicit ibi, nomine vniuersitatis. per l. metum. §. animaduertendum. ff. quod met. causa. Et idem dicit Bald. in d. l. quæcunque. de nomine aquilæ, quia masculus & fœmina comprehenditur. Et in hac. l. hæc satis sint.

a Verum. Idē Deci. c. cum in cūctis. in prin. col. 4. de electi.

b Frequentiæ. Alciat. l. de testatio. §. serui. de verb. signi. fa. Corset. in sing. ver. frequentia Ger. sing. 97.

c Bald. Adde eūdem in l. oēs populi. de iusti. & iur. col. pen. & Barb. c. dilecti. de fo. compe. col. 8. & si vis videre latiss. de pluribus verbis, puta, filij appella. an veniat filia. & hirci appel. an veniat capra, & verbum, si quis, si comprehendat fœmininum, verbū raptor. & de similibus vide Barba. in cle. 1. de electio. vbi multa dicit in col. 10. vsque ad 11. Hie. Chuc.

Philippus Decius regius senator Delphi.

## In §. Item impuberes. Argumenta.

1 *Impuberes ciuilibus fungi officijs haudquaquam possunt.*

2 *Impubes iudex eligi nequit.*

3 *Impubes dignitatem aut officium sine administratione potest obtinere.*

4 *Pupillus quòd scilicet iudicio careat, ab officiis prohibatur administrationem requirentibus & nu 5.*

6 *Iuramentum non præsumitur esse de feudi substantia.*

*Pupillus in ecclesia cathedrali canonicatum habere pot.*

7 *Pupillus in ecclesia prabendam obtinere potest.*
8 *Pupillus iure hæreditario dignitatem cum administratione potest obtinere.*
9 *Pupillus neque notarius neque testis esse potest.*
10 *Impuberes defectu iudicij non possunt ad testimonium admitti.*
11 *Pupillus maior factus testis esse potest de his quæ vidit in ætate pupillari.*

## §. Item impuberes.

*ITEM impuberes ab omnibus officijs ciuilibus debent abstinere.*

¶NOTA regulam † ꝙ impuberes ab omnibus officijs ciuilibus remouentur. Et ideo non tenetur pater qui consentit filium infantem creari decurionem quia creatio non valet. l. Lucius. §. pro infante filio. vbi gloss. ff. ad muncip. Et idem est in officis ecclesiasticis quæ impuberibus non conferuntur. capitu: in decorum. de ætate & qualit. capitu. super inordinata. de præben. 1
¶Et ista regula generaliter procedit, adeo quod etiam propter penuriam hominum impubes non admittitur. l. secunda. §. fin. ff. de iure immu.
¶Secundo ampliatur, † vt etiam iudex egli non possit: ita ꝙ officium debeat exercere post pubertatem, quia tempus electionis consideratur. vt not. Bart. in l. impuberem. in principio supra de falcid. vbi dicit, quod pupillus notarius creari non potest, hoc modo, vt postea factus maior officium exequatur alleg. l. excusatur. in princip. supra de execu. tut. & text in cap. si eo tempore de rescrip. in 6. 2
¶Sed hoc dictum dubitabile videtur, † quia vt infra dicam. impubes potest habere officium & dignitatem, sine administratione. Ergo nihil repugnare videtur, quominus constituatur notarius conferendo exercitium post tempus pubertatis, quia tunc dum est impubes nihil facit iudicio intellectus impuberis. Sed postea post pubertatem exequitur officium secundũ iudicium quod tunc habet. Secus esset quando actus in effectu haberet fundamentum a iudicio pupilli, dum est pupillus. gratia exempli, Si minor 14. annis faceret testamentum conferendo eius testamentum post tempus pubertatis. Certe hoc non valeret, vt ex bonus text. in l. prima si minor. ff. de ser. expor. ibi, consilio eius quasi parum firmo resistit. & facit text. in l. prima. §. fin. ff. commod. 3

¶Non

Non obstant iura allegata per Barto. quia habent locum quando electio sit simpliciter. Secus quando facta est conferendo exercitium in tempus habile; de quo tamen videndum est, quod dixi in c. post cessionem. de probatio.

4 †Tertio pupillus prohibetur hic, quia iudicio caret; vt dicit tex. in l. cum prætor. §. non aūt. ff. de iudic. & in. §. præterea. instit. quibus non est permis. fac. testamen. & facit text. in l. j. §. impuberes vero. C. de sal. mo. Id circo tertio ampliatur ista regula, vt contrarium per viam dispensationis a principe constitui non possit, quia super defectu iudicij naturalis dispēsari non potest, vt not. Innocen. in c. scisciatur. de rescript. Bal. in l. bonarum. C. qui admit. fa. text. in l. fina. C. de testam. milit. cum similibus, vt not. tradit ibi Alexand. Et videtur hoc procedere, nisi pupillus esset doli capax; quia cum eo videtur quod princeps dispensare possit; vt not. Angel. & sequitur Alexand. in dicta l. fina. per illum text. de testamen. milit. & ad hoc facit text. in d. l. de minore. in princip. ff. de quæst. vbi in crimine læsæ maiestatis impubes habilitatur ad testimoniū. & facit glo. in c. statutum in vers. in canonicis. de rescrip. in vj. quę. dicit ꝙ Papa ex certa scientia potest causam pupillo committere. Et de hoc tradit Abb. & Moder. in c. cum vigesimum. de offic. deleg.

5 †Et prædicta regula nunc limitatur vt procedat in officiis & dignitatibus cum administretione. Secus esset in officio & dignitate simplici quæ non haberet administrationem; ad quam etiam pupillus habilis videtur, vt not. Bald. post Odof. in d. l. fina. per illum text. de testamen. milita. Et idem Bald. per illum text. in l. sed & milites §. iam autem. ff. de excusa. tuto. vt not. Bartol. in l. j. colum. x. versic. ex prædictis patet. C. de digni. lib. xii. vbi inquit, quod infans licet nihil intelligat, miles creari potest. Et hoc sępenumero faciunt barones & reges qui faciunt eorum filios paruulos milites; vt Alber. dicit in d. l. fina. Et ista ratione etiam infanti feudum concedi potest; quia magis habet naturam beneficii, quam contractus. Et licet non possi iuraret. l. iusiurandum. §. pupillo. ff. de iureiuran.

6 †iuramentum non est de substantia feudi ita Bald. dicit in l. si quis seruo. C. commu. de manumiss. & facit text. in l. quam tuberonis. §. pupillum. ff. de pecul. vbi pupillus potest habere peculium;

a Et eodem modo in ecclesiasticis potest pupillus [a] habere canonicatum in ecclesia cathedrali, licet vocem dare non possit. cap. ex eo. de elec. in 6. nota in cap. fina. vbi gloss. de iudi. in vi.

7 †Et potest etiam pupillus habere præbendā in ecclesia, vt not. Bal. in l. administrantes. § qui corporis. ff. de excu. tut. & est tex. in c. ex insinuatione. de simo. de quo Feder. tradit in consil. 49. domine Raynut. & in consilio 132. casus est talis

a Pupillus Immo requiritur ꝙ annū decimū quartū excesserit. Egid. Bellamera deci. 727. supposita, & decisi. 755. sentit. Panot. ca. super inordinata. nu. 4. de præbē. in ca. Præterea. de æta. & quali. & est decisum per Reg. Canc. 17. Inn. 8. quam pecuniis redimere licet.

quædam est canonica. Et late Abb. in ca. super inordinata, de præben. Nam etiam pupillus potest habere ordines minores, in quibus sufficit septenium. vt per glo. lxxvii. distin. in summa. & in clem. fin. de æta. & qualit. Ergo etiam poterit habere beneficia simplicia: vt supra dictum est, quia ille qui reputatur habilis in ordinibus, etiam in beneficiis debet habilis reputari. cap. de his vbi gloss. xxviii. distinct io. in cap. accepimus. de ætate & qualitate.

† Secundo, regula procedit nisi pupillus iure hæreditario dignitatem cum administratione consequeretur: vt patet in filio regis, qui mortuo patre succedit: vt no. in c. grandi. de sup. neglig. præla. & not. Bal. & Ang. in d. l. fina. de test. in mil. & idem Angel. in l. cum prætor. §. nō autem. ff. de iudic. Et tunc debet regi per tutorem vt not. Old. in consi. lii. quæstio. talis est. Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de tut. in rub. cum simil. vt tradit Alex. in d. l. fi. & Abb. in cap. cum vigesimum, col. ii. de offi. deleg. Ioan. de Ana. iu rub. de delict. pue. col. j. 8

† Et per istam regulam infertur, quod pupillus non potest esse notarius. vt not. Bald. in d. l. impuberem. in princip. de fal. Et eodem modo non potest esse testis. l. iii §. lex Iulia. l. inuiti. in fin. ff. de. testib. §. testes autem. institu. de testa. quia eius testimonium esset, sicut si cæcus testificaretur de coloribus: vt Bald. dicit in l. testium. C. de testib. colum. ij. versicul. redeo ad primum. 9

Et licet non opponatur, eius dictum non valet: quia ipso iure est nullum. vt not. Ange. per illum tex. in §. j. in authen. de testamen.

† Et non videtur quod etiam in defectum aliorum impuberes admittantur propter defectum iudicij naturalis, ex eo quod supra dictum est per l. ij. §. fina. ff. de iure immuni. licet secus esset in aliis testibus qui ob alium defectum repelluntur. 10

Et ista conclusio fallit in crimine læsæ maiestatis in quo pupillus ad testimoniū habilitatur. l. de minore. in prin. ff. de quæst. Secundo fallit, quod ad indicium faciendum si sit doli capax; vt no. per glo. in d. l. inuiti. l. ij. in fi. ff. de testib. & not. Bartol. per gloss. ibi in l. fina. C. de his quib. vi indig. & in l. ex libero. §. fina. ff. de quæstionibus. Non tamen facit iudicium plenum, sed aliquale. vt not. Bartol. in l. maritus. supra de quæstionibus.

† Tertio & vltimo limitatur, nisi sit maior factus; quia testificari potest de his quæ vidit in pupillari ætate secundum gl. in l. iii §. lex Iulia, supra de testi. in l. notione. §. instrumentorum de verb. sig. in l. ad testium. in princi. ff. de testa. & in. §. sed neque. instit. de testa. & not. Spec. in titul. de testib. §. j versicul. sed nunquid factus impubes. Et hoc est verum in his quæ vidit dum esset proximus pubertati; vt not. Bartol. in d. l. ad testium, in princip. & in d. §. instrumentorum, & est communis opinio; 11

a opinio, vt dicit Are. in d.l. ad testium.[a] & Ang Are. in.§. testes. instit. de testa.

¶ Sed tamen considerandum est, quia hoc non videtur verum. Nam ex quo eorum dictum refertur ad tempus pupil. ætatis in quo non habebat iudicium, non videtur valere testimonium, quia factus pubes non deponit. Prout nunc. sed prout tunc facit tex. in l. iii. §. fin ff. commo. vbi factus maior non obligatur pro commodato facto in ætate pupillari.

Philipus Decius Valentiæ.

a Ad testium Hæc opinio est etiam communis de iure cõi circa quam vide Fel. late post alios ĩ c. cũ nobis de pscr. 4. colum. in causa tamen criminali requiritur qd sit ætatis 20. annorũ, vt l. in testimoniũ supra de testi. Sed an vbi delictũ aliter non posset probari admittantur impuberes Alber. quod sic in l. in testimoniũ supra de testib. quod tamen non credo verum per not. per Baldum in l. testium. C. de testi. 2. colũ. & per ea quæ dicit hic do. Philippus in versi. & per istam. & maxime, quia in criminalibus probationes debent esse luce clariores. l. fin. C. de probatio. & per text. in d. l. in testimonium qui nõ sine misterio statuit ætatem 20. annorũ. in causa criminali. Hie. Cuc.

## In l. Eius est nolle. Argumenta.

1 *Nolle nubere non dicitur quæ viri potens non reperitur.*

2 *Religiosus qualiter intelligatur non habere velle aut nolle.*

3 *Silere dicitur proprie qui loqui põt & desinere qui cœpit.*

4 *Tutor nomine pupilli bonorum possessionem agnoscere quit repudiare nequit.*

5 *Repudiare posse eum qui & adire qualiter intelligẽdum*

6 *Nolle & velle contraria sunt, medium inter vtrunque est non velle.*

7 *Voluntatem cessare differt ab eo quod est, eãdem reuocare*

### REGVLA III. VLPIANVS.

EIVS *est nolle, qui potest & velle.*

¶ ISTA regula vltra glos. melius exemplificari potest, ex eo quod dicit tex. in l. pater Seuerinam. in princip. ff. de condi. & demon. & Barto. ibi ponit summarium huius. l. Et nota. il-
1 lum, quod illa † quæ non est viri potens, non dicitur nolle nubere, ex quo matrimonium contrahere non potest. Et sic velle non potest. bene facit tex. in l. quis sit fugitiuus. §. idem ait si seruus. ff. de ædil. edi. vbi nolle dicitur ille qui potest statim facere, & non fecit ibi, cum posset noluit. Ad idem text. in l. nole adire. ff. de acquir. hære. vbi non videtur nolle adire qui
2 non potest. Et ista ratione dicitur, quod † religiosus non habet velle nec nolle. cap. si religiosus. de elect. in vj. & in cap. si religiosus. de testamen. in vi. in cap. fin. de sepult. eo. lib. not. in cap. non dicatis. xii. q. i. & Ideo non nocet nolle ei qui velle non potest, vt not. Bald. per illum tex. in l. ab administratione. C. de te. vbi post Iaco. But. infert ad statutum quod imponit pœnam declinanti iurisd. potestatis, vt non habeat locum in clerico qui etiam si velit non potest coram seculari litigare. cap. si diligenti, de for. compeien. & hoc late prosequitur ibi Alexand. per

istum text. & nolle etiam dicitur, qui facit quod non possit velle vt nota. Bald. in cap. intelligimus. colum. 2. de iudic. per l. j. C. de natu. lib. vbi etiam Bald. in vlt. not. idem dicit.

¶ Et per istum tex. dicit Abb. in consi. 22. quidam Ioan. colum. 2. lib. 2. quod † ille dicitur proprie silere, qui potest loqui. & 3
destinere dicitur ille, qui incohauit. vt not. Bald. in consi. 16 de verbor. signific. facit tex. de peni. distin. 2. in cap. fina. vbi dicitur. quod non est deferri non potest. Et proprie excusatur ille qui acceptare potest, & qui non potest, dicitur improprie excusari. gloss. not in l. j. §. initium. in versicu. casum. ff. de postula. & facit quod not. per gloss. in cap. ad dissoluendum. de despon. impu. dum inquit. quod non moritur ille qui non vixit allega. xxxij. quest. 2. in cap. quod vero & in cap. sicut ex vestrarum de homicid. cum simil. vt per glo. in d. cap. ad dissoluendum & est regula generalis, quod priuatio præsupponit habitum. l. decem. de verb. oblig. l. manumissiones. de iusti. & iure l. non videtur infra eo. vbi de hoc plene videbimus.

¶ † Et regula istius legis secundum gloss. Barto. hic fallit in tutore qui bonorum possessionem agnoscere potest pro pupillo, & tamen illam repudiare non potest l. tutor. ff. de bonorum possessione. 4

¶ Sed tamen videtur dicendum quod immo ista regula etiam in tutore habeat locum, nam ipse potest nolle, cum habeat facultatem adeundi hæreditatem, vel agnoscendi bonorum possessionem. Ergo etiam bene verificatur, vt dicatur nolle adire vel nolle agnoscere. Sed non sequitur quod licet dicatur nolle adire vel nolle agnoscere bonorum possessionem, quod videatur repudiare. quia ex eo quod tutor dicat, nolle agnoscere, nolle adire, non infertur repudiatio, vt no. in l. qui se patris. C. vnde liber. vbi declaratum fuit.

¶ Bene verum est quod per illum tex. in d. l. tutor. limitatur regula l. is potest supra de acquir. hære. † vbi dicitur, is potest re- 5
pudiare, qui potest adire. Nam illa regula habet locum in eo qui jure suo & ex propria persona adire potest. Secus si ex persona alterius vt nota. Barto. hic & sequitur Alexand. in l. legatum. ff. de leg. j. in l. fin. C. de repud. bon. possess. Et hoc etiam non videtur verum, quia immo regula d. l. is potest etiam habet locum in eo, qui ex persona alterius adire potest vt probatur in l. is qui hæres. §. fina. supra de acquir. hære. vbi in repudiando voluntas patris & filij requiritur sicut etiam in adeundo necessaria est. vt etiam dixi in d. l. ij. de repud. bon. posses. Et ideo d. l. tutor alium habet verum intellectum, quia procedit in eo qui ad vtilitatem alterius adire potest. Nam in præiudicium alterius repudiare non potest. vt not. Idem Barto in d. l. is potest col. 5. vbi alleg. glo. hic, quæ hoc sentire videtur dum dicit quod fallit in tutore ratione officij.

¶ † Postremo, ad declarationem verborum regulæ, notandum 6

dum est quod nolle & velle contraria sunt. Et inter ista contraria datur medium, quod est non velle[a] vt not. Barto. in l. iam dubitari de hæred. institu. facit quod not. in l. i. §. scientiam ff. de tribu. Nam verbum nolle, denotat expressam resistentiam, non sic in verbo non velle vnde dormiens bene dicitur non velle, sed non dicitur nolle, vt tradit Innoc. Ioan. Andr. & docto. in cap. prudentiam. §. sexta. de offi. deleg. cum simi. lib. vt dixi ibi, & in l. qui se patris post Alexand. ibi, C. vnde lib. Et adde Abb. in cap. finem litibus de dolo, & contuma. in 2. colum.

7 ¶ Et ad prædicta etiam facit quia † aliud est, quod in aliquo casu cesset voluntas, & aliud est, quod voluntas reuocetur[b] gratia exempli, morte mandantis expirat mandatum, & mandatum non extinguitur per mortem tanquam reuocatum sit a domino. Sed quia voluntas domini cessat l. 4. ff. loca. nam per mortem non dicitur voluntas reuocata, quia reuocatio est quãdo contraria voluntas ponitur & talis reuocatio per mortem fieri non dicitur ita notabiliter Bartol. dicit l. more maiorum colum. fina. supra de iurisd. om. iudi. vbi per hoc infert quod si aliquis causam delegauerit, donec iusserit reuocandum, quod per mortem non videtur reuocare.[c] Allegat bonum text. in cap. si delegatus. de off. delega. in 6. & est communis opinio, quod per mortem non dicatur actus reuocari[d] vt latæ Alexã. concludit, qui alios refert in l. centesimis. §. fina. de ver. obliga. & est d. Inno. in c. licet vndiq;. de off. dele. refert & sequitur Angel. in l. i. & quia supra de iurisd. om. iu. Et sic ille cuius volũtas cessat, dicitur nõ velle. Et nolle dicitur, qui reuocationẽ facit,

Philippus Decius Valentiæ.

a Non velle adde Bald. in l. verbum. C. de fideicommiss.

b Reuocetur. no. vnum casum vnicũ in materia reuoc. mandati, quod vbi subest causa reuocandi mandatum, reuocatur l. si cum Cornelius. ff. de solu. ibi, nec causam habuisset. Hie. Chuc.

c Reuocare. hinc etiam dicitur iudex qui posuit quendam ad confinia donec reuocauerit, an eo mortuo expiret confini de quo vide Barto. l. centesimis hic alleg. Bald. in l. in emptis vbi late Sali. de cõtrah. emp. late per cano. in c. si gratiose de rescri. lib. 6. H. C.

d Reuocari fateor, sed bene dicitur per se finiri cessante voluntate vt in delegatione vel alio mandato.

## In l. Velle non creditur Argumenta.

1 *Velle non putatur, qui superiore cogente operatur.*

2 *Voluntarius non dicitur actus qui iussu patris vel domini est factus.*

3 *Voluntas coacta qualiter voluntas dici possit.*

4 *Voluntatem coactam, voluntatem esse, in negotijs proprijs & non alienis intelligendum.*

5 *Volũtas an possit dici coacta ĩ eo, qui gerit negocia aliena.*

6 *Voluntas dicitur, quandoq; coacta conditionali violentia.*

7 *Filius vel seruus aliquid faciens mandato patris vel domini præssus excusatur.*

8 *Locator operarum excusatur, si iussu conductoris aliquid fecerit in fundo alieno.*

Labe-

9 *Laborator an ob denuntiationem cum protestatione extraiudiciali desistere teneatur.*
10 *Bona fides possessoris non alteratur per simplicem denuntiationem.*
11 *Vicinus vicini negotia nosse præsumitur*
12 *Iudicis mandato quicquid operatur an aliquãdo excuset.*

## REGVLA IIII. VLPIANVS.

VELLE *non creditur, qui obsequitur imperio patris vel domini.*

¶NOTA quod† non reputatur velle ille qui actum facit ex iussu patris vel domini, licet enim præcise non cogatur obedire, quia etiam iubente domino seruus potest nolle adire, vt dicit tex. in l. cum proponas. C. de hær. inst. Tamen obtemperando actus ille non dicitur voluntarius, vt hic dicitur. Et secũdum gl. hoc intelligitur quo ad hoc vt a pęna excusetur alias secus, quia etiam voluntas coacta voluntas est vt per glo. quæ alle. l. si mulier. §. si metu. et l. 2. supra quod met. cau. & l. si patre cogente. supra de ritu. nup. sed certe hoc modo ista regula multũ restringitur intelligendo illam respectu pęnæ, de qua in text. nihil dicitur. Et ideo generaliter vt verba sonant intelligi potest quia proprie vere non datur velle, nec† actus voluntarius videtur, quando fit iussu patris vel domini, qui ex voluntate fieri dicitur, quod ex libero mentis arbitrio proficiscitur, vt dicit tex. 15. q. 1. cap. 1. in §. voluntatem. Et per obedientiam propria voluntas mactatur, vt inquit tex. 8. q. j in cap. sciendum. Et actus non dicitur voluntarius, quando fit ab eo qui poterat compelli,[a] vt ꝗ no. Bald. per illum tex. in l. nouissime. ff. quod fal. tut. authenti. & tradit Ioan. And. in cap. preterea in versi. extorquentes de iure patr. & in regula bonafides. in prin. de reg. iur. in 6. cum simil. vt dixi in cap. cum M de constitu. & facit text. in l. rem legatam infra de adi. leg. vbi alienatio dicitur voluntaria, quando non instante necessitate, sed a mera voluntate procedit. Et ideo ex prædictis bene infertur, ꝙ hæc regula absolute procedat prout loquitur. 1 2 a

¶† Non obst. quod voluntas coacta voluntas dicatur, vt in iuribus alleg. in glo & ad idem tex. in l. si priuatus. in prin. supra qui & a quib. & est tex. melior de iure xv. q. j. in cap. merito, quia respondetur quod voluntas est qualificata, & non simpliciter vnde non proprie dicitur ex quo non est simpliciter, sed secundum quid[b] argu. l. hoc legatum, & quod ibi Barto. de leg. 3. Et ad hoc est tex. ad literam. in cap. maiores in §. item quæritur de baptis. vbi dicitur, quod coactus dicitur velle 3 b

a Compelli. Dec. consi. 202. nu. 2. vbi dixi.

b Quid Bal. l. pe. in fi. C. quõ & quando iud. adde Aristo. in 3. Et hic Gabr. Biel. in 4. sent. dist. 15. q. 3. articu. 1. tetigi in tract. v sura. nu. 411. Et nouem gradus voluntarij tradit Bonauen. in 2 senten. dist. 41. & quæ dicam infra eadem re, 134.

velle conditionaliter & nō absolute & facit text.in d.l.si priuatus,vbi primo dicitur,quod coactus manumittere voluntatē accōmodauit.Et postea dicit quod nō fuit volūtas manumittē. Et sic simpliciter & absolute eius qui cogitur non dicitur voluntas.Et in primo limitatur,& declararur illud quod dicitur. quod voluntas coacta,voluntas,est.Et regula nostra intelligitur de volun tate simplici & propria.

4 ¶†Secundo,quod dicitur quod voluntas coacta voluntas ,est habet locum in negotio proprio secus est in negotio alterius, vt no.Bal.dicit in in rub.de controuer.inue.in fin:per l.i.in fi. ff.de auto.tut.& idem no.Bal.in l.ii.§.sed si quis col.fi.C. commun.deleg.

5 ¶†Sed considerandum est, ꝙ immo etiam in gerente negotum alterius;quia in tutore vel procuratore voluntas coacta voluntas est,dum eligit potius hoc facere,quam aliud malum pati,vt dicitur in d.c.merito.15.q.i. Nam ratio ista quæ in facto ꝓprio cōsideratur,ēt in alieno procedit bene verum est qđ compulsio non reddit actum nullum in facto proprio; secus in tutore & ita loquitur tex.in d.l. j. in fin.Et hoc idem est in pluribus aliis casibus vt no.ibi per gl.

6 ¶†Tertio voluntas coacta voluntas,dicitur,quando violētia præcise non infertur,sed est cōditionalis;puta: nisi sic feceris, te interficiam. In eo enim quod eligit ita facere potius quam mori,eius voluntas est : vt declarat tex.in d.c.merito.5.q.2. & in d.c.maiores in.§.itē quæritur de bapt.Secus quādo quis præcise cogitur aliquid facere, quia tunc nullo modo consentire vr̄,quia potius dicitur pati, quā agere vt dicit text.not. in c.satis quod met.cau.& idem habetur in d.cap.maiores.

¶Quarto & vltimo licet coacta voluntas,dicatur, non tamen est voluntas spontanea vt not.Abb.per illum tex.in c.i.de regu.& est gl.no.33.q.5.in c.notificasti in ver.licētia & no.Ab. in c.eum locum de sponsa.in c.abb.quod met.cau.Et in hoc etiam considerandum est quia si voluntas spontanea accipiatur pro libera hoc habet locum in qualibet voluntate simplici quæ proprie libera esse debet,per ea quæ superius dicta sunt.Si vero capiatur spontanea voluntas pro voluntate eius qui sponte se offert:tunc spontanea voluntas a voluntate simplici distinguitur.Nam sponte fieri dicitur illud quod fit proprio motu,& non ad petitionē;ut no.dicit Pet.de Anch.in cle. præsenti de censi.in 5.not.vbi expresse dicit quod non dicitur sponte fieri illud quod fit ad petitionem.

7 ¶†Vltimo notandum est quod dicit gl.hic per istum text. & excusatur filius uel seruus qui aliquid facit de mandato patris vel dn̄i & hoc intelligitur in delictis leuibus qui non habent attrocitatē:vt gl.dicit p l.ad ea infra eo.Et ad hoc est text.in l.liberorū.§.excusantur.ff.de his q not.inf.& in c.liber homo la.2.in prin.supra ad leg.Aqui.& glo.ibi late insistit. Secus in

in gra-

in grauibus delictis in qbus non excusatur filius, vel seruus. d. l. ad ea, quæ a contrario sensu & est tex. in l. seruus non in omnibus supra de act. & oblig. & not. Bar. in l. seruus. ff. de noxa. in l. non solũ. §. si mandato col. i. supra de iniur. & ibi in versic. idẽ puto. dicit quod quælibet iniuria personalis dicitur graue delictum quantum ad propositum. Et licet in grauioribus (vt dictum est) non excusetur filius vel seruus ex iussu patris vel domini, pœna temen mitigatur: vt ex tex. no. in l. seruos. C. ad leg. Iul. de vi publ. & Bald. & Sali. ibi ad hoc no. illum text. Et eodem modo excusaretur etiam in atrocibus, quando seruus cogeretur a domino sub comminatione mortis si illud non faceret: vt Bar. dicit in d. l. seruus. de noxal. Et hoc haberet locum in quolibet qui tali modo per metum compelleretur: vt no. per doc. in l. vt vim supra de iust. & iur.

†Et quod supra dictum est in filio vel seruo, etiam habet locum in aliis hominibus sui iuris qui ex mandato alterius excusantur, saltem in his quę sunt de genere permissorum vt not. per glo. fin. in l. in rem. §. tignum. ff. de rei vend. quæ dicit de laboratore [a] qui conductus de mandato conductoris intrauit fundum alterius, ꝙ excusatur. & Bar. & Ange. & Doct. illam sequuntur. & tradit no. Bal. in consi. ccccl xiii. statuto ciuitatis Papiæ. libr. iii. secundum nouam formam, & not. Alberi. in l. si quis id quod col. pe. in versi item facit supra de iuris. om. iudic. & idem Alb. in l. j. in prin. col. i. in fin. in ver. & bene facit ista litera supra de eo per quẽ fac. est & no Bar. in d. l. non solum §. si mandato col. iii. in versi. sed quæro. Bal. in l. nõ ideo. col. j. versi. & nota ꝙ l. nostra. C. de accu. & idem Salice. ibi in j. q. & idem Bal. in auth. ingressi. col. ii. in ver. quod dico de medico. C. de sacrosan. eccle. & facit quod no. Bal. in q. accusatus de vi turbatiua col. antepe. versi. tertio quæritur. 8

a Laboratore. Idem Bal. l. nõ ideo minus. col. i. C. de accusa. Ang. de malefi. versic. Sempronium mandatorẽ q. iiii. Socin. l. rem quæ nobis col. vlti. de acq. poss. consil. iiii. cũ seq. libr. iiii. Iaf. l. de pupillo. §. nunciationem in fin. de oper. no. nunc. Fran. Purpu. l. quod te. nu. 86. si cert. peta. Limitat Pau. cõsi. ccccl xx. in fin. lib. i. Alex. cõsi. xxxvi. libr. i. Fran. Rip. ca. ii. nu. 61. de iudi.

†Et prædicta conclusio limitatur non procedere quando prædicto laboratori sit facta denuntiatio vt dicunt Imol. & Roma. in l. de pupillo. §. nuntiationem in versi. quis forte per glo. ibi, in ver. nullus in fin. Et idem voluit Ang. in d. §. tignum in versi. quod intellige dicens, ꝙ contra laborantes non obstante protestatione eis facta, est præsumptio doli. & idem not. Ang. in auth. vt omnes obe. iud. in iii. col. in ver. item ex hac lectura patet, & sequitur Alex. in consi. xxxvi. visis his quæ per dominos lib. j. col. ii. & in consi. lxxix. visis his quæ egregie lib. iii. Et ista videtur communis opi. licet idem Alexand. contradicat in d. l. de pupillo. §. nuntiationem col. iiii. vbi inquit, ꝙ laboratores propter talem protestationem non debent desistere: quia illa denuntiatio extraiudicialis non constituit illos in mala fide, alle. text. in l. penu. ff. pro empt. vbi emptor rei alienæ qui bona fide possidebat non constituitur in mala fi. ex eo quod quis extraiudicialiter sibi denuntiauit rem esse suam. 9

†Sed

10 ¶ † Sed responderi potest, quod text. in d. l. penulti. loquitur in eo qui erat in bona fide causata ex tit. emptionis. merito illa bona fides non alteratur ex simplici denuntiatione alterius. Non sic videtur in laboratoribus, quorum bona fides & credulitas erat solum fundata in simplici dicto conductoris, ideo etiam ex simplici dicto alterius alteratur cum nulla sit ratio quare magis vni qua'm alteri credatur. Et sic defenditur ista limitatio quæ maxime haberet locum si protestatio facta fuisset re integra antequam laboratores intrarent fundum argument. l. si fundum, & quod ibi not. Bart. C. de rei vendi. & ex eo quod dixi responderi potest ad doctrinam Bart. quæ facit pro opin. Alexan. in l. quod te. col. pen. supra si cert. pet. in l. qui in alterius de reg. iur. cum si, vt dixi ibi, quod quis non tenetur credere denunciant vel protestanti in eo quod non pendet a facto proprio eius cui fit protestatio, quia in facto alieno est probabilis ignorãtia, nisi facta sit fides per instrumentum, nã hoc nõ videtur habere locũ in laboratore, quia vt dixi, sicut fuit facilis ad credendum conductori, ita etiam debet contradicenti credere, & desinere.

¶ Secundo glo. in d. §. tignum habet locum propter ignorantiã probabilem in qua sunt laboratores. Secus ergo videtur si ignorantia non esset probabilis, vt quia essent vicini qui præsumun-
11 tur habere notitiam, † quia vicinus præsumitur scire facta vicini c. quosdam de præsump. & not. Bar. & doct. in l. 1. ff. si cer. pet. Et simili casu ad propositum nostrum tradit Spec. in titu. de emptio. & vendi. §. nunc dicendum est in fini. & in terminis tradit Alexan. in consi. 36. lib. 1. supra alleg. Et pari ratione idẽ esset dicendum in alijs casibus in quibus scientia p̃sumit, vt quia esset fama in loco, propter quã scientia p̃sumitur vt no. Bar. in l. is potest. col. 6 de acq. hær. & in l. si cu. §. eidẽ. ff. de accu. cum simil. & tradit Alexan. in consi. 36. viis his. col. 2. lib. 1. & in consi. 176. in hac cã col. 3. libr. 2. & in consil. clix. col. 2. eo. lib. 2. & secundum istã limitationẽ procedit text. in l. 2. in fin. in ver. si vero. ff. de term. mot. de quo text. opponit Alb. & non soluit in l. si quis id quod. ff. de iur. om. iu. Nã loquitur ille tex. qñ operarij scienter hoc fecerunt, vt colligitur ibi, in versi. seq. quod si per ignorantiam, vbi text. aduersarius loquitur de ignorantia. Ex quo datur intelligi quod in d. versi. si vero immediate præcedenti loquitur quando scienter id factum fuit & non placet. sol. Moder. in d. §. nuntiationem qui dicunt quod tex. d. l. 2. loquitur quando laboratores conducebantur ad opus illicitum, quia ibi non constat hoc quia illa mutatio lapidum & termino-
12 rum de se non videtur de genere prohibitorũ. † Ad supradicta ẽt esset videndũ, an excusetur ille qui mandato iudicis aliquid facit. Et regula est quod sic, in reg. quod quis de reg. iur. in 6. & in l. non videtur. §. quod iussu, infra eo. & quo hoc procedat & intelligatur, reseruatur dicendum ibi, vbi melius cadit.

Philippus Decius Valentiæ.

In

## In l.In negotijs Argumenta.

1 *Furiosus q̃a agēda ñ intelligit merito negotiũ gerere nequit*
2 *Furiosus ne ad pias quidem causas testari potest.*
3 *Testamentum furiosi aliquando Romæ approbatum legit.*
4 *Furiosus pro delicto nõ punitur, quòd ratione careat et sensu communi.*
5 *Furiosi factum non personale dicitur sed casuale.*
6 *Furiosus ijsdem causis quibus & ignorans ligatur.*
7 *Filia furiosa aliquo casu pro consentiente habita.*
*Filia sanæ mētis si nõ cõtradixerit, ꝓ cõsentiēte hēri dēt.*
8 *Furiosus quo differat a pupillo fari valente.*
9 *Pupillus infans a pari ꝓcedit cũ eo, q̃ īfantiæ ꝓximus est.*
10 *Pupillus qualiter obligari possit, remissiue.*

### REGVLA V. PAVLVS.

*IN negotijs contrahendis alia causa habita est furiosorum, alia eorum qui fari possunt, quanuis actum rei non intelligant, nam furiosus nullũ negotium cõtrahere potest, pupillus omnia negotia tutore autore agere potest.*

PRIMO noto, quod † furiosus nullum negotium contrahere potest, quia non intelligit quod agit. §. furiosus. instit. de inuti. stipu. & nulla est eius voluntas l. furiosi infra eo. §. præterea inst. quibus non est permis. facere testamen. & in omnibus, & per omnia loco absentis, & quiescentis habetur l. secunda. §. furiosus supra de iure codicil. l. 1. §. adipiscuntur supra de acqui. pos. & in l. vbi non voce. §. furiosus infra eo. in l. secunda. §. furiosus supra de procuratoribus. 1

Et ista conclusio procedit etiam dato quod actus per furiosum recte factus fuisset, prout prudenti conueniret, quia hoc videtur factum a casu ex quo mente caret, vt dicitur in d. §. præterea cum simili supra allega. Et hoc patet, quia † etiam ad pias causas furiosus testari non potest, vt Bart. concludit in l. prima in 1. quæstio. C. de sacrosan. eccle. bene facit text. in capitu. fin. de successio. ab intest. & in cap. sicut tenor de regu. & hoc videtur verum quando consta t talem non esse sanæ mentis, alias vero ex dispositione quæ mature & prudenter facta sit ex quo hic non constat de furore, videtur quod non præsumatur furiosus. Et hoc modo videtur procedere quod notat Ioan. Andr. in capitu. fina. de successio. ab intesta. circa fin. vbi refert [a], † testamentum 2 a 3

a Refert. Ant. Cors. in singu. versi. testamentum. Ias. l. patre furioso. colum. 2. de his q̃ sunt sui vel ali. iur. & cõs. 141. col. 5. lib. 4. Hipp. mar. singu. 380. vide Cor. cons. 73. lib. 1.

a Mentis. Adde Alex.consi.cxlij.lib.j.fa. Pentha. de cre.rep.l.ij.colū.lij.C.de rescin.vend. Lud.Gomes in reg. Cancella.reg. de infir.resignā.q.x. Sed ꝙ p̄sumitur furor perseuerare, & in eo facto. Alex.consi.cxlvij.col.ij.lib.vij.Bertran. cōsi.vij.ex processu.col.ix.lib.j. vide Alcia.tract.præsum.reg.ij.p̄sum.xviij.

mentum cuiusdam qui dicebatur furiosus, ex eo quod recte factum fuisset, Romæ in senatu approbatum fuisse, & recitat Bal. in c.j.in prin.per quos fiat inuest. Alex. in l.furiosum.C.qui testa.fac.pos.& facit ꝙ no. Ang.in d.l.furiosum. vbi inquit, quod in furioso qui dilucida habet interualla, ex qualitate actus præ-
a sumitur factum quando erat sanæ mentis. [a] cum simil. & tradit Alex.in cons.cxlj.matureque.col.iiij.lib.j. & in consi.xxxvj. visis attestationibus.col.pen.lib.ij.
4 †Secundo, prædicta conclusio quæ videtur loqui in contractibus, ampliatur vt habeat etiam locum in delictis, in quibus furiosus non punitur.l.sed & si quecunque.§.ij.ff.ad leg. Aquil.
b l.illud.§. sanę supra de iniur. & etiam pro graui delicto [b] puta pro homicidio. vt est text.in l.diuus supra de offi.præt.l.infans supra ad leg.Corn. de sica. in l.penulti.§.fin. supra de par. Aliqualis tamen pœnitentia imponitur, si furiosus post delictum commissum ad sanam mentem conuertatur, vt dicit tex.xv.qō. prima cap.si quis insaniens.& hoc toleratur, ne disciplina ecclesiæ deseratur, vt dicitur in cap. excommunicatorum.xxi i.q.v. vbi imponitur pœnitentia pro homicidio permisso, ne disciplina ecclesiæ deseratur. & in hoc tenet Lud. de Pen.in l.si apparitor.colum.fin.de coarta.lib.xj.sed hoc dictum non videtur verum, quia furiosus pro tali homicidio non efficitur irregularis. tex.in clemen. prima. de ho.ergo non videtur aliquo modo pu niendus, & quia satis ipse furore punitur.d l.diuus.& d.l.pen.§. fina. de par. & quia ibi dicitur tale homicidium esse impuni-
5 tum. † Et qa factū a furioso, videtur factū a casu sine facto personæ,

b Delicto. Nota tamē quod si culpa sua sit factus furiosus & delinquit, non excusatur. ita Car.in clemē.i. de homic.in vi. q.de delicto tamen commisso ante furorē nō pōt puniri criminaliter. ita Bal.in cap.i.de eo qui frat. suū occidit. & ista est communis opi. de qua vide latissime per Ias. post Alex. l.ex facto. de vulga.& pupil. col.x. versi.sed pulchrū dubiū, & Bald.in cap. i literis.de resc. & hoc procedit etiā si ante furorem fuerit condemnatus, secundum docto. ibi. Si tamen constaret de simulatione, bene potest puniri. ita Bald.l. furiosum. qui test.fac.poss.C. hinc vsus est quidam iudex in patria mea quadam cautela cum vellet mandare sententiā executioni contra quendam malefactorem, fuit oppositum quod non poterat propter superuenientem furorem, tunc ipse fecit ponere malefactorem in loco vbi erat sagittandus, & præcepit cuidam ex executoribus vt percuteret sagitta lignum in quo malefactor erat, quo facto ipse alta voce petit confessionem, & sic detecta fuit malitia malefactoris. Qualiter autem probetur furor, vide Barba. capitu.cum dilectus, de succes.ab intesta.secunda colum. Iaso.l. furiosum. prima colum.quia quis non præsumitur furiosus, secundum Bal.per illam.l.in fin.C.de hæredibus instit. ideo alleganti incumbit onus probandi, ut per Bal.in l.nec codicillos.C.de codic.& Card.cle.prima supra alleg.in ii.q. Et an probetur per testem non reddentem rationem dicti sui. vide Bal.in l.solam.C. de testibus.Paul. de Cast. in d.l.furiosum. Hiere.Cucha.

sonę, vt dicit tex. in l. fi. in fin. supra de admini. tut. & gloss. hoc tenet in d. c. si quis insaniens in versi. propria & ad illum tex. in prin. responsio colligitur. Non obst. tex. in d. c. excommunicatorum, quia ibi potest esse culpa quæ non cadit in furioso.

†Et ad supradicta notandum est, quod furiosus [a] tamen obligatur ex causis ex quibus ignorans obligatur, vt probatur in l. tertia §. & si furiosi supra de neg. gest. et no. per glo. hic, & tradit Bar. in l. Iulianus in 7. col. ff. de condi. indeb. 6

a Furiosus. Et an furiosus gaudeat oībus priuilegijs pupilli Bal. in l. secūda C. qui admitti. & unū no. quod licet furio. non habeat consensum in cōtractibus, habeat tamē in quasi cōtractib', ita Bal. in sua Margar. in verbo, furiosus & in dubio si sit furiosus p dilucida iterualla si faciat testm̄ vel contractum præsumitur fecisse tēpore non dilucidi iterualli. ita Bald. vbi supra Hie. Cu.

Et not. etiam casum sing. quem gloss. hic adducit in quo furiosa filia pro consentiente habetur in l. secunda. §. voluntatem. ff. solu. matrimo. vbi videtur ille text. contra text. in l. quia certum. ff. loca. vbi furiosus non potest haberi pro consentiente, quia expresse consentire non potest Docto. laborant in ratione illius. §. voluntatem in dicta l. secunda. sol. matr. Ias. ibi dicit quod in dicto. §. voluntatem non fingitur consensus aut voluntas, quia istud est impossibile in furioso d. l. qui ad certum sed ibi fingitur non contradictio, quia filia ibi furioso hr̄ pro non contradicente.

Sed certe hoc videtur contra illum textum qui expresse dicit consentire eam, quia merito credat. ergo ibi fingitur consensus, & nullo modo dici potest quod fingatur ibi non contradicere, quia in veritate non contradicit filia furiosa. Cum ergo habeamus veritatem, non est opus fictione, quia fictio cum veritate nō conuenit. l. filio quem pater supra de lib. & posth.

†Præterea in illo casu filia sanę mentis si non contradicit, habetur pro consentiente. vt ibi dicitur, nisi euidenter contradicat, videtur patri consentire, ergo in illo casu non videtur differentia an fingatur consentire, vel fingatur non contradicere. Et ideo stat contrarium de d. l. quia certum, quia in filia sanæ mentis, taciturnitas habetur pro consensu, quia contradicere potuisset. secus videtur in furioso dicta l. quia certum. 7

Sed potest responderi, vt dicit gloss. hic, quod ibi sit casus specialis, & ratio specialitatis videtur, quia actio erat communis cum filia, & quia non agitur de interesse filiæ ex quo pater teneretur illam iterum dotare. si non haberet dotem. vt not. per gloss in l. secunda. §. quod si in patris in verbo, dos est. ff. solut. matrimonio.

¶ † Secundo principaliter noto differentiam quam regula facit inter furiosum, & pupillum qui fari potest, & idem habetur in. §. furiosus, & in. §. pupillus instit. de inuti stip. Secus est in pupillo infante, quia furioso æquiparatur. vt a contrario sensu colligitur hic, & ad idem pro ista æquiparatione est text. in dicto. §. pupillus. in l. prima. §. adipiscimur supra de acquirend. posses. in l. Fulcinius. §. adeo versicu. ita autem supra ex quib. caus. in posea. in l. pupillus supra de acquirend. hæredita. in l. septima supra de condic. fur. in l. quod infans supra de rei vendica. in l. infans supra de sica, in l. inuitum de ser. vrban. prædio. in. §. præterea. in-

stitu.

stitu. qui non est permis. fa. test. in l. quod pupillus supra de condi. indeb. in l. pupillus supra de act. & obli. in l. i. C. de fal. mo. limitatur in casu l. infantis. C. qui admitti. vbi gl. facit differentiam inter infantem & furiosum, de quo ibi dixi.

9 ¶ † Et quod dictum est de pupillo infante, idem est si infantiæ proximus sit. vt dicitur in d. §. pupillus. insti. de inuti. stip. & glo. ibi declarat, quando dicatur proximus infantiæ vel pubertati in verbo infantiæ proximus. & idem glo. in l. pupillum. in j. glo. infra eo. no. Bar. in l. j. ff. de noua. col. ii.

¶ Et de hoc quomodo intelligatur & procedat, videbimus in d. l. pupillum infra eo. vbi melius cadit: quia text. ibi loquitur de pupillo proximo pubertati. Regula ergo ex differentia, quæ traditur, hic procedit in pupillo qui sit maior infante & proximus pubertati; quo casu habet aliquẽ intellectum, & actus in eo fundari potest & suppleri cum autoritate tutoris; vt hic dicitur & in d. §. pupillus, de inuti. stipu.

10 ¶ † Et qualiter pupillus obligetur, not. Bar. in d. l. i. colũ. pen. supra de noua. cuius dicta reassumit Angel. Areti. in d. §. pupillus. col. i. & videbimus in l. pupillus infra eo.

## In l. non vult hæres esse. Argumenta.

1 *Legitimus consentiens hæreditatẽ transferri in institutum præsumitur nolle hæres esse.*

2 *Transferre latius patet quam concedere.*

3 *Transferre uelle intelligitur quis varijs modis & nu 9.*

4 *Corrumpere uolens mulierem quando capite puniri debeat*

5 *Voluntas non eadem est cum facto sed ipsa re distincta.*

6 *Verba statutorum sunt proprie intelligenda,*

7 *Veneno interficere volens an sit plectendus si non perfecerit quod uoluit.*

8 *Venenum emens necandi gratia punitur, ac si necasset.*

9 *Verba actum denotantia pro materiæ subiecta ratione sumuntur, quandoque pro simplici uoluntate.*

10 *Voluntas ex facto collecta præsumitur tacita.*

11 *Actus se habens per modum actionis fortior censetur eo, qui per patientiam constat*

12 *Non uelle dicitur qui etiam uelle potest.*

### REGVLA VI. VLPIANVS.

NON *vult hæres esse, qui ad aliũ transferre noluit hæreditatem.*

ISTA regula melius quam gloss. dicat, ex emplificari potest in casu l. si quis ita heres instituatur si legitimus supra de hære. instit. vbi hæres institutus sub conditione si legitimus hæres hereditatem vendicare nolit. † Nam si legitimus consentiat quod hæreditas in hæredem institutum transferatur, apparet quod non velit esse hæres, vt hic dicitur: qui enim rem in alterum transfert, illam nolle ipsa habere dicitur: vt de donatione text. dicit in l. senatus. §. j. de dona. cau. mort. vbi qui donat, illum potius quam se habere mauult. Et qui rem habet pro delicto, intelligitur voluisse in alium tansferre, & a se omnino reijcere: inquit text. in lege. j. in l. si id quod. §. fina. ff. pro de reli. in l. quod seruus in princi. ff. de stipulat. ser. & in §. hoc amplius insti. de rer. diuision. Et ideo hic bene dicitur, quod non vult hæres esse, qui ad alium voluit hæreditatem transferre: & verbum istud, transferre de quo text. loquitur, intelligitur de totali abdicatione: † quia plus est transferre, quam concedere vt per gloss. in c. j. de commod. in §. sed quod princip. in verbo, concessit instit. de iure natu. & in cap. lex est. ij. distinctio. quæ exponit transtulit, id est concessit. Et ideo translatus de una ecclesia in aliam, nihil retinet de prima xxj. q. ii. cap. si quis translatus. Et not. Bald. per illum tex. in l. Vlpianus. ff. de excu. tuto. Et dum in tex. dicitur hic voluit transferre, ista verba dupliciter intelligi possunt. 1 2

¶ † Primo simpliciter pro nuda voluntate: vt quia declarauit voluntatem suam esse quod hereditas in alium transferatur prout dictum est in figuratione casu, per illum text. in d. l. si quis ita hæres. 3

¶ Secundo, illa verba, voluit transferre intelligi possunt cum effectu, ita quod re ipsa hæreditatem ipse in alium transtulerit. Et ita videtur gl. hic intelligere.

¶ Et secundum istum intellectum hic probatur quod voluit glo. not. per illum text. in l. fin. ff. de re. diui. per verba hic posita, muros transcédere voluerit: interpretatur & intelligiit, quod re ipsa transcenderit muros. † Et Bar. ibi per illam gloss. infert ad statutum quo cauetur quod si quis voluerit [a] aliquam mulierem corrumpere, capite puniatur. Nam intelligitur, quod cum effectu illam corruperit. Et ex hoc dicto Bartol. infert Frau. de Cre. in suo not. xlix. defensaui semel quod stante statuto, quod si quis voluerit aliquem venenare, capite puniatur. quod tale statutum non haberet locum in illo qui præparauerat venenum, si delictum non fuit consummatum, quia verbum illud, voluerit, intelligitur de re ipsa quod fecerit. Et pro tali expositione etiam est gloss. in l. i. in verbo voluerit. ff. de leg. ii. Et illam not. ibi Alexand. in fi. post Pau. de Castr. Et ad idem est gl. in l. fin. in prin. C. de cond. in ver. voluerit, quod exponit voluerit, id est elegerit, & in l. si cōstituerit, in versi. 4 a

a Voluerit. istud dictum sequitur Barbat. in c. quia nonnulli de rescrip. col. xvii. & Fely. in suo tract. quando conatus puniatur in 4. col. in prin. quē vide in ista materia, & Socin. in tract. fallen. in reg. xxxi. fo lio. viij. Bertachi. in suo repert. in versi. venenatio.

voluisse

voluisse. ff. fini. regun. & in l quod si ab initio.ff. si cert. pe-ta.& in capitu.si diligenti,in verbo,purgare, de foro compet: & not. Bald.Angel. & Imol. in l. si quis Sempronium supra de hæred.institu.

a Sed tamen [a] aduerrendum est in prædictis quæ Doctores simpliciter sequuntur. Nam talis expositio est contra pro-
5 prietatem verborum, † quia voluntas ab ipso facto separata est & distinguitur capitu.primo de eo qui mit.in poss.l.promissor Stichi.§.cum constituto supra de constit. pec.Et ideo exponere verbum voluerit pro ipso actu, est contra proprietatem verborum. Bene fateor quod talis expositio tolerari potest quandoque propter subiectam materiam: quia verba secundum subiectam materiam accipiuntur l. si vno in principio vbi Bart.C.locatio. etiam in propriando verba; vt Alexand. tradit in consilio quinto puto de iure libr.quarto cum similibus vt dicam in l.quoties infra eodem.Et hoc modo procedit & intelligitur gloss.in dicta l.fin. supra de rer.diui. Nam illa expositio ibi necessaria ex quod exponatur verbum illud, transcendere voluerit. pro facto quod transcenderit; quia pœna de qua ibi agebatur,erat imposita pro ipso facto, vt dicitur ibi in principio l.si quis violauerit. Nam verbum illud, violauerit,designat factum,vnde licet postea inferius in eadem l.dicatur quod Remus occisus fuit ex eo quod muros transcendere voluerit; consonat quod verbum illud voluerit, pro facto accipiatur, secundum quod in princip. l. dicitur. Et ideo illatio quam facit Barto.ad statutum in dicta l. fin. non bene probatur in statuto: quia in statuto non concurrit illa ratio ita interpretandi quæ in præalleg.l.fin.habet.

a Tamen eadē tradit & tenet Deci. in l. certi conditio.§. fin. colum.2.supra si cert.peta.

6 Et in contrarium est regula communis, † quod statutorum verba proprie intelliguntur l.tertia.§.hæc verba.vbi Bar. ff.de neg. gest.

Minus etiam satisfacit illa decisio Franc. de Cre.quod statutum, si quis voluerit venenare aliquem, non habeaat locum in eo qui præparauit venenum.

7 † Primo, quia militat ratio inducta contra Bar.quod in ca
b su statuti non subest illa necessitas [b] recedendi a proprietate verborum,prout erat in casu d.l.fin.de rerum diui.

Secundo, quia in casu in quo loquitur Francisc. de Cremo, ille

b Necessitas. Imo. videtur quod sic: quia statuta punientia delicta, intelliguntur de consummatis, iuxta doctrinam Bart. & omnium in l. 1.ad leg.Cor.de sica. & statuta debent intelligi in casu vero, & non ficto l.tertia. & ibi Bald.§.hæc verba de neg.gest.& l. quicquid de verborum obligatione & sic ista voluntas venenandi etiam si processit ad actum propinquum, dicitur ficta, vnde non potest puniri per statutum quia requirit factum verū & consummatum, prout in simili consuluit Bald.in consil.cclvi. incipient. statuto Placentiæ in 1. volumin. vbi vult quod stante statuto Placent. quod quicunque inxus fuerit adulterium committere, de ca-

pitetur, quod si tentauerit, & non potuit adimplere, quod nō sit decapitandus, sed quod puniatur alia pœna pecuniaria, per not. per Cyn. & doct. in l. is qui cum telo ad leg. Corne. de sica. Tertio facit, quia per consuetudinem totius mundi est derogatum omnibus legibus disponentibus conatum puniri, vt vult Specu. in tit. de accusat. in. §. primo quem sequitur Bald. in consi. ccclxj. in j. volum. incip. qui dem rumor. & Alex. in consi. xv. in j. volum. ij. colū. Ang. & Moder. in l. j. §. hæc autem verba. ff. ꝙ quisque iur. Fely. in tracta. quādo conatus puniatur. in iij. colum. Ang. in tract. malefi. in versic. & ex interuallo pen. col. Berthachi. in suo reper. in versic. venenatio, vbi dicit se plures iudicasse Romæ Barbat.

ille non habuit simplicem voluntatē, sed deuenit ad actum. quia venenum præparauit, & per eum non stetit, quia detectus fuit, vt ipse dicit quo casu statutum videtur voluisse talem pęnam imponere propter atrocitatem delicti, quia plus est hominem veneno interficere, quam gladio. l. prima. C. de male. Et ad hoc bene facit decis. Bartol. in l. prima. ff. de parric. vbi in vlti. no. per illum text. dicit, quod ille† qui emit venenū vt daret alicui, licet non dederit, punitur tamen ac si dedisset. Quod dicit notādum esse contra quosdam monachos qui voluerunt abbatem venenare. 8

Et de hoc no. Io. de Ana. in rubr. de his qui fil. occ. & Bartholo. Veronen. in consi. lxxxj. visa inquisitione, & est consi. vltimum. Et idem Bartho. Veronē. in consi. v. casus talis. & in simili casu de abortiuo tradit Andr. Sicul. in consi. xxiij. sapientissimus dicit lib. 2. col. pen.

Eodem modo quātum ad casum huius. l. applaudet quod verba illa transferre voluerit, intelligantur cum effectu propter subiectam materiam, vt supra dictum est.

†Sed

latissime in consilio xxxiij. in 2. volu. & hæc ex communis opinion. prout ipse dicit, & sic videtur quod bene iudicauerit Francisc. de Crema. exponendo venenauerit, id est, re ipsa fecerit. & mors secuta est pro quo facit text. gloss. in capitu. consulere. de simo. his tamen non obstantibus credo opinion. do. Philip. veram per ea quæ ipse subtiliter, dicit; prout moris eius est semper mittere falcem suam in materias subtiles, nodosas, & intricatas, & eas miro & subtili modo enucleare, nam negari non potest, quod voluntas sit separata ab ipso facto. text. capitu. primo hic per eum alleg. vbi glossa in versiculo voluntatem. alleg. plures concor. quæ voluntas in delinquendo retenta in animo etiam in atrocissimis delictis non punitur. l. cogitatio nis. supra de pœnis late Car. in Clemen. prima de vsur. in iij. q. sed vbi processum est ad actum exteriorē. efficitur punibilis, vt no. dicit Bal. in l. nō ideo minus. C. de accus. 7. col. dicēs. ꝙ etiam in atrocissimis voluntas, seu ordinatio ad delinquendum non punitur, nisi processum sit ad aliquem actum ordinatum de præsenti ad ipsum factum, quo casu venit puniēda; sic ergo in præsenti casu. Secūdo, †vbi quis est impeditus impedimēto facti, vt quia fuit detectus. nō venit puniendus conatus, vt volunt docto. maxime Card. in d. cap. i. de eo qui mit. in pos. Tertio statutum loquitur clare & expresse puniendo ipsam voluntatem ergo debemus sequi illud, quia lex vel statutum quantuncunque durum & rigorosum sit, vbi clare loquitur, est sequēdum l. prospexit. ff. qui & a quibus. Quarto, verba statuti sunt intelligenda proprie vbi absonus intellectus non sequitur, vt in l. 3. §. hæc verba. & ibi Bar. ff. de neg. gest. ita in casu isto cum clare constet voluntatē statuentiū velle punire ipsam voluntatem

tatem delinquendi propter atrocitatem delicti, vt in l.j.C.de malefi. vbi gl. Sal. & IoãFab. & Ang.post gl.in.§.alia.instit. de publi.iud.Bal.in suo consi.164.in tertio volumi. vbi appellat istud delictum grauissimum, dicens quod committens tale delictum, proditor & homicida nuncupatur. ergo si est grauissimum, quare non puniet eius conatus, sicut in alijs etiam hodie, vt crimine lesæ maiestatis & ĩ assassinamẽto ut uult ipse Bal.& Angel.post glo.ibi in d.§.hæc verba.& magis late Lud,Bolo.in suo consi.8.in 3. colũ. versi.quo assassinamento. Quinto, facit dictum consi.Bal. 356.vbi vult ꝙ si ibi probatum esset quod ille ꝗ tentauit committere adulterium, fecisset quicquid potuerit, & per eum non steterit, ꝙ veniret puniendus tamen quia ibi non perseuerauit,quia pænituit, non venit puniendus.et ad contraria supra aducta respondeo, quod nos loquimur vbi statutum clare vult punire conatum, quia tunc non potest dici casus fictus, immo verus,quia ipsa voluntas delinquendi vere est,nec etiam consumatum, quia satis est consumatum illud quod punit statutum nec etiã obstat communis opinio, quæ habet, quod generali consuetudine est hodie derogatũ omnibus legibus punientibus conatum,quia illa non extenditur ad atrocissima delicta, vt supra dictum est,nec etiam obst.d.c.consulere.quia responde, prout ad l.fin.de rer.diui. Est bene uerum,quod in iudicando esset durum recedere a prima opi,quam sequunt omnes,de quo vide.hic per do.Philip.alleg.maxime Barba. Vnũ tamen dico,quod si casus eueniret vbi esset in practica talis species delicti, prout est Romæ quod iudicarem contra communem, & credo quod recte. Hie.Cu.

9 †Sed etiam econtra propter subiectam materiam verba quæ denotant actum & effectum pro voluntate simplici quandoque accipiuntur. l. stipulatus sum Damam de verbo.obliga. cum glo.in ver.dares, que exponit, dare velles l.ij. in prin.ff.solu. matri. in ver.cogitur. circa fi. dum dicit: stipulanti.id est stipulare volenti. & in l.illud.C.de sacrosanct.eccles.in ver.fecerit, quæ exponit id est facere uoluerit facit tex. in l.j.§.j.ff.de aqua plu.arcen. cum gloss.in versi.noceat, quæ exponit, id est nocere possit ad idem text.in l.Labeo. in princi.supra de statu.libe. ibi, nocet id est nocere possit.& in l.hæ actiones.ff.ad Velleia. cum gloss.in versic.competunt, quæ exponit id est, competere possunt cum simi.vt in not.casu tradit Andr.Sicul.in consil.21. præclare dicitur colum.iij.lib.ij. & consi.81.preclare & elegãter colum.ij.lib.iiij.

Et retento supradicto intellectu, ad istum text. quod verba illa transferre voluit intelligantur cum effectu.ita quod realiter in aliũ hæreditatem trastulerit, colligitur & bene probatur hic,
10 † quod ex facto voluntas declaratur ad idem text.in l. Pau.respondet.ff. rem rat.hab.in l.si Auia.C.de iure deliberan.in l.reprehendenda cum gl.C.de insti.& subst.vbi gl.in ver.comprobasti.quæ allegat bonum text.in l.de quibus supra de legib.

Et plus est aliquid facere facto, quam verbo, vt dicit text. in capitu.dilecti. el ij.de appel.Et plus est facere, quam pronuntiare vt inquit text.in l.si tamen.§. ei qui supra de edil. edic. & punitiora sunt facta ad declarandum voluntatem, quam verba, quæ sepenumero contra intentionem proferuntur, vt Abb.dicit in consi.117. illud de iure quæritur.libr.ij.colum.secunda.
11 †Notandum tamẽ est quod voluntas quæ ex facto colligit, tacita videtur.Et ad qualitatem restringitur, & limitatur, vt not. Bar.

Bart. in l. i. §. si quis hoc interdicto. in fin. ff. de iti. actuque priua. quod vero verbis sit expressum, dicitur, & magis attenditur gl. not. in clementin. sepe. in ver. partibus circa fin. de verb. sign. de qua not. Pau. de Cast. in l. si conuenerit supra de iurisd. omn. iud. & in consi. xxv. super primo, col. v. secundum formam primam. & Roma. in consi. 133. in proposito casu. & ad idem facit glo. not. in l. i. §. sed videdũ. in ver. succedat infra de succe. edi. prout illam declarat Pau. de Castr. in l. i. C. qui admit. de quo videndum est quod dixi ibi, col. 3.

Similiter notandum est quod licet facto voluntas declaretur, vt supra dictum est: tamen actus facti, qui se habet per modum agendi, est fortior & magis intentus ad demostrandũ volũtatẽ quam actus qui solo patientia consistat, vt not. Inno. tradit in c. olim. el 3. de resti. spol. Anto. de But. in cap. veniens, col. 2. vers. restat videre, de fil. presby. cum simi. vt Modern. congerunt in ca. gratum, de offic. deleg. & dixi ibi colum. penulti. Sic etiam testis facilius probat facere, quam pati, vt not. Bald. in l. data. opera col. decimaprima ver. octauo modo dicitur. C. qui accus.

Vltimo considerandum est, quod regula ista videtur procedere quantum ad hæreditatem, de qua principaliter disponitur quod in alium transferatur. Secus est in consequentia: quia transferendo in alium hæreditatem, videtur velle esse hæres per prius, quia aliter in alium translatio fieri non potuisset. l. si Auia. ubi tex. C. de iure delib.

In glo. vnica quæ laborat ponendo exempla ad istum text. quæ non videntur conuenire. Nam in duobus primis exemplis non potuisset pro se retinere ille, qui in alium transtulerit hæreditatem, cuius contrarium videtur præsupponere text. hic, dum inquit, non vult hæres esse. † quia non velle 12 dicitur, qui potest & velle l. eius supra eo. & vlterius in secundo exemplo quando quis fuit grauatus restituere, ipse vt manet hæres saltem nomine. & non fit totalis translatio, vt denotat verbum illud transferre, vt dictum fuit in prin. Alia duo exempla proposita in glo. etiam non possunt bene adaptari, quia ibi hereditas in illum transfertur propter expressam repudiationem, & non ex eo simpliciter quando quis hæreditatem in alium transtulerit. prout hic text. loquitur, & vltra glos. secundum Alberi. hic exemplificari potest text. in casu l. fuit quæstionis supra de acqui. hæred. & in l. Iulianus. in princip. supra si quis omis. causa. testa. Sed etiam illa iura non videntur bene adaptari posse ad istam regulam quæ videtur loqui in casu licito. in quo quis possit licite in alium hæreditatem transferre, vel illam habere apud se, sed in illis iuribus punitur transferendo hæreditatem in alium, ideo exemplificari potest, vt dixi supra in prin.

Philippus Decius Valentiæ.

In l.

## In l. ius nostrum. Argumenta.

1 *Testamentum est quid indiuiduum quod non est partim validum, & partim nullum.*
2 *Ius accrescendi qua ratione introductum fuerit.*
3 *Substitutio pupillaris an faciat testamentum pro parte valere, quod alias non valet.*
4 *Testator non potest ius accrescēdi prohibere in institutione.*
5 *Hæres partem hæreditatis adire nequit alia repudiata.*
6 *Miles partim testatus & partim intestatus decedere potest.*
7 *Milies de vna re testari p t in reliquis remanēs intestatus.*
8 *Miles quod ad testamentum attinet, in dubio præsumitur vti velle communi iure.*
9 *Miles cælestis militiæ quo iure testetur, & an possit testatus partim & partim intestatus decedere.*
10 *Qualitas quæ verbo adiungitur, secundum tempus verbi fere semper intelligitur.*
11 *Sententia iudicis quare strictam recipiat interpretationem.*
12 *Statuto induci potest, vt decedere possit quis partim testatus & partim non.*
13 *Testatus partim qui decedit, quando alicui totum relinquere nequit.*

*Vxor maritum in tertia parte bonorum potest hæredem instituere, in reliquis quos vult, aut debet:*

### REGVLA VII. POMPONIVS.

a *IVS nostrum non patitur eundem in paganis & testato & intestato[a] decessisse, earumq; rerum naturaliter inter se pugna est, vt testatus & intestatus quis sit.*

1 ISTA regula, comprobatur, † quia testamentum est actus indiuiduus. Ideo pro parte valere non potest, vt no. Gy. in l. furiosum. C. qui test. fa. pos. & Bald. per illum tex. in l. si is quis legem, supra de test. & facit tex. in l. fideicommissa. §. j. & quod
2 ibi Bart. de leg. 3. Et propter istam regulam † ius accrescendi introductum fuit, ne quis decedat pro parte testatus, & extero, ff. de acquir. hæred. vt no. Barto. in l. j. §. his ita ver.

a Intestato. Circa istam regulam videas Socin. in tract. fal. vbi ponit viginti duas fallentias in reg. 400. fol. lix. & inquantum dicit quod ad pias causas potest quis decedere pro parte. & c. uide Ias. l. j. C. de sacr. sanct. eccl. colū. 4. vbi dicit q̄d communis opi. est quod intest. ad pias causas non sint sublatæ solennitates iuris. ciu. Socin. vbi supra tenet cum Bart. Hie, Chu.

tertio habet C. de cad. tollen. in l. re coniuncti. colum. 8. versicu. quarto quaero. de lega. iij. & probatur, in. §. non autem inst. de haere. instit. vbi tex. istam rationem adducit. & in l. si duobus supra de test. mili. & de ista ratione videndum est quod dixi in l. C. quando non pet. part. vbi defendo praedictam rationem ab impugnatione. Mod.

Ista regula ampliatur tripliciter. Et quatuor modis limitatur.

† Primo enim ampliatur vt etiam habeat locum in pupillari substitutione quam facit pater pro filio, vt no. Bald. in l. sed & plures. §. ad substitutos. ff. de vul. vbi per illum tex. dicit, quod sicut pater non potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, ita filius cui pater pupillariter substituit, quod dicitur esse notatu dignum & hoc refert & sequitur Corn. Peru. cōsi. 38. in casu isto lib. 5. 3

† Secundo ampliatur, vt ista regula intantum procedat quod dispositio testatoris in contrarium non valet, quia non potest testator in institutione prohibere ius accrescendi, ad istum effectum vt pro parte decedat testatus & pro parte intestatus, vt not. Barto. in l. si duo. in prin. supra de haer. instit. & de hoc doc. omnes conueniunt arg. l. nemo potest de leg. j. Sed inter doc. magna est discordia. An tali casu debeat testator in totum testatus vel in totum intestatus decedere, de quo videndum est in locis alle. per Alexan. in l. quoties. C. de haer. instit. & l. si quis priore in fin. supra ad Treb. 4

† Tertio ampliatur vt idem sit in haerede qui non potest haereditatem pro parte accipere, & pro parte recusare l. j. & 2. ff. de acqui. hered. Et in tantum hoc procedit quod etiam filius haeres institutus non potest legitimam retinere, & residuum hereditatis repudiare, vt tenet Cyn. in l. haeres instituta. C. de impub. vbi Bald. & Pau. de Cast. sequuntur. & Bar. in l. quia poterat supra ad Treb. cum simi. vt trad. ibi Alex. & idem Ale. in consi. vlt. lib. 5. Pe. de Anch. in consi. 312. ex sola vulgari. Are. in cons. 160. longa est ista consultatio col. 2. 5

† Praedicta regula primo fallit in milite qui potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, vt colligitur hic ibi, in paganis & est tex. §. non autem instit. de test. mil. & in l. qui miles vnum in l. si duobus supra de testa. mil. Et non solum pro parte bonorum, sed etiam pro parte temporis militi priuilegium conceditur, vt probatur in l. miles ita haeredem supra de test. mil. Et ratio specialitatis in milite videtur, quia vice duarum personarum fungitur. l. ij. §. fin. supra ad Maced. 6

Et regula ista de eadem persona loquitur, ibi, eundem vnde non mirum si regula non habet locum in milite, qui vice plurium personarum fungitur. Et ita dicunt Bald. Saly. & Mod. in ij. no. in l. j. C. de testa. mil. Et ex ista ratione inferri videtur quod miles testari possit de bonis castrensibus tantum, & in

paganicis

paganicis remanebit intestatus, vel econtra, non autem videtur quod pro parte bonorum paganicorum testari posit, ita inferri videtur ex ratione præalle.

7 †Sed tamen hoc non est verum, quia etiam de vna re miles testari potest, & in omnibus alijs bonis intestatus decedere l. si miles vnum ex fundo supra de test. mil. l. cogi. §. sed & si miles supra ad Treb. Et ratio superius alle. non videtur vera, quia imo miles pro vna persona consideratur in tali priuilegio vt colligitur in d. §. cum autem insti. de hær. institu. vbi ponitur regula, quod iste non potest decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, nisi sit miles.

Vt ergo exceptio facta de milite conueniat, miles pro vna persona reputatur, ex quo regula ibi facta est de eadem persona, ibi, neque idem & dixi latius in d. l. j. de testa. mil. Non obstat. l. l. ij. infra ad Maced. quia ibi dicitur, quod miles filiusfamil. in castrensi peculio reputatur sui iuris, quia alias non possit testari. l. senium. C. qui testa. facere poss. l. qui in potestate supra. de testamen. vnde in alijs militibus qui sunt sui iuris illa ratio cessat. Est ergo dicendum, quod in militibus speciali priuilegio hoc concedatur vt possint etiam pro parte testari, &

8 † tale priuilegium habet locum quando apparet de eorum voluntate, alias in dubio præsumitur quod iure commu-

a ni[a] vti velint l. in testamento. C. de test. mili. cum similib. vt dixi ibi in vlti. nota. Et ista limitatio de militibus extenditur vt etiam habeat locum in pia causa, vt not. Barto. in l. j. C. de sacro. san. eccle. & sequitur Alexan. in consi. 105. in fin. libr. 4. Al. in consi. 31. circa duo colum. 2. in 2. lib. Et pari ratione idem videtur in testamento facto inter liberos, per ea quæ notantur in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testam.

9 † Restringitur tamen ista limitatio in militibus armatæ[b]

b militiæ, prout iura supra alleg. loquuntur. Et non haberet locum

c in militibus cœlestis[c] militiæ, vt nota. dicit Ioan. Andr. in rubr. de pecu. cler. in add. Specu. in versicu. est autem sciendum & sequitur. Are. in l. j. quam legit cum l. ij. col. 4. versi. adde etiam. ff. de acq. hære. Hoc tamen pendet ab his quæ tradunt Alexan. & Mo. in l. centurio supra de vulg. & pupil.

Secundo, regula limitatur procedere a principio, vt verba regulæ etiam indicant, ibi, decessisse & in d. §. non autem ibi nec enim ex parte intestatus decedere, potest. Et sic verba

10 referuntur ad tempus mortis, quia † qualitas adiuncta verbo secundum tempus verbi intelligitur l. Titius vbi Barto. de testamen. mil. in l. delictis. §. si extraneus de noxa. Secus vero est ex postfacto, quia non prohibetur quis ex postfacto decedere pro

d parte testatus, & pro parte intestatus,[d] vt probatur in l. circa supra de inoff. testamen. vbi Bartol. & doct. hoc dicunt. & hoc sane intelligitur quando per sententiam iudicis post aditam hæreditatem mediante querela rumpitur testamentum pro parte

a Côi Alex. cô si. 60 nu. 20. lib. 2. cons. 55. nu. 6. lib. 5.

b Armatę. Pro hoc facit glo. in §. sed actenus inst. de mili. testa. qui vult, quod nulla priuilegia competant militibus non existentibus in expeditione, nisi quod filiusfa. & surdus & mutus milites possint testari, quæ gl. côiter approbatur ibi. de quo late doct. l. centurio. hic allega. Hie. Chu.

c Cœlestis. Facit Mathes. sin. 81.

d Pro parte intestatus. De hoc vide latissime do. Pau. de Ca. in l. nã & si. §. filius. ff. de inoffi. test. & in l. cum duobus. C. de inoff. test.

parte d.l.circa nam querela non intentatur nisi post aditam hæreditatem l. filium.§. sed cum exhæredatio supra de contratab. †sententia iudicis stricte intelligitur, quia ex verbis sententiæ non infertur nisi quatenus verba sententiæ important de necessitate, vt no.Bar.in l.Iulianus.colum.4. supra de cond. indeb. vbi alleg.l.si iudex.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.& l.j.C.de ord. iud.& nota. Fulg.in consi.140.præsuppositis merito ergo sententia iudicis restringitur, vt pro parte rumpatur testamentum, secus vero si testamentum rumpatur pro parte ex dispositione legis & ante aditam hęreditatem quia tunc etiam expostfacto in totū rumpitur, vt no.Bar.per illum tex.in l.pen.ff.de rit.nupt.& Pau. de Cast.ibi declarat. 11

Tertio regula fallit, si aliter disponatur a statuto, quia huic regulæ licet a testatore derogari non possit, vt supra dictum est tamen†autoritate statuti induci potest, quod quis possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, vt nota. Ange.& Imo.in l.minoribus in prin.per illum tex,ff.de vulga.& pup. & Alex sequitur in 2.notab. 12

Quarto & vltimo regula fallit, quando quis alicui non potest totum relinquere, sed tantum partem,[a] quia in alia parte erit intestatus, vt no.Bar.per illum tex.in l.j.C.de secun.nup.no.in l.si is qui.ff.de vulg.& pupi.vbi Alexand.post alios in 2.notab.& ibi reprehendit glo.nostram hic quæ tenet ꝙ totum acquiratur, licet postmodum auferatur sibi illud qđ erat prohibitum & Bar.in d.l.j.de sec. nup. refert opi.glo. hic & in d.l.j. quæ idem tenet. Sed ipse dicit esse speciale in illo casu, vt quis possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus, sicut est in milite. quasi velit Barto.quod propter dispositionem legis & statuti hoc fieri possit, vt supra dictum est. Et certe hoc esset verum in terminis d. l.j. de secun.nup. si constaret de mente legis. Sed in illo casu non constat quod Imperator voluerit derogare huic regulæ. †Nam simpliciter ibi dicitur, quod non potest vxor maritum instituere, nisi in tertia parte. Et per hoc non infertur, quod in alijs partibus, mulier intestata decedat, quia intelligitur quod alium instituat in alijs partibus. Et casu quo non institueret in totum, acquiritur iure accrescendi. Sed vltra tertiam partem restituere cogetur arg.l. cogi.§.hi qui solidum supra ad Treb.Et ita in effectu glo.hic saluari potest. 13

a Partē. Vide Steph.Bertran. in l. j.nu.47. & ibi Ioā.de Garro super glo.2. nu.8.& 9.

## In l. Iura sanguinis argumenta.

1 *Naturalia immutabilia sunt.*

2 *Pater iure naturali filios educare tenetur, non obstante statuto contrario.*

Pactum

3 *Pactũ q̃ pater nõ tenetur alere filium, est ipso iure nullum.*
4 *Filius an possit ex causa alimentis priuari*
5 *Filius qui debitam sibi portionem consumpsit, alimenta à patre petere poterit.*
6 *Pactum contra ius naturale aut officium paternum est ipso iure nullum*
7 *Legitima filijs debita non potest per statutum auferi.*
8 *Legitima quo iure filiis sit debita ex bonis parentum:*
9 *Legitima patri vel matri an statuto possit minui, vel in totũ tolli.*

## REGVLA VIII. POMPONIVS.

IVRA *Sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt.*

Hæc regula de plano procedit capiendo iura sanguinis pro ipsa coniunctione sanguinis, quæ tolli non potest etiam pacto. l. ius agnationis supra de pactis. l. abdicatio vbi gloss. C. de lat.
1 pote. † quia naturalia immutabilia sunt. §. fin. insti. de iur. na. bene facit tex. in l. ij. supra de vsuf. ea. re. quę vsu consu. vbi dicitur quod ratio naturalis autoritate Iurisconsulti mutari nõ potest, & ideo ista naturalis coniunctio sanguinis etiam cadit in seruum, vt not. Barto. in l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accu. Ius vero cognationis quod a iure ciuili inducitur, bene tolli potest vt per gl. in. §. quod autem in ver. cognationis insti. de iust. & iure. vbi inquit, quod ista agnatio vel cognatio non potest tolli, sed ius agnationis, id est ius proueniens ab agnatione, tolli potest. Et in not. casu tradit Roma. in consi. 82, quo ad id quod quæritur, vbi concludit, coniunctum sanguine posse haberi pro extraneo ex forma statuti quo ad commoda ciuitatis.
2 † Et cũ pater iure naturali teneatur filios alere. l. i. §. ius naturale supra de iusti. & iur. per istum text. infert Alber. de Rosa. in prima par. statutorum, in q. xl. in ver. item quæro, quod non valet statutum ꝙ pater non teneatur filiũ educare. & ad hoc alleg. Iac. de Are. in l. si quis a liberis. ff. de lib. agno. & Galeotum in tract. de alimen. in versi. pone quæstionem & alleg. etiam Spec. in tit. qui fil. sint legi. col. iiij. vers. sed pone, quidam emancipa
3 uit filium. † vbi tenet non valere pactum quod pater non teneatur alere filium cui dedit partem suam, si postmodum ad ne
a cessitatem peruenerit, & quod non valeat pactum, [a] nec statutum tenet idem Albe. in l. j. §. ius naturale colum. fi. versi. sed quæro. ff. de pact. Sed tamen contrarium de iure videtur saltem ex causa, quia licet educatio liberorum sit de iure naturali quãtum

a Pactũ. Vide Lud. Bolog. in consil. 21. in ij. col. & 7. ubi an ualeat argu. de pacto ad statutũ & adde ꝙ cõis opinio Canoni. a qua nullus discrepat, tenet. ꝙ non ualet consuetudo, ꝙ pater non teneatur alere filium. Ita Rochus Cur. in repe. c. quanto. de consuet. col. 34. fo. 22. H. C.

tum ad instinctum [a] naturæ, d.l.j.§. ius naturale, & in j.distin. a
in cap. ius naturale: tamen ille naturalis instinctus est reductus
ad necessitatem a iure ciuili.l. si quis a liberis. in prin.ff.de lib.
agn. vnde in pluribus casibus videmus quod alimẽta filio dene-
gari possunt, puta si filius a seipso viuere potest. d.l. si quis a lib.
.§. sed si filius. de lib. agno. Et ex pluribus casibus potest filius
exheredari. §. aliud quoque capitulum. in authen, vt cum de ap.
cog. Et pariter ex illis causis alimenta denegari possunt, vt not.
Bar. in d.l. si quis a lib. §. si quis ex his. & l. diuus supra de part.
& in l. si patrẽ. C. de alen. lib. 4. † ergo pariter videtur quod ex 4
causa filius a statuto poterit priuari iure alimentorum, quia tol-
litur solum illa necessitas [b] a iure ciuili introducta, & remanet b
ille instinctus naturalis, & tunc pater secũdum illum naturalem
instinctum qui tolli nõ potest, poterit alimenta ministrare, quia
solum in effectu, vt dictum est, tollitur illa forma, & illa necessi-
tas inducta a iure ciuili, & ad hoc facit tex. in authen. ex cõple-
xu. C. de incest. nup. vbi pater filio non tenetur præstare alimẽ-
ta. Ergo pariter ex causa a statuto hoc induci põt, imo etiam si-
ne [c] causa videtur ꝙ fieri possit, quia iura ciuilia pro volunta- c
te statuentium mutari possunt. §. fin. insti. de iure. natu.

Non obstant alle. supra in contrarium, quia possunt habere lo-
cum in pacto prout loquitur Spe. in loco supra alle. secus vide-
tur in statuto saltem causa subsistente, per ea quæ supra dixi. Et
in pacto idem tenet Bald. ꝙ † filius qui consumpsit partem suam 5
quam habuit a patre, possit petere [d] alimenta. Bald. idem tenet d
in d.l.i.§. ius naturale. col. fin. in versi. quæro quid si filius. & in
l. scimus. in prin. in ver. sexto quæro supra de inof. test. arg. l. li-
bertus qui operarum supra de ope. lib. & idẽ Bald. in auth. si ca-
ptiui. in fi. C. de epis. & cle. cum si. vt tradit Alex. in l. si cũ do-
tẽ. §. j. col. iij ff. so. mat. & dicit Bar. in d.l. j. §. parẽs. in fi. nõ va-
lere pactum, ꝙ filius alimentari non debeat. ff. de lib. agno.

Et quod dictum est videtur limitare Bald. in auth. quid si ro-
gatus col. ij. ver. & facit ad duas quæstiones. C. ad Treb. nisi fi-
lius partẽ sibi datam a patre perdidisset dolo vel lata eius culpa
& sequitur Alex. in d.l. si cum dotem. §. j.

Sed considerandum est, † quia aut dicimus quod non valet 6
pactum, quia fit contra ius naturale, vel contra officium pater-
num. Et ista ratio pariter militare videtur, dato quod filius
eius

a Instinctũ. Iste vt merus legista non capit q̃d sit ius naturæ, quia instinctus licet insit a natura non est ius, sed passio vel affectus. Ius autem naturę quã tũ ad diuina est notitia quędam legis diuinę hominis naturæ a Deo indita. ad Roma. 1. et iuxta illud psal. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui. Quãtum autem ad ciuilia negotia, ius naturæ est notitia siue dictamen rectę rationis naturaliter inditũ. vt probatur in l. cũ naturalis ratio de bon. dam. Et tradit Io. Gers. in lib. de vita spiri. ani. Are. Feli. Psal. 1. Sic in proposito, vt recta ratio dictat liberos alẽdos, ita ius naturæ obligat. cõtra data iusta causa denegandi, vt nec recta ratio ita, nec in ius naturę obligat. Nec propter ea ius naturæ seu recta ratio mutatur in se, tamẽ causa subiecta mutatur, seu circunstantiæ casus variantur.

b Necessitas. Vult dicere quod remanet ius naturale, & eius obligatio, licet non detur actio de iure ciuili, quod hic ineptum est.

c Sine causa. Falsum, nec valeret tale ius ciuile, tanquam iuri naturali contrariũ, sicut cum tyrannus ius denegat.

d Petere, Vide Barba. in c. quæ in ecclesiarũ, de cõsti. col. 5. post med. Hie. Cu.

a Generali. Oldr. consi. lxvj. Dec. l. principalibus. in fin. supra si cer. peta. Aymo consil. 189. numero 1.

b Legitima. Breuis veritas est quod licet possit quota variari, non potest tolli liberis nisi ex causa ad exhæredationem iusta. Adde decis. Thol. 437. Ang. Are. tra. testa. ver. nolens decedere in test. col. fi.

eius dolo vel lata culpa portionem sibi datam perdiderit. Aut dicimus quod valet pactum, quia ex causa factum videtur, ex quo eius partem recepit. Et indistincte videtur pactum valere quocunque modo eius portionem perdiderit, quia non priuatur legitima ex quo illam habuit. Et hoc videtur de stricto iure, licet ex quadam miseratione deberet pater illi prouidere, sed ad hoc non cogitur, & sic tali casu idem videtur in pacto quod in statuto. Et hoc quando specialiter sit dictum de ali-
a mentis. alias secus videtur. quia in generali [a] remissione non videntur remitti alimenta. dicta l. libertus qui operatur & bene facit text. in l. libertus. §. posthumus. & quod ibi Barto. ff. de alimen. & ciba. lega. Et tali casu quando non fuit expressum de alimentis, saluari potest opinio. Bald. & docto. in locis supra allega.

7 † Similiter per istum text. arguit Dyn. in regula. indultum
b de regulis iuris in sexto quod legitima [b] quæ filijs debetur, tolli non possit a statuto, quia secundum naturalem debetur. §. cum itaque in auth. de hære. & fal. ibi secundum ipsam naturalem eis debeatur. facit tex. in l. scripto. in fi. infra vnde lib. in l. cum
c ratio. in prin. de bo. dam. cōtrariū tamē cōcludit & tenet [c] Dyn. in dicta regula: indultum, quod de rigore iuris, qui in isto casu præua-

c Contrarium tamen concludit, & tenet. Vnum scire debes, quod vsque ad hæc tēpora nullus discrepauit in hac opin. videlicet quod legitima possit minui, præter Barba. in cap. Raynutius. de testib. qui tenet quod non potest minui. in col. xlij. & in consil. xxiiij. in i. uol. sed an possit in totū tolli. Dy. & Io. And. in reg. indultū. tenēt quod sic. Idē Ioā. And. in addi. Spec. in tit. de suc. ab intest. hanc opi. tenent omnes hic alleg. per do. Philip. in versi. contrarium tamen, &c. hanc etiam Oldr. consi. 107. circa ius municipale, &c. Angel. in consi. 362. incipi. post hoc scriptum. & in consi. 359. inci. præsuppo. stat. & in cōsi. 300. inci. pūctus talis est. in 1. colum. Rom. cōs. 134. inci. pro declaratione primæ. in prin. Fed. in consi. 21. in 3. col. inci. nunquid hæres. Cald. in consi. xv. inci. an si statutum augeat. Et Cal. in consi 31. sub tit. de testa. Card. in d. c. Raynutius, Lāfran. in repe. d. cap. Raynutius in 6. col. vbi dicit hanc communem legistarum. Anto. in l. plane. §. si duobus. de leg. j. Rom. in l. sequens gradus. ad Silla. Ang. in repe. l. pater filium de inoffi. testa. Bar. Imo. & Moder. in l. Titio. §. Titio genero. de condi. & demon. Pau. in l. plane. §. si duobus. de lega. Ful. d. l. Papinia. §. vnde si quis Ray. & Ioan. de Bel. in authen. de hære. & fal. & ibi Bar. Sali. in authen. nouissima. 6. col. xi. q. vbi dicit quod communiter tenetur opi. Dy. tamen cum modificatione, videlicet ex causa. Pau. in consi. 16. in 2. col. in 2. parte. Philip. Corn. in omnibus consilijs hic leg. affirmat hanc communem Bar. in l. de quibus. ff. de legibus in 3. col. in prin.

Contrariam tamen opin. videlicet quod non in totum, tenent Doctores hic alleg. per do. Philip. in versi. nonnulli tamen. & Domini de Rota in decisio. 476. sub titu. de consuetu. fol. 92. col. 3. in antiquis incipien. consuetu. videlicet, &c. & magis late in decesione, 18, in nouis, fol, quinto incip. fuit dubitatum, Ias. in l.

quoniam

quoniam in prioribus.col.2. in fi.& in auth.nouissima col.pen.C.de inof.test.tenet hanc opinionem: & dicit hanc esse cōmunē opi Bar.singulariter in cōsi.24. in j.vol.& in c.Raynu.de testamen.col.xii.& 13.vbi allegat Bald. & Ancha. in quibusdam recollectis in l.hac edictali.C.de secun.nup.Card.Alex.in c.ius naturale.1.dist.in 3.col.vbi reprobat dictum Abb.in d.c.Raynutius. Ang. in d.c. Raynutius. in 5.col. in medio. Bald.in authen. nunc aūt. C. de epis.et cle. & in tract.statutorum in verbo legitima. vers.8.et 9. & in sua Marga. in ver.legitima versi.3.Bar. in consi.62. col. 2.Car. in consi. 2. vbi dicit ꝙ de iure can. non valet tale statutum. Angel. & Bald. in l. 2.§. ius naturale. de iusti.& iur. in finalibus verbis.Capra in consi.72.in 2.col.Inno. in c.quæ in ecclesiarum. de constit.Fely.in c.ecclesia sanctę Marię.de constit.col.3.Socin.consi.150.in 1.par.& in consi.275.incipien.in causa fratris.in 2.vol.& in consi.288.in 2.parte.Alex. in consi. 197.incip.viso titu.q. in 4.col.vbi dicit hanc veram opi. & communē cano.Alber.de Rosa.in 2.par.statu.qō.103.& 104.& in l.quoniam in prioribus. pen.& fi.col. Bal. tenet hanc opinionem in plur.locis relatis vbi supra in tract. statu.& sic vides ꝙ vtraque opin.est communis; tamen non recedas ab opin.Cano,quia est magis æqua, quia vbi sunt duæ opinio. communes contrariæ, scilicet cano.& legistarum,est tenenda opin.canon.de quo vide Lan.in repet.c.quoniā contra.in versi.testiū.col.xi.in fi.de proba.& vbi est decisio.Rotæ.est maioris autoritatis ꝙ̃ cōis opi.doc.ita Barb.in c.olim.de lit.contest.col.12. post prin. est bene verum quod cum causa poterit in totū per statutū vel consuetudinem tolli legitima,secundū magis communem opi.doct.quā refert Abb.in consi.75.col. fi.& Rochus Cur.in tracta de consue.col.84.fol.32.& dato quod prima opi.legistarū esset vera,communiter tenent omnes quod alimenta possent peti.de quo p Barb.vbi supra & Imo.in.§.Titio genero,col.pen.& Abb.consi.63.in 1.vol.& per d.Roch.de Curte.Vbi supra qui dicit,ꝙ nullus discrepat ꝙ nō valet cōsuetudo quod filii a parentibus non alantur. Et sic per ista parte an valeat statutū inclytæ ciuitatis Valentię regni Hispaniæ disponens ꝙ pater possit filii exhæredare cū quinq; solidis monetę ipsius regni,q faciunt summā quartæ partis vnius aurei.Itē ēt an meliorationes seu maioricatus sunt liciti.de quo vide Mo.Hisp. in repe.c.per vestras,de dona.inter vir.& vxo.fol.83.ver.test.nūc exam.H.C.

prævalet æquitati.statutum posit tollere legitimam quæ introducta fuit a iure ciuilli, quod quidem ius ciuile imposuit illam necessitatem relinquendi filiis.§.1.in auth.de trien. & semis.§.si quis autem. Bene verum est, quod lex ciuilis ita statuit naturali ratione suadente. Et hoc modo iura alleg. in contrarium intelliguntur. & idem finaliter tenet Cyn.in l.scimus. in fi.C. de nupt. Oldrad.in consi. 135. factum est tale. & Alexand.in consi.lxxv.visis.colum.secunda lib.1.refert Dy. † ꝙ legitima 8
debetur de iure ciuili;naturali tamen ratione. Et quod legitima absolute a statuto tolli posit: tenet Ang.in l.Papinianus.§ quarta autem.col fin.supra de inoffi.test.vbi dicit se pluries ita consuluisse:& patet in eius consi. 15.statuto cauetur in consi.349. consultatio hæc.& idem Ang.in l.quod de bonis.§.fi.supra ad leg.Fal.& ibi Imo.dicit ꝙ ista ex communis opin.& Alex.ibi post multas alleg.dicit ꝙ communiter ita tenetur,saltem ex causa.Et idem Domi.in cap.quamuis.col.pe.de pact.in 6.Ioan.de Anan.in consi.quarto visis Lapus in alleg.ci. in ciuitate Florentiæ.col.1.Rota in 18. deci. fuit dubitatū.in nouis.& Abb.in cōsil.65

fil.65.primo est videndum.col.fin.lib.j. And.Sicu.in cons.77. col.6.lib.4.Et istam esse communem opin,et attestatur Cor. Peru.in consi.150.hanc quæstionem.in fin,lib.j.& consi.210. in hac consultatione,col.j.pe.lib,& in consil.7.in hac consultatione.libr.ii.in princip.& in consil.105.in hac consultatione.libr.3.& in consi.cxxiii.licet breue sit,eod.libr.iii.colum.fi. & in consi.j.col.iii.lib.iiii.vbi pluribus mediis tollit æquiparationem quę fit de alimentis ad legitimam.

9 ¶†Et ista conclusio præsertim habet locũ in legitima [a] quæ debetur matri vel patri,vt not Ang.in d.cõs.105.Bal.in d. §. ius naturale,ff.de iust.& iur. Ro.in consi.32.visa, col.fi. Ben. Cap.in consi.15.pro pleniori,& in consi.151.subscripsi.

Nonnulli tamen tenent contrarium,quod non possit tolli in totum sed minui. Et vltra antiquos quos refert Dyn. in dicta reg.indultum.hoc tenet Bal.in consi.47. in quæstione. libr.1. & in consil.131.circa prædicta.lib.2.Fulgo.consi.95. quidam Raphael Cum.in consi.70.quidam Serpetius.col.1.Andr. Sic. in consi.24.colum.iij.& fin.lib.j.Alexan in consi.55.viso titulo.col.fi.lib.ii.& Maria.in consi.30.quãuis ex his.& Soc.in consi.150.in prin.vera & magis cõmunis opinio est,quod possit tolli etiam in totum saltem ex causa per supradicta.

a Legitima Ro ma.cõs. xxxii. incipien. visa municipali. fin. col.vbi dicit ꝙ nullus tenet cõtrariũ. & Abb. consi.75.incip. quidam decessit &c.H.C.

## In l.Semper in obscuris.Argumenta.

1 *Minimum quod est quando sequi debeamus.*

2 *Testator præsumitur quam minimum velle hæredem legatis grauare.*

*Minimũ in legatis sequi debemus,& in vltimis volũtatibus*

3 *Minimum sequimur nisi significatio propria uocabuli aliud innueret.*

4 *Legatum ad pias causas non est de minori intelligendum*

5 *Legatum quod fit clericis an intelligi debeat de minori,an uero maiori.*

6 *Legatum pro loco,cui fit qualiter est intelligendum.*

7 *Minimum etiam in contractibus quare sequi debeamus.*

*Debitori datur electio in alternatiuis.*

8 *Obscurum iudicis arbitrio declarandum si sit,non recurritur ad id quod minimum est.*

9 *Minimum in pœnis infligendis attendendum.*

10 *Damnatus pœna capitali intelligi debet de minori.*

11 *Propietas uerborum in pœnalibus maxime attendenda.*

Pœna

12 *Pœna si p delictis sit infligẽda, q̃ mitior est irrogari dẽt.*
*Excommunicatio in dubio de maiori est intelligenda.*
13 *Excommunicatio qualiter esse pœna probetur.*
14 *Excommunicatio minor non solet ab homine proferri.*
15 *Obscurũ in iudicijs ĩterpretari solemus in fauorẽ actoris.*
16 *Obscurum quando aliquid esse merito dicatur.*

## REGVLA IX. VLPIANVS.

SEMPER *in obscuris quod minimum est, sequemur.*

¶ EADEM regula habetur eo. tit. in c. in obscuris, & glo. exemplificat in cap. ex parte de censi. sed non bene: quia text. ibi rationem specialem adducit & in terminis illius cap. si legatum fuisset factum ecclesiæ deberet maius l. Titia. §. Seia. & ibi Bartol. ff. de aur. & argen. leg. vnde exemplificari potest in l. nummis de leg. 3. quam gloss. hic adducit & in l. apud Iulia §. Seio. de leg. 1. in l. qui concubinam. §. cum ita de leg. 3. cum simi. vt tradit Dy. in d. regul. in obscuris.

¶ † Et ista regula habet locum in subsidium: quia prius inspicitur quod actum est. Secundo, quod verisimilius est. Tertio, qđ fieri solet. l. semper infra eo. l. in obscuris. infra eod. & not. per gloss. in d. regu. in obscuris. Et huius regulæ rationem adducit gloss. in d. reg. in obscuris eo. ti. in 6. quia in eo quod plus est continetur minus. Sed ista ratio bene procederet in quantitatibus non autem in speciebus l. inter stipulantem. §. si stipulãtem. ff. de verb. obli. vnde melior ratio videtur; † q̃a in legatis testator videtur minus grauare hæredem quam fieri posſit l. unum ex familia. §. si rem de legat. 2. in contractibus vero ratio videtur, per reg. l. ueteribus. ff. de pac. & in delictis ratio colligitur per l. si præses. ff. de pœnis. 1 2

¶ Habet ergo locum regula, primo in legatis [a] & in vltimis voluntatibus, vt probatur in d. l. nummis. de leg. 3. in d. l. apud Iulianum. §. Seio. in l. si ita scriptum sit in fin. de leg. 1. in l. si ita relictum fuerit in prin. de leg. 2. in l. qui concubinam. §. cum ita de leg. iii. 3

¶ Et tali casu regula procedit vbi est incertitudo in rebus. Secus in personis: quia tunc elec. datur hær. l. si quis seruũ. §. si inter duos de lega. 1. Et no. per Dy. in regula in obscuris eod. tit. in 6. vbi dicit, quod in personis minimũ apparere non potest.

¶ † Secundo regula limitatur, nisi propria significatio vocabuli aliud importaret, vt not. Bar. per illum tex. in l. si is qui ducenta in prin. supra de reb. dub. 4

¶ Tertio regu. intelligitur quando illud minimum habet in se vtilitatem; alias secus, vt per gloss. in l. legato generaliter de leg.

a Legatis infra eo. l. in testamentis, num. 3. idem Deci. l. i. in fin. l. si creditores. in fin. l. certis annis colum. ii. C. de pact. l. in testamento colũ. fin. C. de milit. test. l. i. col. i. C. de instit. & subst. l. i. in fin. C. de impu. & ali. Ias. l. in pluribus col. 1. de lega. i. l. non solũ. §. fin. col. 20. de oper. no. nunc. Soci. l. si fuerit. de reb. dubiis.

de leg.j.vbi Alex.in iiij.col.in verſ.item dicit gio.

Quarto regula intelligitur, quando non apparet quod electio data fuerit legatario.alias ſecus, vt not.Bar.in d.l.legato generaliter,circa fi.in ver.prædicta omnia.de leg.iij.

Quinto fallit, quando qualitas legati vel legatarij aliud ſuaderet.l.ſi cui.de ali.& cib.leg. l.Stichus.de le.iij.quia legatum obſcurum ex affectione cuiuſque capit interpretationem: vt dixit text.in l.capienda.§.quod factum eſt infra eodem facit tex.in l.Aurelius.§.Titius teſtamento.& quod ibi Bar.ſupra de lib.leg.

4 ¶†Sexto & vltimo fallit in legato relicto ad pias cauſas:[a] a Cauſas. Idē Socin.in tract. fallentiarum,in reg.510.in 4°. priuilegio piæ cauſæ, Hie,Cu.

a quia non de minori, ſed de maiori fauore religionis intelligitur.l.Titia.§.Seia.ff.de auro.& arg.leg.vbi Bar.ita limitat iſtam regulam.& illum textum pro ſingulari alleg.Rom.in ſing.515.quæro ſi lego eccleſiæ.& no.do.Abb.in capi.iudicante de teſt.col.ij.verſi.vnum tamen ſing.Et tradit And.Sicul.in conſi.lix.illud in medium.col.xj.lib.ij.

Limitatur tamen ille text.procedere in legato eccleſiæ,prout loquitur.

5 †Secus ſi eſſet legatum factum clericis vel perſonis eccleſiaſticis, vt not.Abb.dicit per illum tex.in capitu.ex parte.de cēſi.per rationem quæ in text.ibi aſsignatur. Sed certe cum tex.ibi loquatur in voto,conſonat quod votum factum fuerit de dādo ecleſiæ, & clerici ibi videntur pro eccleſia recipere.vnde ille text.indiſtincte prout loquitur, videtur procedere ſecundum iſtam regulam quæ etiam videtur habere locum in relicto facto eccleſiæ.

Non obſt.tex.in dicta l.Titia.§.Seia quia non videtur pro-

6 bare illud ad quod per Bar.& docto.omnes allegatur. † Nam ibi erat factum legatum templo in quo non erant niſi dona aurea & argentea.merito ſecundum qualitatem loci legatū intelligitur. Et dum ibi dicitur, quod de argento debeat legatū fieri bene probatur regula quod in dubio legatum ſit quod minus eſt, ex quo fit ibi de argento & non de auro.Et idem Ro.in not.ſupra alleg.515.bene dicit quod legatum factum eccleſię de calice, intelligitur de argento vel auro, quia de alia materia calices eccleſiæ non conficiuntur.c.vt calix.de conſe.diſtin.j.Et ſic propter qualitatem loci videtur fieri illa interpretatio.

b Alias[b] ergo in legato facto etiam eccleſiæ regula iſta haberet locum, vt probatur in d.c.ex parte. Et hoc modo ſaluatur gl.in d.reg.in obſcuris.eo.tit.in vj.quæ exemplificauit reg.per illum tex.in d.c.ex parte. Et ad hoc facit quod not.Ro.in ſing 59.quidam Ro.vbi inquit quod ſi quis legauit eccleſiæ vtilitatem palatij ſui quod videtur legare ſolum vſum, & nō proprietatem.alleg.text.cum gloſſ.in l.ſi habitatio.ff.de vſu.& habita. b Alias.Idē Iaſ. l.ſi ita ſi ſcriptū in ff.de leg.i.

7 †Secundo regula etiā habet locū in contractibus.l.inter ſtipulantem,

pulantem.§.si stipulante.l. si stipulatus fuero decem, de verbo. obliga.l.si fideiussor. la secunda supra manda.l.si quid venditor. in fi.supra de edil.edic. Et facit regula, quod in contractibus in alternatiuis electio est debitoris.l.plerunque in fi.ff.de iur.dot. Et ad propositum fa.gl.notab.in l.fi.supra de præt.stip.quæ dicit quod iudices semper sequuntur quod minus est. Et ideo in mandato obscuro attenditur illud quod minus præiudicaret, vt not.Bald. in l.falsus.colum.pen.C.de falsis. & in dubio non videtur quod transferatur dominium, vt not.Bart.in l.cum pater.§.pater pluribus.de leg.ij. Alexā.post Bal.quem ibi refert in l.si pascenda. C.de pact. Et talis regula in contractibus procedit quando illud minimum non sit inutile, alias debetur mediocre.l.si quis argentum.§.similique modo.C.de donati.declarando vt per Dy.in regula,in obscuris.eo.tit.in vj.

Secundo regula fallit in dote, vt not.per gloss.in prin.in l.nuptura.ff.de iure do.quæ alleg.l.in ambiguis.eo.tit. Nam illa regula,in ambiguis, quæ loquitur in dote, est magis specialis,& videtur derogare huic regulæ generali, vt regula generi per speciem.de regu.iur.in vj.

† Tertio fallit quando illud quod obscurum est,& declarari debet arbitrio iudicis, quia tunc nō recurritur ad minimum vt not.Abb.in c.j.de deci. vbi limitat istam regulam & ad hoc bene facit tex.in l.cum post,§.gener.supra de iure dot.& quod supra dictum fuit in legatis per l.is cui.de ali. & cib.lega.

Quarto fallit in casu.l.veteribus[a] supra de pact. vt per gloss. hic & Dyn.in d.regu.in obscuris.Et de intellectu.d.l.veteribus. videndum erit in locis infra allegandis.

a Veteribus. Imo.recte intelligendo, iuxta. l.sępe. de verb. sig.concordat.

Quinto fallit ratione subiectæ materiæ,quia in dubio videtur dominium transferri.l.j.in ver.tamen.ff.pro dote.l.si ita distrahatur.§.j.de contrahen.empt.& not,Bar.in l.dotis.ff.de iure dot.& in l.cum pater.§.pater pluribus.de leg.ij.

† Tertio regula etiam procedit in delictis, vt not.per gloss. 9
hic. quia in dubio minor pœna imponitur.l.si præses.& l.interpretatione supra de pœnis.& de pœn.distin.prima in capitu.pœnæ in l.pactum.§.in pœnalibus infra eod. facit text.cum gloss. in l.hæ enim causæ supra de suspect.tut. in l.absentē.ff. de pæn. Et not.Bald. in l.diuortio.in princ.ij.versi. & facit ad quæst.ff. solu.matrimo.& in l.quoties.§. si quis ita.in versicu.facit etiam hoc ad quæstio.supra de hære.insti. & tradit Alexan.in consil. cxvj.in causa inquisitionis, libro tertio. † Et ad idem facit.qa 10
condemnatus pœna capitali (cum sint plures causæ capitales) de minori intelligitur, vt no.Abb.post gloss.& alios in capitu. quanto,col.iiij.vers.iij quæro.de iureiur.cum si.vt tradit Alex. in consi.cum statuto loquens.lib.j. Et condemnatus ad restitutionem rei furtiuę in dubio videtur condemnatus cōditione furtiua,quæ nō infamat, vt no,qō,tradit Io, de Anan.in c.qualiter & quando

& quando. §. ad corrigendos. col. 3. de accus. vbi dicit se ita consuluisse Venetijs. facit gloss. in l. si quis id quod. in ver. quingentorum. quæ dicit quod alias in text. est quinquaginta. Et ita approbatur: quia est minor pœna, secundum Cyn. Alber. Bald. & alios ibi. & Fulgo. in consi. clxxxviij. hoc maxime.

Et prædicta conclusio limitatur primo, nisi ex qualitate facti aliud colligatur: vt patet in l. prima. C. ad leg. Cor. de sica. in l. si non conuitij. C. de iniuriis. in capitu. 1. de præsumpt. & latius per Dyn. in d. reg. in obscuris.

Secundo fallit in casu. l. Item Mela. §. si plures. ff. ad leg. Aquil. de cuius intellectu vide Io. de Ana. in cap. significasti. el secundo, de homi. in 3. notab. Et Per. de Anch. in cons. 216 nos Bartholomeus. cum similibus vt tradunt Moder. in d. cap. significasti. Et adde Ro. in consi. cccci. eo præsupposito. Alex.

a in consil. xv.[a] viso processu. lib. 1. & in consil. l. visis. col. 2. eo. lib. j. & in consi. xlvj. copiose. lib. 4.

11 † Tertio, prædicta conclusio limitatur non habere locum, quatenus verborum proprietas videtur requirere: qui lata interpretatio fit vt verborum proprietas seruetur, etiam in pœnalibus. l. cum l. supra de testa. vbi Aret. not. illum text. ad hoc & facit quod not. Cal. in consi. primo de consang. & affi. vbi inquit, quod materia dispensationis, quæ stricte debet interpretari. capitu. primo de fil. præsby. tamen late secundum proprietatem verborum interpretatur.

12 † Quarto & vltimo, conclusio supradicta procedit in delictis vbi agitur de pœna corporali, vel pecuniaria. Secus est in excommunicatione, in qua in dubio fit interpretatio de maiori excommunicatione. capitu. penul. de senten. excommunic. quia excommunicatio non dicitur pœna, sed medicina ad correptionem, capitu. primo de sent. excommunicatione in 6. vt not. Abb. in d. capitu. penult. & in capitu. primo de postu. præla.

13 Sed ista responsio non videtur vera: quia † absurdum est dicere quod excommunicatio non sit pœna; quia contrarium probatur in capitu. quoniam frequenter. §. fi. vt lit. non contest. & nulla maior pœna est in ecclesia: vt dicit text. in cap. corripiantur. xxiiij. quæstio. 3. Obstare tamen videtur text. in d. c. pen. vbi contra naturam pœnę sit lata interpretatio. Et in hoc valde laborant doct. Inno. in capitu. j. de loca. Io. de Ana. in c. i. de sagittarijs. Moder. in capitu. pen. in c. dilecte. de exceptio.

b Sed non bene resoluunt. vnde dicendum est, [b] quod tex. in d. capitu. penult. loquitur in iudice qui protulit sententiam excom

14 municationis. Nam de maiori intelligitur, † quia ab homine minor excommunicatio proferri non solet: & verba intelliguntur secundum communem vsum loquendi cap. quanquam. 2. q. vij. l. Labeo. ff. de supel. leg. & in delictis quomodo regula procedit dicendum est, vt latius per Dyn. in d. reg. in obscuris

15 † Vltimo regula non habet locum in iudicijs, vt glo. hic dicit,

a Consi. 15. Ad de Nic. Boer. decisio. 217. & infra eo. l. fauorabiliores. nu. 6.

b Dicendũ est. Aliam tibi assigno rationem quam dat Ancha. in c. statuimus. de sen. excom. lib. 6. in ver. ij. not. nam excõicatio non ꝑfertur nisi pro mortali. c. nemo. vi. quæst. 3. mortale de per se operatur remotionem a sacramentis, vt minor excõicatio. c. sacerdotes. 1. q. 1. ergo vt aliquid addat, excõicatio debet intelligi de maiori. vt l. 1. in fi. ff. ad municipales. alias rationes ponit Fel. in d. c. pen. de sen. excom. quem vide. vbi sentit istam, licet non ita declaret. Hieron. Chu.

est, quia in dubio fieri debet interpretatio in fauorem actoris l. l. si quis intentione ambigua supra de iudi. l. inter stipulantem §. si Stichum de verborum obligatione & not. Bar. in l. rerum iamotarum in fin. ff. re amo. Et not. Inno. in capitu. licet causam in fin. de proba. quam Bald. refert in l. ordinarij. C. de rei vendi. col. penul. & idem Innocen. in capitu. examinata. de iudi. in fin. Abb. in consilio. lxxvij. in quæstione in fin. lib. 2. Alexandr. consilio lxvii. viso themate. colum. penul. libr. 2. Et prædicta cõclusio etiam habet locum in iudicio criminali, vt Alexand. concludit reprobando. Rom. in l. diuortio in prin. col. 3. ff. solu. matri, & ita tenet Bart. in l. libellorum. col. fin. in prin. versi. quæro aliquis percussit limitatur tamen tex. in d. l. si quis intentione vt Bald. ibi dicit in secundo notabili. & tradit Alexand. in consil. lv. quoniam causa. col. fin. libr. v.

† Et ad declarationem regulæ, vide l. veteribus. ff. de pac. 16 quando aliquid dicatur esse obscurum, tradit Alexan. in consi. xi. viso colum. fin. lib. ij. & ibi dicit quod verba generalia non dicuntur obscura, de quo not. l. si fideiussor. laici. ff. mandati.

Et an sit differentia inter verbum obscurum & ambiguum, dixi in capitu. fin. de constitu.

Et de præallegata. l. veteribus. no. Imo. in consi. xxi. in casu præmisso. Ioan. de Ana. in consi. xcviij. visis. in fin. Aret. in consil. 54. in causa magistri Blasij. in fin, & in consi. lxxxiiij. diligenter. col. fin. Oldra. in consi. xcv. ex forma. col. 2.

## In l. Secundum Naturam Argumenta.

1 *Commoda ferens, incommoda & onera sustinere debet, & nume 2.*

2 *Pactũ de lucro in societate est ẽt de dãno intelligendum.*

3 *Contrariorum quare eadem disciplina & nu. 5.*

4 *Testes publicatione facta nec super ijsdem capitulis, nec super directo contrariis admittantur.*

6 *Augmentum si non auget, nec minutio minuet, quod oppositorum eadem sit ratio.*

7 *Argumentum ab oppositis quare inualidum.*

8 *Frater an succedat sorori statuto stante quod soror nõ succedat fratri.*

9 *Testes tot in reuocatione requiruntur testamenti, quod in eiusdem confectione.*

## REGVLA X. PAVLVS.

**SECVNDVM *naturam est; commoda cuiusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda.***

a EADEM regula habetur[a] in c.qui sentit eod.tit.lib.vj. & probatur in l.j.in princi. supra de instito.§.cum autem institu. de emptio. & vend.l.i.§.pro secũdo.C.de ead.col.cum simili. allega.in glo.alia exempla, & similia traduntur per gloss.in d.regula qui sentit.Et adde text.in l.is qui in potestate. in
1 .§.fin.ff.de leg.præstand.†vbi dicitur absurdum esse alium habere commoda,& alium onera sustinere: & vbi periculum est ibi lucrum debet collocari.l.fina.§.penul.C.de furt.gloss.per illum tex.in l.si is qui.§.i.supra commo. Et ideo pactum factum de lucro in contractu societatis,etiam de damno intelligitur §.illud.instit.de socie. Iniquissimum enim est genus societatis in qua vnus damnum & non lucrum haberet l.si non fuerint.§.fina.ff.pro soci. Et ideo commodum ab onere regulatur: vt in not.quæst.tradunt.Bald.Angel.& doctor. per glo.ibi in l.plane.§.si duobus de leg.i.vbi Alexan.refert.col. i.facit text.in l.Se io.in principi.& quod ibi Bartol.ff.de annuis leg.in l.Nesenius.§.fina.supra de excus.tuto.& in l.quoties.supra ad Trebel. Et ad prædicta facit quod not. Bar. in l.quia poterat.in fin.supra ad Treb.vbi ponit quæstionem, de socio qui suo periculo voluit ire Venetias contra voluntatem socii, nam de lucro quod fecit nihil debet habere socius qui noluit periculum subire. cum similib.vt tradit ibi Alexa. colum.i.& sequitur Angel.Areti.in §.illud instit.de societa. & Roma.consi.575.& per istam regulam Bald.dicit in l.i.§. pro secundo. in fina.C.de cadu.tol. quod aut uasallus dimittat feudum,aut præstet seruititum.
2 †Et prædicta regula procedit data habilitate personę. Sed quãdoque propter inhabilitatẽ personæ quis commodum consequitur,licet onus,& incommodum non patiatur: vt patet in muliere & minore qui ad hæreditatem agnatorum admittuntur,& tamen tutelam eorum subire non tenentur.l.i.§.interdum ff.de leg.tut.in.§.fina.insti.de l.pat.tute.

Secundo regula nõ habet locum in dote,in qua mulier quãdoque habet lucrum,& onus non patitur: vt not.Bartol. in l.si costante in princ.colum.penul.in v.q.iii.princ.sol.matr.

Tertio ista regula habet locum quando est eadem ratio,vt quis ad commodum & incommodum admittatur; secus vbi esset diuersa ratio.vt not.Bartol. hic & patet in iuribus alleg. in glo, videlicet in l.si negotia absentis supra de neg.gest.in l.

a Habetur.Facit Hipp.Marsi.si ng.264.

si quis.§.j.supra communi diui. in l.sed & socius.§.si absenti. ff.pro socio. in quibus iuribus propter culpam eius quis cogi tur damnum subire & a lucro repellitur: vt no.Ang.per glo.fi. ibi in l.fi.C.ad Tert.

Et secundum istam limitationem, duæ limitationes supra di-ctæ videntur procedere; ita omnia supra dicta in ista limitatio ne includi possunt, & ratio Barto.in d.l.si constante non funda datur in fauore dotis: sed quia eadem ratio videtur. Et ad hoc facit, quod inferius dicam.

Per istum tex.cum similibus supra & in gl. alleg.infert glo. hic illud vulgatum, †contrariorum eadem est disciplina. & idem no.per glo.in rub.C.de acq.poss.in c.quanto de censi.in glo.fi.& in l.sciendum.§.fi.supra qui sat.sd.cog.in l.Pomponius §.j.in versi.esse.ff.de procur. 3

Prædicta regula exponitur & declaratur pluribus modis. Primo, vt dicamus: eadem disciplina, id est, eadem cognitio: quia cognito vno de contrariis, alteratum cognoscitur: & hoc probatur in l.j.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.insti.eo.in pri. & ibi Ang.Aret.& insti.de tutel.in princip.& in l. qui accusa re.in prin.ff. de accus.& in l j.§.stipulatio, supra de præt.stip. Et hoc modo arguit Dy.in reg.ii.in princip.de reg.iur.in vj. Bar.in l.inter stipulantem.§.sacram.colum.iii.ff.de verbo.ob-lig. Abb.in c.fraternitatis.de test.col.antepe.

†Et ideo sicut facta publicatione testium testes non admit- 4
tuntur super eisdem capitulis; ita non admittuntur super directo contrariis: quia est idem timor subornationis in directo contra riis; quia cognito vno contrario, alterum cognoscitur: vt dicit Angel.Are.insti.de his qui sunt sui vel alie.iur.col.i.in fi.alleg. not.in clem.ii.de testib.& in §.quia non in authenti.de testib. not.in c.fraternitatis, de test.

†Secundo, contrariorũ eadem est disciplina, intelligitur ꝙ 5
eadem sit decisio: quia dispositum in vno, habet locum in alio vt gloss.hic dicit per istum text.cum sim.Nam licet cõtraria sint contrariæ naturæ & effectus c.hospitiolum.32.distin.in fi. vnde si vnum contrarium est bonum alterum malum est: vt per glo.in c.intellecto de iureiu.quia quod operatur propositũ in proposito operatur oppositũ in opposito l.si & toto.in prin. l.quod in rerum.§.si quid potest.de leg.iij. Et contraria non possunt simul stare; quia uno posito alterum tollitur xxi.q.ii. c.cum humilitatis, & ibi gl.in l.fin.ybi glo.de diuor.facit text. in l.non codicillum.C.de test.& quod ibi gl.l.Pomponius.§.1. ff.de procur.Tamen quandoque de vtroque contrario idem di sponitur & iudicatur, vbi est eadem ratio, vt hic secus si di-uersa ratio sit; vt concludit Bar.hic & idẽ Bar.in l.in fundo.in i.col.ff.de rei vend.Ang.in consi.66.visis.in fin.& Dy.in d. reg.qui sentit.& Bar.in d.§.sacram.Paul.de Cast.in l.qui pro prie.§.procurator, ff.de procu.Ang Are.in d.§.illud, & instit..

de his

de his qui sunt sui & in c. in prin. & in ista conclusione oia iura resoluuntur, & ita etiã conclu lit Are. in rub. ff. de acqui. pos. vbi ad hoc inducit glo. no. in cle. fi. de appel. in versicu. repulsio.

6 †Et secundum prædicta procedit quod no. Bald. in l. pen. C. de sol vbi dicit ꝙ oppositorũ est eadem disciplina, quia si diminutio non minuit, sic nec augmenum augere debet, allegat pro concordantijs l. & si contra. §. fi. ff. de vulg. & pup. & quod not.

7 Bald. in l. non nudis. in fi. C. de proba. †ꝙ non valet argumentum ad oppositis, quando non est eadem ratio, & quod not. glo. in clemen. j. in verbo obseruare. de senten. excom. quæ dicit ꝙ contrariorum non est eadem disciplina, vbi verba & mens resistunt, & idem Bald. in l. si præses. C. quomodo & quando iud. in prin. dicit ꝙ contrariorum non est eadem disciplina, quando non est eadem ratio contrariorum.

Ex supradictis infertur ad quæstionem quam ponit Bal. in l. duodecim. tabularum. in fine. C. de leg. hæred. in ver. quæro sta

8 tu. vbi dicit, † ꝙ si statuto [a] cauetur ꝙ soror non succedat fra-

a tri, non tamen in casu contrario videtur statutum disponere, ꝙ

b frater [b] non succedat sorori, quia non videtur eadem ratio contraria conseruandæ agnationis, & illud etiam sequitur Paul. de Cast. in d. lege. cum simi. vt tradit Alexan. in l. inter stipulan-

9 tem. §. sacram. de verb. oblig. † Et quot testes requiruntur in cō-

c fectione testam. tot. etiam in eius reuocatione requiruntur, [c] vt no. Bald. in l. fin. colum. iij. versi. & scias. C. de fideicom. cum si. vt tradit Alexand. in rub. de acquir. poss. & de hoc videbimus plura similia in regul. nihil tam naturale, infra eod. vbi melius similes quęstiones conueniunt.

a Statu. Do. Soci. tenet contrarium p pulchra fundamenta, in rubr. ff. de acqui. poss. in fin. verbis Ias. tamē ibi dicit cōmunē opi. esse contra Soci. & ibi late p doc. circa hanc materiam. H. Cuc.

b Frater supra. co. li. ij. nu. 117.

c Requirũtur. Imo non semp. vt no. in l. sancimus C. de testa.

## In l. Id quod nostrum. Argumenta.

1 *Voluntas nostra quare facti esse dicatur.*
2 *Facti vocabulo venit quandoque non factum.*
3 *Princeps & respublica occasione data rem meam mihi auferre possunt.*
4 *Commune quod est meum aliquo modo est.*
5 *Liberta patrono nupta potest eo inuito diuertere.*
6 *Meũ tuũ suũ hæc verba in dubio pro toto sunt accipienda.*
7 *Conditio si meus erit, verificatur si meus pro parte sit.*
8 *Res tota in dubio venit rei vocabulo.*

### REGVLA XI. POMPONIVS.

*ID quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest.*

IBI in tex. facto nostro. Hic factum nostrum pro voluntate
simplici etiam accipitur. † Nam voluntas nostra & animus facti 1
esse dicitur l. bonæ fide. §. j de acq. rer. do. ibi ad factum pertin.
no. Bart. in l. pro hære. in prin. ad fin. ff. de acqui. hęre.

Secundo factum nostrum hic etiam non factum includit † Nã 2
appellatione facti, etiam non factum continetur insti. de nup. §. si
qua vxor in fin. vbi dicitur rectius illos facturos si se abstinue-
rit & no. per glo. & doc. in l. 3. in prin. ff. de verbo. obli. & hoc
etiam habet locum in materia pęnali, vt tradit Alexand. in l. vbi
autem. §. qui id quod. ff. de verbo. obliga. & in terminis regulæ
hoc patet, quia id quod nostrum est, mediante negligentia, &
sic mediante nostro facto ad alium transfertur, vt contingit, in
præscriptione & vsuca. l. j. supra de vsuca. l. traditionibus. C. de
pac. & glo. hic dicit, dum inquit, quod ille qui tacet & patitur cõ
tra se præscribi, dicitur aliquid facere & fortior videtur ista trãs
latio quæ fit mediante præscriptione, quia prælatus qui non po-
test alienare, cum eius negligentia ecclesia priuatur iure suo me-
diante præscriptione c. veniens de præscrip.

a Mes. Dec. c. ratio de præben. Ias. l. cætera. §. item quæri potest. de leg. j. Alci. in l. pupillus. §. fi. de ver. sig.

Et ista regula sic declarata limitatur non procedere ex cau-
sa, † quia princeps & respublica ex causa possunt rem meam mi- 3
hi auferre l. item si verberatum. §. j. vbi Barto. ff. de rei vend. l.
Lucius. ff. de euict. no. in l. Antiochensium ff. de priuile. cred. &
ibi Barto. Immo etiam officialis ex causa hoc potest l. fin. §. Ti
tius vbi Barto. ff. de pig. act. Et hoc sane intelligitur, dummodo
pretium soluat l. serui, vbi Bald. C. pro quib. caus. lib. accipi. glo.
in l. si locus. §. fin. ff. quemad. ser. amit. & no. Barto. in d. l. fin. §.
Titius. Arch. xj. q. 3. ca. per principalem bonus tex. in l. vendi-
tor. §. si constat. ff. communia. præd.

In hac l. est glo. not. quæ allegatur, † quod illud quod est con- 4
mune dicitur meum [a] largo modo per fictionem, & non proprię a
& istam glos. sequitur Bartol. in l. serui electione. §. i. supra de
lega. j. per tex. in l. illud. ff. de rit. nup. vbi videtur text. dum ibi
dicitur, quia non proprie videtur eius liberta. quæ etiam alterius
sit Nicol. de Neapol. in d. §. j. & Albe. de ros. quem ibi Alex. re
fert dicunt, quod tex. in d. l. illud videtur probare contrarium, &
illum contra Barto. inducit Are. in d. §. j. quia licet primo secun-
dum sententiam Iaboleni, tex. dicat quod res communis proprie
non sit mea. tamen videtur recedere ab illa opi. dum inquit alijs
contra visum est, quia libertam eius esse negari non potest, licet
alterius quoque sit liberta, & iureconsultus illam approbat &
sic videtur recedere a prima opi. Iaboleni.

Sed responderi potest, quod licet sententia Iaboleni reprobe-
tur in decisione illius casus. Ratio tamen allega. non repro-
batur, & ibi de liberta communiter iudicatur idem quod
de propria, † quia liberta nupta patrono, non potest illo inui 5
to diuertere. l. fina. in princip. ff. de diuor. & hoc fuit statutum
propter reuerentiam patroni, vt dicitur in l. in eo. iure

b Et non proprie adde Bart. l. si testamẽto in prin. ff. de condi. istit. & l. hoc legati. de leg. 3. & doct. in ca. cum in illis. §. fi. de preben. lib. 6. vbi dicit ꝙ in materia fauorabili meũ dicitur quod est cõmune, secus in odiosa. de qua vide Card. in cle. j. de ho. in 2. col. in fin. adde tamẽ Bald. in l. j. C. de cõmu. re. ali. qui dicit quod commune dicitur meum tã tum vsque ad dispositionẽ partis meę & nõ ul tra. Hic. Chuc.

§. fi.

§.fin.ff.de rit. nup. Et talis reuerentia insolidum patrono debetur.l.communis libertus.ff.de in ius vocan.l.fin.de iur. patrona. l.quædam mulier.ff.fa.erc.& ista ratione in d.l.illud.de comm. libr.idem iudicatur quod de propria vt Socin. ibi declarat, & ibi est casus specialis fauore matrimonij, vt not.Io.Anto. in c. fin. colum.2.de verb.sig.in 6.Et difficultas secundum Are.ĩ hoc consistit,vtrum ille qui dicit rem suam, ita proprie loquendo intelligi possit de parte, sicut de toto,& ipse tenet quod res proprie sua dicatur.si pro parte sua sit, quia in materia pœnali quæ propriæ & strictæ intelligitur, appellatione rei meę venit communis d.l. libert. Sed responsio colligitur ex supra dictis. Ad idem Aretin.inducit tex.in l. recte dicimus de verborum significatio.vbi res communis non falso dicitur mea.

Sed dic verum esse,quod non falso dicitur mea, quia excusatur a falsitate ex quo mea est pro parte sed non sequitur quod proprie dicatur mea ad idem alleg.tex.in l.pupillus in fin.de verbo.sign.vbi dicit,quod verbum,suum, ambiguum est,an de toto vel de parte intelligatur & ideo qui iurat suum non esse addere debet neque sibi commune esse.

6 † Sed dic quia licet verbũ suum,ambiguũ sit, in dubio cum pro toto intelligitur. Illa expressio,quod non sit communis, videtur facta ad maiorem declarationem vt glo. ibi dicit. & nota Ioan. Andr.in d.capit.fin. de verbo.significa.in vj.colum.j. vbi dicit, quia verbum, meum, de vj. verbi debet intelligi quod sit a meum simpliciter,[a] id est, omni sui parte & dicit quod text. in d l.pupillus intelligitur, ad tollendam dubitationem, vt ibi nota. & sic videtur approbare gloss. ibi, & concludit quod commune non potest proprie dici meum, & idem sequuntur docto.ibi colum.ii.

a Simpliciter Alex.consi.195. nu.1.lib.6.

7 † Vltimo Aret.allegat l.ii.in prin.ff.de condi.insti.vbi illa cõditio si talis seruus meus erit cum moriar, verificatur ẽt si meus sit pro parte & sic videtur quod proprie verificetur quia conditio est voluntaria quæ formaliter debet impleri.l.Meuius & l. hæredi.de condi. & demon.

Sed potest respõderi,quod ibi illa conditio verificata videtur vt actus valeat. quia alias si in totum seruus proprius remansisset. institutio non valuisset : quia erat institutus seruus sine libertate. quo casu institutio non valet.Sed in alieno in totum vel in parte valet.l.iii.ff. de hære.instit. & ita illum text. declarat. Soci. in d.§.Labeo.in l.serui electione.de leg.1.licet idem Soc. referat dicta Aret.& sequatur in consi.240.incip. circa præsentem consultationem col.v.lib.2.

Et concludendo conclusio glos. hic verissima videtur, quod 8 proprie illud quod est commune,non dicitur, † meum quia appellatione rei simpliciter de tota intelligitur vt dicunt Io. Mo. Io.And.& Dom.in d.c.fi.de ver.sig.& si quandoque contrariũ reperitur, illud videtur procedere in casibus specialibus qui

habens

habet particularem rationem, & hoc modo etiam procedit tex. in l. i. §. domini appellatione, ff. ad Sillania. ibi etiam appellatione domini pro parte dominium contineri dicendum est, quia in illa materia, vt occasio delinquendi remoueatur, fit larga interpretatio, vnde ibi etiam filius viuente patre dominus reputatur in l. j. §. domini appellatione el 2. Et quod secundum regulam appellatione rei simpliciter tota intelligatur, probatur in l. si quis cum totum in prin. ff. de excep. rei iud. vbi parificatur quod quis petat totum fundum, vel fundum simpliciter. ad idem text. in l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interrog. act. in l. de pupillo. §. qui nuntiat. ff. de ope. no. & ibi Barto. cum simi. vt tradit ibi Alexand. & idem Alexand. in consi. 113. viso in fin. libr. 3. Abb. in cap. 2. de libel. obla. colum. 3. ver. secundo dicit glo. & facit tex. in l. j. §. edere. ff. de eden. vbi dicitur, quod edere dicitur ille qui totum edit. Et ideo quando res communis tanquam propria iudicatur, iura vtuntur verbis designantibus impropriétatem. l. extraneo, de quæst. versicu. cum enim. ibi, de communi seruo habendam quæstionem rescripsit, quod pro domino fore videretur.

## In l. In testamentis. Argumenta.

1 *Testamenta locum habere interest reipublicæ.*
*Interesse publicũ dũ tractat verba latissime ĩterpretãt*
2 *Statutum fauorabile est quod de non rumpendo testamento factum est*
3 *Legata et in testa relicta strictã recipiũt interpretationẽ*
4 *Mistus casus quando contineatur sub simplicibus*
5 *Testamẽta pleniorẽ admittũt ĩterpretationem q̃ cõtractus*
6 *Legata in testamentis relicta paratã habent executionem*
7 *Argumentum a testamẽto ad cotractus est nullum ĩ dubio.*

### REGVLA XII. PAVLVS.

IN *testamentis pelenius voluntates testantiũ interpretamur.*[a]

¶In testamentis plenius voluntates testantium interpretamur & idem dicitur in cap. cum dilecti de dona. † nam agitur de interesse publico, quod testamenta habeant locum l. vel negare. ff. quemad. testa. ape. l. Gallus. §. si is vbi Bald. ff. de lib. & postu. Et quando agitur de interesse publico, lata in a 1

a Interpretamur. Quæ sit interpretatio vide Bal. in rubr. C. de verbor. significa. & quotuplex sit, vide Bar. l. omnes populi. in 6. q. de iustit. & iur. & ibi Ale. & Bal. in l. 3. C. de lib. prete. & quãdo sit faciẽda late & latissime, vide hic Bar. & ĩ l. 2. C. de bon. vac. li. x. H. C.

ta interpretatio fieri debet. l. 2. §. exercitum, vbi Bartol. ff. de his qui not. infa. l. quemadmodum, ubi Barto. de agrico. & cēsi.
2 lib. xi. † & propter hoc statutum de non rumpendo testamentum dicitur esse fauorabile, vt no. Bald. in consil. 413. incip. domina Ioanna. lib. iiii. & ideo in fauorem testamenti iudicari debet l. siue pars. ff. de inoffic. testa. c. fi. de re iud.
3 Et ista regula non videtur habere locum † in legatis, quæ licet in testamento relicta sint, tamen stricte debent interpretari l. nummis, de leg. iij. l. apud Iulianū §. Seio. de leg. j. cum sim. vt dixi supra in reg. in obscuris. Et ideo gloss. quæ ponit exemplum in legatis, non bene dicit, & Bar. in l. cum annus de cōd. & demon. videtur istam legem intelligere respectu institutionis; quia institutio est caput testamenti. §. ante hæredis instit. de leg. Et ideo fauorabilior interpretatio sit in testamentis quā in legatis: vt no. per gl. fi. in l. si plures. ff. de cond. instit. & ad hoc facit text. in l. cum quidam iuncta l. penul. §. illo, C. de necess. ser. hær. insti.
4 † Vide tamen text. in l. Titię textores de leg. j. ubi etiā in legatis uidetur fieri larga interpretatio: quia casus mixtus sub simplicibus continetur. Sed potest responderi, quod ibi erat facta prouisio de vtroque simplici; quo casu licet materia odiosa sit, tū ꝓuisio facta in vtroque simplici vr̄ habere locum in mixto vt probatur in l. si ita. ff. de inju. rupt. & irri. fac. test. vbi hoc dr̄ in exhæredatione quæ odiosa est. l. cum quidam supra de lib. & posthu. & de intellectu l. Titiæ textores, no. Bar. in l. seruis urbanis. §. fi. de leg. iii. Aret. in l. Gallus. §. & qd si tantū, col. iii. versi. tertio adde de lib. & posthu.
Item regula bene procedit comparatiue ad contractus.
5 † quia plenior sit interpretatio in testamentis, quam in con-
a tractibus[a] vt dicitur in d. c. cum dilecti de dona. Nam in testamentis appellatione filiorum veniunt nepotes; secus in contractibus: vt not. Bartol. in l. liberorū. col. vi. ff. de verb. signi.
6 † & relicta in testamentis paratam[b] habent executionem: vt
b no. Ang. per illum tex. in. §. illud quoque, in uersicu. item no. in auth. de here. et fal. & no. Bar. & Doc. in l. fina. per illum tex. C. de edic. diui Adr. tol. ubi Alex. in ti. notab.
Secus est in aliis instrumentis quæ non habent paratam executionem l. minor uigintiquinque annis, ff. de mino. & in dispositis in testamento masculinum concipit fœmininum. Secus in contractibus, secundum communem opinio. vt supra late dixi in l. ii. eo. tit.
Et ex his comprobatur quod dicit Alex. in consi. 61. inci.
7 super eo. col. 3. lib. j. † quod in dubio non valet argumentum
c de testamento ad contractus[c] secus tamen vbi constaret quod esset eadem ratio, quia tunc valeret argumentum: vt ibi Alexand. dicit, & hoc modo procedit in l. seruum filii. §. eū qui chirographum, de leg. j. in l. pactum inter hæredem supra de pa-

a Cōtractibus. Quæ sit rō differentię, vide Ias. post Alber. in l. beneficium de cōsti. prin. col. iij. ver. in quarta parte, vbi satis late tractat Alb. hanc materiam, & in trac. stat. in rubri. an statu. recipiant interpretationē Hie. Chu.

b Paratam. Iure nō probatur & cōtrarium ēt tenet Dec. in l. fi. C. de edic. diui Adri. tol.

c Contractus. Nico. Eueral. i loc. lega. loco xvij. de contra. ad vlt. vol. Vin. Hercu. dispu. j. col. xxxj. Sali. Ias. l. fi. C. de lega. Vide Paulū Ias. in l. pactum inter de pactis. Cor. cōs. cij. li. iij. Dec. l. j. col. j. C. de instit. & substit.

de pactis in.l.i vbi Bal.C.de lege Fusia Cani.col. cum multis simi.& per istam regulã arguit d.Alex.in consil.cclx. col.iii. lib.iii.et in cõsi. lviii.lib.iii.col.fi. Abb.cons.32.lib.ii.col.ii.

## In l.Non videtur cœpisse. Argumenta.

1 *Actionem habere sed elisam exceptione, perinde est, ac si nullam habeat.*
2 *Debitum nõ dicitur quod perpetua exceptione defenditur.*
3 *Creditor nõ dicitur negligẽs qui potuit exceptione repelli.*
4 *Actio intentata perimitur per exceptionẽ, quæ opponitur.*
5 *Sẽtentia pro actore fertur ni exceptio ex parte rei probet.*
6 *Iure ipso liberari magnopere differt ab eo quod est ope exceptionis liberatum esse.*
7 *Exceptio quando perimat actionem & quando non.*
8 *Præsciptio petitione sola interrumpitur.*

### REGVLA XIII. VLPIANVS.

NON *videtur cœpisse, qui per exceptionem remouetur à petitione.*

AD istam regulam alia conformatur in l.nihil interest infra eo.vbi dicitur, † Nihil interest ipso iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur, & facit alia reg. quæ habetur in l.si quis obligatione.§.non potest videri cœpisse infra eod. 1

Et per istam reg.confirmetur quod no. Bal.in l.quod si maritus.§.si quis autem supra de consti.pec.vbi inquit,† quod non dicitur deberi illud quod perpetua exceptione defendi potest,facit tex.in l.debitor,in l.creditor supra de verb.signi. & ista ratione valet legatũ factum creditori.cui exceptio perpetua competebat l.si creditori,in prin.de leg.j. 2

Et per istam reg.etiã infertur ad illud quod no.Pet.de Anch. in consi.v.pro parte,in ult.dub.dum ibi concludit† quod non dicitur esse in negligentia ille qui non petiit debitum a quo debito excludi poterat exceptione:quia ille male agere dicitur cui obstat exceptio.l.verum supra de compensa. 3

† Ad declarationem regulæ considerandum est, quod opposita exceptione actio intentata perimitur l.quæcunque supra de compen. & exceptio opposita actionem excludit l.ii.supra de excep.& no.in l.si vnus §.pactus ne petere supra de pac. vbi Bar.hoc declarat col.iii.& in l.Iulianus col.x.supra de cond. 4

indeb.

indeb. Et ideo regula bene dicit, quod non videtur cepisse qui per exceptionem remouetur a petitione, quia intentio agentis excluditur exceptione opposita, vt supra dictum est. Et tali casu intelligitur alia regula supra alleg. in dicta l. nihil interest, infra eo. Secus est, si exceptio non opponatur, quia actor obtineret vt no. per glos. in d. l. si vnus. §. pactus peteret quem Bar. ibi sequitur col. antepen. dicens. ꝙ si peti a te decem in quibus eras debitor meus, licet fecerim tibi pactum de non petendo; nisi tu opponas exceptionem, iudex te condemnabit, & Pau. de Cast. ibi colum. fin. & alij sequuntur, & hoc idem not. Bar. in l. eum. §. ita, supra de verborum obligatione & in l. exceptionem, C. de probatio. & tradit Ange. Aret. in §. omnis colum. 2.
5 instit. de verb. or. obligatio. Et ad hoc facit, † quia vbi est fundata intentio actoris, nisi exceptio ex parte rei probetur, fertur sententia pro actore ca. post electionem cap. cum super de conces. præben. & tradit Alexand. in consi. lviij. viso & perfecto, in princi. libr. v. Et ista conclusio procedit, nisi ex actis con
a staret exceptionē competere, quia tunc iudex supplere potest [a] in his quæ ex actis colliguntur, vt not. per glo. in l. j. C. qui & aduer. quos, Anto. de But. in capitu. ex tenore col. j. in ver. no. hoc dictum de rescript. Ange. in d. l. si vnus. §. pactus ne peteret col. fin. Roma. in consi. ccxxvij. spectabilis domine in fin. cum simil. vt dixi late in capitu. ex insinuatione, circa fin. de appel. & tradit Alexan. in l. prima. C, vt quæ desunt aduo. col. 2. in consi. xcv. in causa & lite. col. pen. lib. 1. Cautus tamen sit aduocatus: vt opponat exceptionem; quia si iudex non vellet supplere, nō facit litem suam, vt not. Ang. in d. §. pactus ne peteret col. fin. alleg. dictum Spec. in tit. de offi. iud. in §. competit de quo late dixi in cap. ad hæc el 3. de appel. vbi videndum est. Et superius dicta procedunt vbi agitur de exceptione propria, quę excludit actionem: secus si non excluderet actionem: quia non es-
b set opus replicatione, prout [b] esset exceptio intentionis, & facti, vt not. Pau. de Cast. post Ange. in l. licet, col. fin. in ver. not. tu qui praticas. C. de iudi. & de illa exceptione intentionis dixi in rub. extra de excep. vbi videndum est.
6 † Et ex supradictis colligitur, ꝙ magna sit differentia an
c quis sit liberatus ipso iure, [c] vel ope exceptionis, & declarat Ange. Areti. in §. omnis alleg. supra in secunda col. insti. de verborum obligatione & ideo ille qui obligatus ipso iure reperitur, licet exceptione se tueri possit, dicitur esse in damno, quia magis sibi expediret quo'd ipso iure non esset obligatus, vt no. Ang. dicit in l. metum. §. sed ꝙ prætor. per glos. ibi, ff. quod met. cau. & ad hoc facit, quia melius est iura intacta seruari, quā post causam vulneratam remedium quærere. l. fin. C. quib. cau. in integ. restit. nō est neces. l. i. C. quando lic. vnicuique sine iud. se vindi.
7 † Postremo regula ista limitatur procedere respectu principalis petitionis, prout loquitur, quia illa exceptione opposita

perimitur:

a Potest. Licet non teneatur nisi petatur.

b Prout. Quo casu etiam parte non opponente supplere tenetur. Adde Alex. cōsi. 166. in fin. lib. ij. cōsi. ccxxv. nu. 2. li. vj. Deci. l. cum quid col. vi. supra si cer. pet.

c Ipso iure vide Bald. in sua marga. in versi. liberatio. & Iason in. §. in bonæ fidei. instit. de actio. col. 1. Hie. Cucha.

perimitur: vt dictum est. Secus videtur quo ad ea quæ extrinsecus veniunt, quia tunc petere videtur, licet per exceptionem repellatur, gratia exempli, in l. amplius non peti. ff. rem ratam habe. vbi prohibitus petere sub pœna [a] si petat, & litem contestetur, incidit in pœnam, certe hoc etiam haberet locum, licet post litem contestatam opposita exceptione excludatur dicta l. amplius non petij. & etiam citra litis contestationem in l. si quis maior. C. de transactione committeretur pœna secundum dispositionem illius legis; quia petens licet repellatur exceptione, dicitur tamen petijsse. & contrauenisse quantum ad pœnam illius legis.

a Sub pena. Et quod petitio et infructuosa sit punibilis quādo petenti pœna imponitur, ponit Bart. in l. 1. in ii. no. C. de bo. pet. subla. lib. x.

Similiter quo ad effectum interrumpendi præscriptionem, † quia sola petitio sufficit; vt not. Bart. in l. si, supra de eo per quem factum est, per l. cum notissimi. C. de præscrip. triginta annorum cum similibus & hoc modo fallentiæ quæ ponuntur in glo. adaptari possunt. 8

In gl. ibi non alij, restituendum, hoc non bene congruit verbis regulæ, quæ etiam primam acquisitionem excludit dum inquit, remouetur a petitione. Et per hoc etiam non videtur conuenire quod gloss. dicit de hærede grauato restituere qui grauatus adiuit. Similiter aliud exemplum quod gloss. ponit pro veriori, non satisfacit; quia ibi in l. nihil. §. si cum filius., ponitur casus specialis in quo filius deceptus fuit facto patris: & non consonat quod regula in casu speciali restringatur. Similiter limitationes quæ ponuntur in gloss. non conueniunt verbis literæ quæ dicit, remouetur a petitione, & in casibus quibus gloss. loquitur non remouetur a petitione, quia habuit hæreditatem. vel hæres esse reputatur, & ideo limitationes gloss. debent adaptari, prout dixi in vltima declaratione ad textum. Et dum in text. dicitur non videtur cępisse, melius quam gl. dicat, exponi potest; cæpisse, id est, inchoasse & petijsse, vt colligitur ibi, remouetur a petitione: Et pro ista expositione facit text. in l. prima. §. cæpisse. ff. de pollici. xi. quæstione 3. in capitu. cæpisti. 24. quæstio. 1, in c. fin. vel cæpisse, id est, acquisiuisse, vt per glo. in l. si quis obligatione. §. non potest videri cæpisse infra eo.

## In l. In omnibus. Argumenta.

1 *Qualitas loci & temporis quæ in principali obligatione ponitur, in fideiussoris obligatione repetita censetur.*
*Dos promissa puellæ intelligi debet cum nubilis erit.*
2 *Promissio mercedis vel pensionis soluendæ ad quod tempus porrigatur.*
3 *Promittens simpliciter restituere mutuum, non potest statim conueniri.*

Præ-

4 *Precarium ad voluntatem concedentis reuocabile non est ilico reuocandum.*

5 *Precarium recipiens cum reuocatur de solo dolo tenetur.*

6 *Promittens simpliciter, non statim cogitur soluere, licet præsenti die debeatur quod promissum est.*

7 *Dies apposita dispositioni differt ab ea, quæ executioni.*

8 *Conditio dispositioni apposita præsumitur in dubio quando substantialia concernit.*

9 *Obligatio an nasci soleat añ diẽ rõne loci tacite subĩtellectã.*

10 *Natiuitas actionis an differat a natiuitate obligationis.*

*Dies expressa actionis natiuitatem impedit oblõnis nõ item.*

11 *Debitum purum non dicitur, quod præsenti die debetur.*

12 *Promissio de soluendo die præsenti, non ob temporis expressionem impedit fieri exceptionem.*

## REGVLA XIIII.

IN OMNIBVS *obligationibus in quibus dies non ponitur, præsenti die debetur.*

IDEM habetur in l. eum qui Calendas. §. quoties, de verbo. oblig. cum simi. alleg. in glo. ad idem text. in l. si dies In princ. supra quando dies leg. ced. in. §. omnis insti. de verb. obl.

Ista regula procedit nisi dies ratione loci tacite intelligatur. §. loca. insti. de verbo. obliga d. l. cum qui. §. quoties. l. interdum. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. obli. l. in. §. si quis ita el ii. de eo quod certo loco.

Et hoc etiam habet locum respectu fideiussoris. l. si testamento. §. fin. de fideius. ff. facit l. si vt proponitur. ff. eo. tit. de fideius. per quem Bart. concludit in l. si ita stipulatus. §. Chrysogenus.
1 in penul. col. de verb. oblig. † quod qualitas loci vel temporis posita in principali obligatione, repetita intelligitur in obligatione fideiussoris. & notat Bald. per illum tex. in l. Titius. C. de oper. liber. & dixi in consilio meo ii.

Secundo, quod dictũ est ratione loci, idem est ratione rei quæ non sit in rerum natura, sed speretur, quia dies & tacita conditio intelligitur si nascatur dicta l. interdum de verbo. oblig. l. i. §. si. ff. de condi. & demonst. not. per glo. hic, & in. §. omnis instit. de verb. obli. cum simili.

Tertio, idem est si ex voluntate disponentis tacite aliquod tempus determinatum intelligatur, vt de testatore not. per glo. in l. si dies in principio in verbo, confestim supra quando dies

leg. ced. quæ allegat. l. epistolam in. §. fin. ff. ad Trebel. & Bart. ibi declarat, ad idem facit tex. in l. fideicommiss. §. si filio de leg. iij. quem ad hoc Bar. adducit in l. si legatarius. §. fi. de leg. iij.

Quarto, hoc idem dicendum est, si ex qualitate contractus vel actus hoc intelligatur, & potest exemplificari hoc pluribus modis.

Primo, ex eo quod notabiliter dicit Christophorus Porcus in d. §. omnis. de verbo. oblig. institu. in gloss. in verbo, confestim, quod † si quis promittit puellæ dotem, tacite intelligitur cum 2
erit nubilis ætatis, allegat. l. qui filium. ff. vbi pupil. educ. deb. & ibi dicit quod eo ita respondente iudicatum fuit.

Secundo, aliud exemplum Porchus ibi ponit, in eo qui promittit soluere mercedem magistri, uel pensionem domus, nam tacite intelligitur in die quo solutio fieri consueuit. l. nec semel. §. si in habitationem. ff. quando dies leg. ced,

Tertio, aliud exemplum colligitur ex dictis Bart. in l. si pœnam in fin. de verb. obli. versi. inquit, quod † si mutuaui tibi de- 3
cem, & promittas simpliciter restituere, nõ tamen videtur quod statim possit conueniri, quia ex tali mutuo non haberes aliquã vtilitatem, allegat gl. in l. pen. in fi. C. commodati. & sequuntur Imol.[a] & Alex. in d. l. si pęnam. quia non debet quis decipi beneficio, sed iuuari. l. in commodato. §. sicut. ff. commodati. facit. l. qui sic. ff. de solu.

Quarto hoc in simili voluit Abb. in cap. fi. de præcariis, col. 2. versi. si potest dici in præcario. dicens, † quod licet præcarium 4
reuocari possit ad voluntatem concedentis: non tamen videtur quod statim reuocari possit, ex eo quod not. Barto. in dicta l. si pœnam. hoc tamen dictum Abb. de præcario nõ videtur procedere sine dubio, quia præcarium pendet ex sola voluntate cõcedentis. l. Lucius. ff. de donatio. ergo videtur quod statium [b] reuocari possit, & ita Bal. dicit in l. ij. C. commodati, Confirmatur hoc: quia si pendet a voluntate concedentis. d. l. Lucius. & in l. de pręcariis. in c. 1. eo. tit. voluntas est libera. l. fideicommissa. §. quanquã. ff. de leg. iii. l. cum quidam. de leg. ii. ergo videtur quod semper pro voluntate renocatio fieri possit.

† Et pro ista conclusione contra Abb. induco text. in l. quæ- 5
situm. §. eum quoque. ff. de præcariis. & quod per illum tex. not. Bar. in l. quod natura. col. fi. ver. xiii. quæro. ff. depositi. vbi cõcludit ꝙ ex eo quod præcarium reuocare potest ad nutum concedentis, solum de dolo tenetur qui præcarium recipit, quia cum in vno grauetur, in alio releuetur. Et ista ratio facit, & inferre videtur, quod statim reuocari possit, nec propter hoc deceptus videtur. qui pręcarium recipit, quia ista est natura pręcarii de qua cogitare potuit a principio ille qui recipit.

Quinto † generaliter considerandum est, quod licet præsenti die debeatur illud quod simpliciter promissum fuit, non ta- 6
men

a Imol. idẽ et tenet ibi Raph. sed Bal. i addi. in d. l. si pęnam & ibi Ange. tenent gl. d. l. si pęnã licet Bart. eã reprobet, & alleget gl. in l. pe. in fi. C. cõmod. pro sua opin. tñ illã gl. reprehẽdit Fran. Tigr. et alleg. tex. cõtra eam in l. seruus. §. fi. de leg. j. & in l. fideicõ. §. si hæres. de leg. iij. quæ iure meo videri probant clare opi. Bar. maxime. §. si hæres. & §. fi. si iungatur cum. §. si heres. hanc opi. tenet Iaso. d. l. si pœnam. & l. eũ qui calẽdis. §. j. eo. tit. Hie. Cu.

b Statim. infra eodẽ. l. contractus. nu. 9

men statim promissor cogitur soluere, vt gloss. hic dicit. & idem gloss. in d. §. omnes. instit. de verbo. obliga. vbi text. magis pręcise loquitur, dum inquit quod confestim peti potest, & tamen glo. ibi dicit hoc esse intelligendum cum aliquo spatio, & idem gloss. in §. si impossibilis. in verbo. statim. instit. de inuti. stip. & ad hoc facit, quia licet interpellatio constituat debitorem in mora. l. si ex legati causa de verb. obliga. not. in l. quod te. supra si cert. pet. hoc tamen intelligitur cum aliquo spatio. l. si quis filium. §. stipu. de colla. bon. ff. & not. Barto in l. si pœnam supra quando di. leg. ced. cum simi. ut tradit Alexã. in l. j. §. item si ita. colum. ij. supra ad leg. falci. Et stante ista conclusione dictum Barto. in dicta l. si pœnam. videtur habere locum non solum in mutuo prout ipse loquitur. sed in quolibet alio debitore, qui videlicet statim teneatur, non tamen statim cogitur soluere, vt supra dictum est,

7 Vlterius in casibus supradictis aduertendum est, † quia magna differentia est, an dies qui apponitur, apponatur dispositioni vel executioni, vt not. Barto. & distinguit in l. talis scriptura. in fin. de leg. j. Et eodem modo in conditione quæ respicit executionem non suspendit, neque facit actum conditionalem. vt per Bart. in l. j. colũ. ij. ff. de condi. & demon. vbi declarando text. in l. mutuo. §. sub conditione. ff. de tu. dicit, quod illa conditio apposita tutori, si satisdederit, non facit conditionem, vt ibi dicitur. quia non respicit dationem tutoris, sed executionem & administrationem tutelæ. & idem Bart. concludit l. item qa. versi. huius rei supra de pact. in l. ita demum. C. de arbi. & Bal. in l. tertia. C. de arbi. cum simi. vt tradit Alexan. in dicta l. item quia. & est bonus tex. in l. si decem cum petiero. de uerb. oblig.

8 † Et in dubio cõditio videt apposita dispositioni quãdo concernit substantiolia, sine quibus obligatio consistere non potest. secus si respiciat accidentalia, quia tunc executioni apposita videtur, vt not. Bald. in capitu. fin. colum. j. in fin. de pręsump. Et applicando ista ad ea quæ superius dicta sunt considerandum est, quod quando datur tempus debitor ad soluendum miserationis causa, vt supra in v. & vlti. casu dictũ fuit illud tempus respicit executionem, & non impedit natiuitatem obligationis. Et tali casu regula ista non limitatur, quia verum est dicere, ꝙ præsenti die debetur, licet exactio differatur, quia cessit & venit dies cum obligatio pura sit, l. cedere diem de verbo. signi. & eodem modo in casu mutui, de quo Barto. loquitur in d. l. si pœnam. ille qui mutuum recipit statim tenetur illud restituere, vt not. per glo. in fi. d. l. si pœnam facit. l. j. ff. si cer. pet. licet aliqua dilatio ad soluendum tribuatur. arg. l. ratum. & l. quod dicimus. ff. de solu. secus est it tacita conditione, ratione rei quæ non sit in rerum natura. vt supra in secundo casu dictum fuit, quia ista suspendit dispositionem, quia respicit substantiam obligationis. d. l. interdũ. de verb. obli. et d. l. j. in fin. de condi. & demõ. & idẽ

dicendum est si testator hoc velit, vt supra in tertio casu dictum fuit per glos. in l. si dies. ff. quando dies leg. ced. cum similib. supra allega. facit l. in conditionibus. §. primo de condi. & demon. In istis enim casibus regula nostra hic limitatur, quia præsenti die non debetur.

† Sed dubitatio est de die tacita quę ratione loci sub intelligitur, de qua supra in primo casu dictum fuit, an ante diem quæ tacite intelligitur sit nata obligatio. Bart. in d. l. interdū. concludit quod obligatio statim nata sit, sed non actio per illum text. & opin. Bart. communiter tenetur, vt Alex. ibi dicit. facit text. in l. si ita stipulatur essem abs te. de verbo. oblig. ibi, nō ante agi posse & in l. existimo. §. ex hac. eo. tit. de verbo. oblig. & in l. si tutor reipu. §. fi. de tutel. & rat. distrah. 9

Iason tamen nouissime in d. l. interdum dicit se tenere contra omnes, quod dies tacita nedum impediat natiuitatem actionis, vt communiter Doc. dicunt, sed quod etiam ita impediat natiuitatem obligationis. propter ęquiparationem quam facit text. in dicta l. interdum: de stipulatione quæ fit de partu nascituro, vel de fructibus nascituris ad promissionem solutionis quę certo loco fieri debet, & quia secundum eum, si dies quæ tacite ratione loci intelligitur, impedit natiuitatem actionis, vt doc. communiter tenent, pariter videtur natiuitatē obligationis impedire, quia ratio diuersitatis, dicit ipse, reddi non potest. Audacter iste loquitur. & cum paruo fundamento, & ideo a communi opi. recedendum non videtur.

Nō obst. ęquiparatio quam facit tex. in d. l. interdum, quia loquitur respectu actionis. de qua text. expresse dicit non autem de natiuitate obligationis. & certe quātum ad natiuitatem obligationis, alia ratio videtur in eo qui partum futurū vel fructus nascituros promittit quia incerta est obligatio, non sic videtur in eo qui certo loco soluere promittit.

† Non obstat quod nō videtur ratio diuersitatis inter natiuitatem actionis & obligationis, quia hoc in die expressa reperitur, quę licet impedit natiuitatem actionis, non tamen impedit natiuitatem obligationis l. cedere diem. de verborum significatione no. Barto. in dicta l. ita stipulatus. in ij. princi. quęstio. de vebo. oblig. Iason respondet in dicta l. interdum. & fatetur hoc in die expressa, secus dicit in tacita, de qua agitur, sed talis differentia non satisfacit quantum ad propositum, quia si dies sxpressa non impedit natiuitatem obligationis. a fortiori nec tacita, quæ subintelligitur ex coniectura ta mente contrahentium. 10

Adde tamen, quod contra communem opinionem, videlicet quod ante diem quæ tacite intelligitur, non sit nata obligatio, videtur text. in lege continuus. §. cum ita. in fin. dum ibi dicitur, quod si ille qui certo loco dare promisit, ad talem locum peruenerit celerius quam fieri solet, statim quod applicuit

ad locum,

ad locum, obligatus est; ergo videtur quod prius non sit obligatus. & Aret. ibi not. illum tex.

Nō obstat, quod in die expressa sit nata obligatio ante die; quia non sic videtur in tacita, in qua minor est certitudo, quam in die expressa & determinata, quia dies tacita arbitrio iudicis declarari debet d. §. cum ita.

11 Vltimo not. istum. text. † quod illud quod præsenti die debetur, pure debetur. ad idem text. in l. liber homo. §. x. de verborum obligatione vbi ille qui hodie dare promittit. potest statim conueniri: quia obligatio præsens dicitur & non in diem. & illum text. gl. hic adducit hoc verum est respectu dilationis, quia illa expressio præsentis diei non facit dilationem, secus ex quo ad alium effectum extrinsecum, quia diem habere dicitur, vt ex text. not. in l. talis scriptura. de leg. j. vbi clausula illa quæ loquitur de legatis in quibus dies non erat, non comprehendit legata quæ præsenti die relicta erant, quia illa dicuntur habere diem ad effectum de quo text. ibi loquitur.

12 † Et notandum est, quod promissio facta de soluendo hodie, a vel præsenti die, non impedit exactionem fieri in ipso[a] die propter specificam expressionem temporis; licet secus sit in promissione facta simpliciter, vt not. Ange. Aret. in. §. omnis instit. de verborum obligatione per glo. ibi in verbo, nec ipso. & alleg. et Bar. ad hoc in l. liber homo. §. decem. de verb. oblig. & probatur per illum tex. & ad idem facit l. 3. §. si quis ita. el 2. supra de eo quod cert. loco. vbi si quis ꝓmittit hodie dare Romæ 10. non valet stipulatio proper impossibilitatem. ergo datur intelligi, quod illa expressio de dando hodie sit præcisa, & dilationem non patiatur.

a Ipso in contrarium est sensus & obseruantia communis.

In gloss. ibi, idem si exprimatur. Albe. hic dicit quod ista glo. a Doct. reprobatur, sed saluari debet, vt habeat locum quo ad natiuitatem obligationis, prout loquitur. secus quo ad trāslationem. vt Bart. concordando gl. contrarias concludit in l. ita stipulatus. in 2. q. de verb. obliga.

## In l. Qui actionem habet. Argumenta.

1 *Meum non immerito dicitur quod mihi debetur.*

2 *Actio vel mobilis vel immobilis dicitur, pro qualitate rei, quæ in ea deducitur.*

3 *Videtur verbum fictionem, non veritatem importat.*

4 *Actionem habere an sit minus quàm rem ipsam teneri.*

5 *Actiones personales & debitorum nomina, in bonis nostris computantur.*

6 *Statutum loquens de vendente rē suam, n[illegible] intelligitur de*

*re, ad quam quis habet actionem personalem.*
*7 Debitum mihi non est proprie meum.*

## REGVLA XV. PAVLVS.

*QVI actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur.*

NOTA quod de actione idem quod de re ad quam competit, iudicatur. † & ideo illud quod mihi debitum est, meum appellatur, vt not. per gloss. in l. si tibi pecuniam in verbo, meũ ff. si cert. peta. & in l. si me & Titium. in verbo pecunia. in l. eius qui in prouincia, in verbo defuncti. & ibi Bar. ff. si certum pet. & in l. si pecuniam. in verbo, tuam, C. de nego. gest. in l. prima. ff. quod cum eo. in verbo suum.

† Et ista ratione actio iudicatur res mobilis, vel imobilis secundum qualitatem rei [a] quæ in ea deducitur; vt per gloss. in l. prima. C. si aduer. transact. & Bart. ibi hoc declarat. & idẽ Bart. in l. potest. ff. de auth. tut. cum simi.

a Rei. And. Tiraq. in tract. retract. prox. §. i. gloss. vij.

Et quantum ad istam regulam, illa de plano exemplificari potest in actione reali: quia cum actio competat ad rem recuperandam, talis res dicitur esse in bonis. l. rem in bonis. ff. de acquirenda re. do. l. bonorum ap. supra tit. j.

Nec obst. quod non habens dominium rei, sed rei vendicationem, proprie dicatur rem habere: vt gl. hic dicit. Regula autẽ ista loquitur per modum fictionis, dum dicit. † videtur per istã rationem gl. reprobat istum intellectum. Quia responderi potest, ꝙ ista ratio non tollit quin ista regula verificetur, & a fortiori habeat locum in actione reali: dato quod vere & proprie dicatur rem habere ille qui habet dominium: sed ratio præallegata videtur inferre, quod in actione reali regula non restringatur. Præterea & secundo respondetur licet in actione reali quis vere habeat dominium, plus tamen est habere rem apud se, quam habere actionem ad rem, recuperandam, propter commodum possessionis, quod non videtur esse parui momenti. §. cõmodum. instit. de interdi. l. his qui supra de rei vendicatione & ideo alio regula quæ habetur. ff. eo. † dicit minus est actionem 4 habere, quã rem. & isto respectu iura vtuntur. verbis denotantibus fictionem: quia vere non habet rem apud se, licet habeat dominium. & isto modo loquendi vtitur text. in dicta l. rem in bonis. de acquiren. rer. do. dum vtitur verbo intelligitur, quod denotat fictionem. l. quoniam. vbi Bald. ff. de his qui not. infa. l. hæres quandoque supra de acquirenda hæreditate quem tex. ad hoc allegat Rom. consi. 405. præsuppositis terminis col. j. & in c. ex studijs de præsumptio. quem text. ad hoc allegat Abb. in consi. 200. casus in effectu. col. 2. lib. 2.

Similiter

¶ Similiter tex. in d. l. bonorum. § fi. supra tit. j. vtitur verbo videntur, quod verbum etiam no. fictionem: vt per glo. hic, & in l. si duo. in glo. fin. supra de ac. hære. in l. j. §. dejecisse. in verbo, videor. ff. de vi & vi arma. cum simi. vt per Bartol. in l. si quis pro emptore. de vsucap.

¶ Secundo ista regula etiam videtur procedere in actione personali: vt tenet glo. hic quæ rationem adducit; quia cum abesse dicatur debitori id in quo alii obligatus est l. si mandato Titii. ff. de nego. gest. ergo econtra creditori cui debetur videtur adesse, secundum gloss. hic & ad hoc facit,
5 † quia actiones personales & nomina debitorum dicuntur esse in bonis, dicta l. bonorum. §. fina. titu. i. & ideo qui non potest rem acquirere, eodem modo actionem ad rem adquirere non potest. l. si ad resoluendam. C. de præd. mino. l. si vnus ex sociis. ff. de serui. rusti. præd. vbi Paul. de Castr. & illud quod est in iure & obligatione dicitur esse in patrimonio vt not. Bal. in l. facere in princip. per illum text. ff. solut. matrimoni.

¶ Et ista conclusio vera est largo modo & ficte, vt denotat verbum videtur secus est vere & proprie: quia vt supra dictũ est. minus est, actionem habere, quam rem vt infra eo. l. mi
6 nus. † & ideo statutum quod loquitur de vendente rem suã imponendo pœnam, non habet locum in eo qui venderet rem
a ad quam haberet actionem [a] personalem. vt not. Bar. in l. Gallus. §. videndũ. de lib. & posthu. quia ille non dicitur proprie habere rem ad quam habet actionem, vt post alios tradit Alex. in d. §. videndum, & nota. Barto. in l. nemo. ff. de in inte. rest. & dicit Bart in l. forma §. si cum ego supra de cens. quod ille q possidet, debet ponere rem in catasto non ille qui habet actionem ad rem petendam, & facit l. sciẽdum. §. si fundus supra qui satis. cog. ibi diuersa causa est eius qui fundi petitionẽ personalem habet sic etiam quod supra in princi. dictum fuit. quod meũ quandoque appellatur quod est mihi debitum, illud est verum largo modo & improprie, per supradicta. & ad idẽ facit, quia licet ius patronatus sit de foro ecclesiæ cap. quanto. de iudicib. non tamen actio personalis ad ius patronatus dicitur de foro ecclesiæ. secundum Anto. de But. in d. cap. quanto circa fi. & not. Aretin. in consil. sexto uiso instrumento in fi. de quo dixi in d. c. quanto in fin.

7 † Et quia, vt dixi, vt proprie non dicitur meum, quod est mihi debitum. ut not. per gloss. insti. de actio. in p rin. in uersi. debetur, & per illam gloss. dicit Roma. in consil. cci. pro decisione quod meum proprie non dicitur mihi debitum. etiam facit tex. in l. Aurelius. §. Meuia. i l. creditor. §. Titia. de lib. leg. & quod no Bald. in l. cum necessitatem. C. de fideic. in princip. & aliud est quod beneficium sit suum, aliud quod sit sibi debitum; ut not. per gloss. in clem. auditor. in uerbo debitum. de

a Actionẽ. Dixi in cõsue. Parisi. §. 23. q. 9.

rescr. Large ergo & improprie mihi debitum dicitur meum vt dixi. & not. Roma. in consi. 195 in casu præmisso. & quod no. Alex. in consi. 64. & si celerrime. lib. iii. in prin.

## In l. Imaginaria. Argumenta.

1 *Pretium in cōtractu venditionis dicitur de substantia.*
2 *Venditio facta pretio viliori, an sit dicenda donatio*
3 *Venditio imaginaria seu simulata nullius est efficaciæ.*
3 *Venditio facta in fraudem creditorum valida est reuocatione indigens.*
5 *Venditio nullius est valoris quæ facta est in fraudē legis*
6 *Simulatum contractum asserens simulationis speciem exprimere debet.*

### REGVLA XVI.

IMAGINARIA *Venditio non est, pretio accedente.*

¶ IAM pretium arguit contractum venditionis l. fi. vbi Bar. C. de præd. curia. l. b. x. no. glo. & Bal. in l. cum dotem C. de iure dot. & gloss. in verbo pretio in l. apud Celsum. §. sed cum legitima supra de except. do. † & pretium dicitur esse de substantia contractus venditionis l. pacta conuenta. supra de contrahen. emp. & ideo accedente pretio, vt ibi dicitur, vera est venditio, & non imaginaria sufficit etiam vt vera dicatur venditio conuentio facta de pretio cum proposito soluendi pretiū quia solo consensu venditio perficitur §. i. insti. de empt. l. ij. ff. eo. vnde quod dicitur hic pretio accedente intelligitur etiam conuento: nec resoluitur contractus venditionis, licet postea præter primum propositum loco pretii aliud soluatur l. pretii causa. C. de rescinden. vendit. l. si sponsus §. circa venditionem. ff. de donat. inter vir. quem text. hic gloss. adducit. & quod dictum est intelligitur, quando a principio intentio erat quod pretium solueretur: secus si pretium apponatur ex causa donationis. id est ea intentione quod non soluatur; tunc enim non dicitur venditio l. cum in venditione supra de contrahen. emption. esset enim imaginaria venditio, quæ in effectu facta est sine pretio, vt hic a contrario sensu colligitur: & eo modo imaginaria venditio dicitur, si facta sit vno nummo de re maioris pretii; vt no. per gloss. in §. præterea. inst. quib. mod. ius patr. pot. sol. in verb. imaginaria, & instit. de test. in prin. 1

in verb.

in verb. libripendæ. Si autem venditio facta sit pro modico, pretio, illa tamē est venditio vera, vt hic dicitur per tex. qui hoc bene probat in l. quis donationis de contrahen. emp. secus est vt dixi in venditione facta vno nummo, quia tale pretium nullam
2 habet proportionem ad æstimationem rei. An autem † venditio facta modico pretio dicatur potius donatio quam venditio. Cy. in l. j. in fin. C. de pact. quem Bal. ibi refert, dicit ꝙ potius dicitur donatio, & ad hoc est glo. in l. apud Celsum. §. de autoris in verbo causa de exceptio. dol. supra, & ideo Bald. in d. l. j. infert ꝙ dispositio l. si vnquam. C. de reuoc. donat. habeat locum in ven-
a ditione facta modico pretio,[a] & idem dicit Bald. in d. l. si vnquam. & facit quod no. Barto. in l. non vsque supra si quis a pa. fac. ma. & hoc intelligendum videtur quando pro maiori parte esset donatio secundum doctrinam quam tradit Barto. in l. Aristo. circa fin. ff. de do. & l. tene tur. §. j. supra de act. empt. not. cap. ad quæstiones. de re. permu. & trad. Abb. in consi. 15. quæritur
3 lib. v. Alexand. consi. 112. viso processu. col. pen. lib. v. † Et ima
b ginaria venditio & simulata, de qua dictum est, nulla[b] est l. emptor. in princip. supra de aqua plu. ar. facit l. & qui sub imagine C. de distra. pig. & nota. Barto in l. post contractum, colum. iij. ff.
4 de don. † vbi secus dicit esse in vēditione facta in fraudē creditorum, quia illa valet, & opus est ꝙ reuocetur mediantibus actionibus reuocatoris de quibus in titulo de his quę in fraud. credito. & Bartol. in l. filios C. de reuo. his quę in fraud. credito. & hoc bene procedit in alienatione facta in fraudem creditorū,
5 † secus si facta sit in fraudem legis, quia illa est nulla, vt nota. Barto. per illum text in l. si libertus supra de iure patro. & Bald. in l. j. opp. de oper. lib. quia vbi agitur de annullatione actus durius agitur cum lege, quam cum homine, vt per Barto. in d. l. si libertus. & in l. amplius non peti. ff. rem rat. hab.

Postremo ad declarationem istius l. dicit Bald. allegando istum tex. in l. cum precibus C. de proba. quod hic agitur de simulatione in qua nihil agitur. Et hoc exemplificari potest in eo qui nullo modo velit vendere, sed propter timorem tyranni vel criminis commissi facit venditionem simulatam, vt dicit Paul. de Castr. in consi. cxiiij. viso puncto suprascripto, colum. ij. & ibi prosequitur plures species simulationis, de quibus nota. Bald. in d. l. cum precibus. Barto. in consi. 65. Petrus Nicole, colum. ij. versic. circa primum. in l. j. C. plus val. quod agi. in l. Lucius. la. ii. ff. de posi. nouissime Socin. scribit in consil. 268. visis col. iii. circa secundam quæstionem. lib. 2.
6 † Et cum sint plures species simulationis, ille qui dicit contra
c ctum simulatum, debet exprimere & specificare speciem[c] simulationis, vt nota. Barto. in d. consi. 65. colum. iii. Bal. in l. ab Anastasio in fi. C. mand. Pau. de Cast. in l. iurisgentium. §. dolo malo. supra de pac. Alex. in cōs. 11. viso superiore themate. col. j. lib. 3. in consi. 18. in cā. col. 4. lib. 5. Per. de Anch. in consi. 227. Ad

a Pretio. Late And. Tiraquel. Rep. d. l. si vnquam versi. donatione largitus nu. 2.

b Nulla. Vide Bald. & doc. in l. j. C. plus vale. quod agi. vbi dicit ꝙ simulatio vitiat iuramentum, transactionem, sententiam & laudum & quotuplex sit vide Bald. in l. cum precibus C. de prob. late Cep. in trac. de simu. cōtractuū & qualiter probetur, vide Bal. vbi supra Bart. l. pacta. C. de pact. & Bald. in l. multum. j. col. C. si quis alteri. H. C.

c Spec. Ang. Aret. instit. de excep. in prin. col. xxj.

corroborationem col. j. Et ista addẽda sunt ad ea q̃ tradit Bartho. Vero. in trac. simulationũ, in xxvi. præsumptione colum. fi.

## L. in l. cum tempus. Argumenta.

1 *Tempus solutionis adiectum videtur fauore debitoris.*
2 *Hæres grauatus ad distribuendum bona se mortuo, non potest ante mortem distribuere*
3 *Declaratio fienda in tempore ante tempus fieri nõ debet.*
4 *Tẽpus, q̃d ĩ testamẽto adijcit gratia hæredis adijci crediẽ.*
5 *Dies incertus pro conditione reputatur.*
*Creditor ante cõditionẽ nõ cogit ĩuitus solutionẽ recipere*
6 *Creditor ante tempus non cogitur vinum aut granum recipere, cursu temporis quod minuitur.*
7 *Emphyteuta quare p̱ annis pluribus futuris soluere ne͂at*
8 *Emphyteuta non soluens canonem iure suo priuatur, non obstante rescripto summi Pontificis.*
9 *Emphyteuta non soluendo, non priuabitur iure, si hoc ferat consuetudo.*
*Emphyteuta pacisci potest cum ecclesia, quod non soluendo non cadat a iure.*
10 *Creditor, cuius fauore tempus adiectum est, ante tempus petere poterit & nu sequentib.*

### REGVLA XVII.

CVM *tempus in testamẽto addijcitur, credendum est pro hærede adiectum: nisi alia mens fuerit testatoris, sicut in stipulationibus, promissoris gratia tempus addijcitur.*

NOTA † quod tempus appositum ad soluendum, in dubio appositum videtur in fauorem debitoris & hæredis. 1

Et primo de herede, vt hic dicitur, & ideo hæres in dubio lucrari debet fructus qui pendente dilatione percipiuntur l. si ita relictum. §. Pegasus. de le. 2. Et propter hoc hæres si vellit, ante tẽpus soluere potest l. cum qui. ff. de an. l. & l. post mortem C. de fideic. & l. patrem ff. de his quæ in fraud. cred.

Et ex hoc infert Bar. in l. si cum præfinitione in fi. supra quãdo dies l. cedit.

Quod

Quod si testa. vnam corbem grani reliquit annuatim vsque ad
a 50. annos hæres statim [a] ante tẽpus soluere poterit quia est vnũ legatum. Et dilatio apposita est in fauorem hæredis.

Et ista conclusio procedit quando solum agitur de interesse hæredis. secus si tractatur de præiudicio tertij, quia tunc hęres ante tempus soluere nõ potest l. vxorem. §. Seia. de lega. 3. l. cum
2 pater. §. a filia de lega. secundo vbi Barto. infert † quod hæres grauatus post mortem eius distribuere bona inter pauperes non potest hoc facere in vita in preiudicium pauperum qui erũt post mortem eius. Et idem dicunt Barto. Ange. & doc. in l. post mortem. C. de fideicõ. Et est communis opin. vt prosequitur Alexã. in l. stipulatio ista. §. incertam quem legit simul cum. §. si quis dolum. de verb. obl.

Et in simili no. Barto. in l. omnes populi, in v. q. j. quæstionis principalis. ff. de iust. & iur. vbi no. concludit quod potestas qui habet arbitrium imponendi pænam in casibus non determinatis a iure non poterit in principio officij hoc declarare, quia ta-
3 lis † declaratio quæ potest variari in tempore, ante tempus fieri non potest d. l. cum pater. §. a filia & sequitur Pet. de Anch. in c. j. in vers. quærit. Bar. de const.

Et idem quod dictum est de pauperibus, sequitur Ro. in consi. 452. circa primũ & Bal. in consi. 77. videtur quod electio. lib. 3.

Aliter tamen reperio quod in hoc voluit Pet. de Anch. in cõs.
b 202. circa primum dubium in secundo dubio, [b] quia ita distributio quæ debet fieri inter pauperes post mortem hæredis, est principaliter facta pro salute animæ defuncti, cui expedit quod celerius prouideatur. Vnde si hęres in vita voluit eligere pauperes, debet commendari: nec est curandum de pauperibus qui accessorie veniunt vt latius ipse ibi prosequitur. Et hoc idem videtur tenere Abb. in consilio. vi. factum sic proponitur in primo dubio, 2. lib. & in ista opi. de iure verior videtur.

4 Secundo quod dictum est de hærede, † idem est de quolibet alio debitore: quia in dubio pro eo tempus appositum intelligitur vt hic dicitur, & in l. eum qui Calendis. §. fina. de verborum obligatio. & text. in. §. omnis versicu. quod in diem inst. de verbor. obliga. Et ideo ante tempus si velit soluere, potest. l. quod in diem. ff. de solut.

Et eodem modo si debet solutio fieri in certo loco fauore debitoris, poterit alibi debitor soluere: ac si talis locus expressus non fuisset vt not. Bart. in l. is quis supra de eo quod certo loco. Et idem not. Bal. in l. acceptam. in 12. quæstio. in fin. versic. sed pone. C. de vsu.

Et quod dictum est de tempore, procedit in die certa, secus est in die incerta: vt expresse textus distinguit. in l. stipulatio ista
5 . §. inter certam de verbo. obliga. † Nam dies incertus pro conditione habetur. l. dies incertus supra de condi. & demon. Et ante conditionẽ non cogitur creditor inuitus solutionem recipere quia

a Statim contrarium sentit. Alb. in d. l. fin. cũ præfinitione & verius

b Dubio. Vbi clarissime respondet motiuis Bar. & pro ista opin. facit tex. l. vxorem. §. Sceuola. de leg. 3. vbi hęc verba post mortem exponuntur, id est, qñ volet. Hie. Chuc.

quia deficiente conditione tenetur restituere, vt no. Barto. in l. itē liberatur. §. qui paratus in fi. infra quib. mod. pig. vel hyp. & no. in d. §. inter certam.

Secundo, prædicta conclusio, quod ante tempus solui potest, habet locum quando tempus solum apponitur fauore debitoris, secus si causa creditoris, quia ante tempus solui non potest l. qui Romæ in princip. ibi gloss. & Barto. de verbo. obliga. facit quod supra dictum est de herede qui ante tempus soluere non potest in præiudicium legatarij & a fortiori hoc dicendum est, si solum fauore creditoris tempus adijciatur, quia similiter ante tempus solutio fieri non potest l. si ita relictum. §. Pegasus. de lega. secundo vt no. in l. in fideicommiss. §. cum Polidius supra de vsur.

Et ex his infertur, † quod creditor non cogitur ante tem- 6
pus recipere vinum, nec granum, nec aliud quod cursu temporis deteriorari possit, vt no. Bald. post Guliel. de Cu. in l. plures apochis. C. de fide instru. & Flor. in d. §. cum Polidius. in fi. Alexā. in d. §. inter certam & nota. Cyn. in d. l. ij. in vlt. q. C. de iure emphy. Ange. in l. Titius. in fin. in versicu. vnum tamen, ff. quæ res pigno. obl. poss.

Et hac ratione † emphyteuta non potest soluere canonem 7
pro pluribus annis futuris, quia agitur de interesse ipsius domini creditoris, vt tenent Cyn. Bald. Albe. & do. in d. l. 2. C. de iu. emphy. Spec. in titu. de loc. §. nunc aliqua versicu. 42. Barto. in l. eum qui supra de ann. leg. cum simi. vt tradit Alexand. in d. §. inter certam vbi dicit istam esse communem opin. & idem Are. dicit in d. l. qui Romę in princip. & Moder in d. l. 2. q. 22. Et adde,
† quod non valet rescriptum [a] Papæ, quod emphyteuta non 8
soluendo non priuetur iure suo, vt no. Bald. in l. si a te. uer. & not. a
C. de pac. inter. empt. & vend.

Videtur tamen, quod valeret rescriptum quod emphyteuta possit soluere ante tempus pro pluribus annis futuris si propter malignitatem quorundam dominorum qui subterfugiunt, & nolunt canonem recipere, ad illaqueandum emphyteutam, quia malitijs hominum obuiandum est l. in fundo supra de rei venditione.

Et quia agitur de modico præiudicio, nam si potest concedi dilatio ad soluendum per rescriptum l. quoties C. de prec. imper. offer. a fortiori videtur quod quis possit cogi ad recipiendum, quia hoc videtur minus pręiudiciale.

Et licet valeat rescriptum, vt dictum est † valet tamen con- 9
suetudo quod non soluendo emphyteuta iure suo non priuetur, vt nota Abb. tradit in consi. 72. circa primum libr. j. vbi hoc dicit in ecclesia & idem Ioan. de Ana. in consi. 84. videndum est colum. fin.

Et eodem modo valeret pactum factum cum ecclesia, quod emphyteuta non soluendo non cadat vt nota dicit Barto. in l.

fundi

a Rescriptum intellige proprie, nam largo modo comprehendit priuilegium & bene posset fieri, quia quod potest per consuetudinē induci, potest a fortiori per priuilegium, ut per c. super quibusdam de verbo. signifi. & hoc cōsensit Bald. in l. si a te. in princip. legis Hie. Chu.

fundi C. de fundo patr. lib. 11. & sequitur Pau. de Cast. in consilio cxxxvii.

10 ¶ † Et sicut debitor in cuius fauore tẽpus appositũ est potest, si velit, ante tẽpus soluere; ita creditor, in cuius fauorem tẽpus apponitur, poterit petere ante tempus. vt sit æqualis conditio vtriusque cõtrahẽtis: vt Rom. dicit in d §. inter certa & sequitur Are. in d. l. qui Romæ in prin. arg. l. cum dies. §. si arbiter in fi. ff. de arbit. facit tex. in l. fi. C. de fruct. & lit. expen.

11 ¶ † Soci. in d. l. qui Romæ in prin. reprobat istam æquiparationem, & dicit manifestam esse rationem diuersitatis: qa in debitore soluente ante tempus non agitur de interesse creditoris; secus videtur in creditore si uelit sibi solui ante tempus, quia agitur de interesse debitoris, ut ante tempus non cogatur soluere. Et ipsi debitori videtur esse ius quæsitum beneficio creditoris, unde illud sibi tolli non potest arg. l. fin. ff. de pact. & facit quod no. in l. peten. C. de temp. in integ. rest. peten. & quod no. Bar. in l. si post mortem. §. fina. ff. de contratab.

12 ¶ † Sed uerior uidetur opin. Ro. quia si tempus apponitur fauore creditoris, prout loquitur Ro. etiam ipse debet posse renũtiare fauori suo: nec tali casu potest debitor prætendere aliquod interesse: quia si solum est dilatio in fauorem creditoris, debet esse nociua debitori, & interesse debitoris non est in consideratione. Nam si interesse debitoris deberet considerari in tali casu, tunc, gratia vtriusque esset dilatio, quo casu etiam debitor in diem non potest prius soluere, quando tempus respicit fauorem utriusque: ut no. in d. leg. qui Romæ in princi. unde patet quod recte consideranti, debitor & creditor a pari procedunt, prout Ro. & Are. dicunt, & bene.

## In l. Quæ legata. Argumenta.

1 *Legata pure vel in diem certum relicta ad hæredem transmittuntur*

2 *Legata quæ ad hæredem non transferuntur, patri vel domino non acquiruntur.*

3 *Stipulationum commoda patri uel domino indistincte acquiruntur*

4 *Conditionis futuræ spes quare potius in contractu, quam in legato ad hæredes transeat.*

5 *Conditio in persona hæredis implenda, in domino vel datre non est uerificanda.*

6 *Conditio dandi hæredi, non habet verum in hærede hæredis.*

## REGVLA XVIII.

*QVAE legata mortuis nobis ad hæredẽ nostrũ transeunt, eorũ commodum per nos his quorum in potestate sumus, eodẽ casu acquirimus, aliter atq; cum stipulati sumus, nã & sub cõditione stipulantes, omnimodo eis acquirimus, etiam si libertate nobis præstita à dominis cõditio existat.*

NAM † legata quæ pure vel in diem certum relicta sunt ad hæredem transmittuntur l. si post diem in princ. l. si penum in princ. ff. quando dies legato. ced. l. j. §. cum igitur. in fi. eod. tit. C. quando dies leg. ced. 1

Eodẽ modo ista legata ex persona filij vel serui patri. vel domino acquiruntur vt hic dicitur, & in d. l. si post diem §. pe.

Sic econtra legata quæ ad hæredem non transmittuntur, vt sunt legata conditionalia. l. j. §. sinautem aliquid sub conditione supra de cadu. tollen. & d. l. si post diem. §. sed & si sub conditione patri vel domino non acquiruntur, sed ipsi filio vel seruo, si tempore purificatæ conditionis sui iuris reperiuntur, vt hic a contrario sensu colligitur, & in l. si vsufructus §. fi. supra vt leg. no. caue. in l. vxor. C. de condi. inser. Et hoc bene procedit in legatis, † secus est in stipulationibus, quorũ commodum indistincte patri vel domino acquiritur. licet. tempore purificatæ conditionis sint sui iuris filius vel seruus vt hic dicitur. ad idem text. in l. si filius. ff. de verbo. obliga. in l. ii. §. id quoque quod supra de collatio. bono. 2

¶ Et ratio diuersitas videtur, quia in stipulatione conditionali illa spes quæ habetur de conditione futura, transit ad hæredem. §. ex conditionali. insti. de verbo. obligatio. ideo patri vel domino acquiritur, per regulam quæ hic in princ. habetur. Sed spes legati conditionalis non transmittitur in hæredem. l. j. §. sinautem. C. de cadu. tollen. ideo patri vel domino non acquiritur secundum regulam quæ hic ponitur.

¶ † Et si vlterius quæratur de ratione quare potius spes futuræ conditionis in contractu ad hæredes transmittitur, quam in legato. Dicendũ est quod in contractu actus fundatur ex consensu duorum & factum stipulatoris interuenit qui sibi et heredibus suis prouidere videtur. vnde fortior acquisitio redditur. Non sic videtur in legato. vt per gl. in d. §. ex cõditionali, & per Doctor. in l. si filius. de quo tamen dicendum est, vt dixi in l. i. C. de pact. 3

¶ Vltimo ad æquiparationem quæ fit hic de herede ad patrem

vel

vel dominium facit tex. in l. qui liberis. §. hæc verba de vulg. & pupil. vbi substitutio facta de hærede, nõ habet locum in pa-
5 tre vel domino. & pariter nec in hærede hæredis. † Et conditio quæ debet impleri in persona hæredis, non verificatur in persona domini vel patris, l. qui hæredi. in prin. supra de conditio. & demon. & facit tex. not. in l. 3. §. hoc aũt. de leg. præstã.
6 Et pariter videtur ꝙ † conditio dandi hæredi. non verifice-
a tur in hærede hæredis [a] d. §. hæc verba. facit text. in l. cum ita datur supra de condi. & demon. vbi conditio dandi Titio, non potest impleri in hærede Titij.

a Hæredis. Vide omnino Ias. l. paterfamilia. de vulg. & pupil. & quomodo intelligatur regula, ꝙ hęres hæredis primi testa. est hæres vide Ancha. cõ si. 130. H. C.

## In l. Qui cum alio. Argumenta.

1 *Cõtrahẽs cõditionẽ seu qualitatẽ secum cõtrahẽtis nosse dẽt*
2 *Societate finita nõ tenẽtur socij de cõtractu postea inito cum aliquo ipsorũ, licet cõtrahens nescierit solutã societatẽ.*
3 *Ignorans, quo casu æquiparetur dubitanti.*
4 *Delicta an possint excusari ex causa iusta.*
5 *Bannitum cum saluo conducto occidens excusatur.*
6 *Offendens alium, conditionem eius inuestigare debet.*
7 *Hæres ex quasi contractu obligatur.*
8 *Obligatio qualitate non mutatur in creditoribus ob hæredum personas.*
9 *Statutum de contractu loquens ad quasi contractum quãdoque extenditur.*
10 *Esse idem putatur cum eo quod est, esse debere.*
11 *Cõtrahere spõte nõ dr̃, qui ex quasi contractu obligatur.*

### REGVLA XIX.

*QVI cũ alio cõtrahit, vel est, vel dẽt esse nõ ignarus cõditionis eius: hæredi aũt hoc ĩputari non potest, cũ nõ spõte cũ legatarijs cõtrahit.*

1 NOTA ꝙ † qui cum alio contrahit, debet esse certus de conditione, & qualitate contrahentis; & ideo qui mutuauit pecuniam filiosfamilias, non potest mutuum recipere obstante Senatusconsultos Macedoniano; quia sciere potuit illum esse filiumfamilias. l. pen. supra ad Maced.

Et idem in minore: vt not. per gloss. in l. si Titius. in versicu. ætatis supra de fideiuss. vnde præsumitur ille qui contrahit habere notitiam eius cum quo mercatur: vt not. Bald.

per

per illum text. in l. in ciuile. C. de furt.

Et in hoc etiam forensis non excusatur; qui debet conditionem eius cum quo contrahit inuestigare vt not. Cum. in consilio vigesimosesto cum statutum Paduæ col. j.

Et ista ratione etiam iusta causa non excusat a pœna [a] conuentionali, quia debuit inuestigare, vt not. tradit Alexand. in consilio cxix. titulus quæstionis col. pen. lib. 2. Et bene facit quod no. tradit Pau. de Cast. in l. j. §. non autem in versi. item alias consului. ff. de exercito. vbi dicit se consuluisse † quod cū duo mercatores fecissent societatem per quinquennium, quod finito quinquennio alter non tenetur ex contractibus cum alio celebratis, licet contrahentes ignorarent finitam esse societatem, quia debuerunt perscrutari & se informare de qualitate societatis, per istam regulam, & idem Pau. de Cast. in l. prima. §. conditio. ff. de institutione & idem Pau. de Cast. in consi. 335. visis & ponderatis omnibus in princ. & idem Petr. de Anch. in consilio 333. pro clariori decisione, vbi concludit, quod vnus socius pro alio non tenetur nisi pro illa quantitate quam posuit in corpore societatis. Et ideo quiille cōtrahit debet inuestigare qualitatē societatis per ipsam regulam. Et ad idem facit, quia † licet alias ignorans & dubitans æquiparentur, [b] l. manifestissimi. §. sin autem, vbi Bart. C. de fur. l. fin. de condictio. indebi. Hoc non habet locum in contrahente cum alio; quia si dubitat debet eius conditionem inquirere ita Bald. not. dicit allegando istum text. in capit. primo. §. persona uero, uer. sed quid indubitate, per quos fiat inuesti. de cuius dicti veritate dixi in l. quandiu. C. qui admit.

Et quod hic dicitur de contrahente, idem est in eligente qui præsumitur habere notitiam electi, & ideo non excusantur canonici qui eligunt indignum: [c] vt not. Bart. in l. si patronus, de confirmation. tuto. & ibi Bart. alleg. istum text. Et per istam l. qui cum alio arguit Alexand. in l. si cum dotem. §. si mulier. ff. solut. matrimo. col. 2. versi. vnum adde, ꝙ imputatur creditori qui acceptauit debitorem qui nō erat soluendo, quia debuit eius conditionem perscrutari, & idem dicit P. de Cast. post Ang. in l. 1. ff. si quis in ius vo.

Et ista regula ꝓcedit nisi ignorātia esset multū ꝓbabilis & iusta, quia tunc excusatur l. si quis patrem. ff. ad Maced. & d. l. si Titius de fideiuss.

Secundo regula habet locum in contrahente, prout loquitur, † Secus est in delictis in quibus quis a pœna excusatur ex iusta causa, & non imputatur si conditionem [d] offension. inuestigauit, vt not. tradit Pau. de Cast. in consi. 32. licet ista sit quæstio. in fi. versi. ad quartum. vbi propter hoc concludit, † quod occidens bannitum excusatur non obstante quod bannitus occisus haberet saluum conductum, de quo ille non inuestigauit.

Sed tamen talis differentia non videtur vera, quia in tali casu ex quo erat publice bannitus [e] & descriptus in libro bannitorum

a Pœna. Adde Alex. cōsi. 66. lib. v. do. And. Tiraq. in trac. Retra. conuētio. §. j. glo. nu. 56.

b Aequiparentur. Vide Pau. de Cast. in l. manifestissimi §. sed quærebatur C. de furtis.

c Indignū Ias. l. cum filiusfa. §. in hac colū. j. de verb. obli. Fra. Rip. de rescrip. Respō. 12. col. 1. facit Alex. consi. 203. col. 3. li. 2. consi. 19. nu. 4 lib. 4.

d Conditionē. hæc faciunt ad materiam c. si vero de sen. excō. vbi ponūtur plura exēpla per do. Fel. qn̄ quis delinquit ignorando cōditionē seu qualitatem p sonæ, & ponit ibi regula, quod vbi factum est illicitum nō excusatur allegans ignorantiā, quia presumitur scientia de quo per canon. in cap. a nobis eo. titu. Hie. Cucha.

e Bannitus Hypol. Marsil. in prac. ver. aggredior.

nitorum ignorantia erat multum probabilis, quo casu idem esset in contrahente, vt supra dictum est, sed si ignorantia non esset ita probabilis, idem esset in delinquente.

6 †Et quia si ille qui cum alio contrahit debet inuestigare cōditionem eius cum quo contrahit, vt hic dicitur, multo magis qui alium offendit debet eius conditionem inquirere ita Bar. di-
a cit [a] in l. fin. ff. de adul. Et de quæstio. Pau. de Cast. late scribit Alex. in l. huiusmodi. §. si ita de leg. j. & in consi. lxxvij. visis dubitationibus. lib. iij.

Tertio regula habet locum in contrahente, secus est in hæ-
7 rede, vt hic dicitur, † quia ipse ex quasi contractu obligatur. §. hæres. instit. de obli. quæ ex quasi contractu. l. ex maleficijs. §. hæres. supra de actio. & obli.

Et hoc verum intelligit quo ad legatarios quibus hæres obligatur ex quasi contractu. secus est in creditoribus quibus hæres est obligatus ex contractibus quibus defunctus tenebatur, vt not. Bar. dicit in l. de eod. ff. de iudic. Et idem Raphael. Cuma. in consi. 176. statuto Papiensi. col. ij.

Et de legatarijs loquitur text. hic & in §. hęres. insti. de obli. quæ ex quasi contrac. Et in dicta l. ex maleficijs. §. hæres, & l. apud Iulianum. §. fin. vbi gloss. verbo, contrahere. ex quibus causis in pos ea.

8 Et ad hoc facit, quia † ex persona hæredum qualitas obligationis in creditoribus mutari non debet. l. secunda. §. ex his. de verbo. obliga.

Quantum tamen ad istam regulam idem videtur in creditoribus a quibus hæres conuenitur ex contractibus cum defuncto celebratis de quibus hæredi nihil imputari potest, si conditionem creditoris non inuestigauit. Et sic militat ratio quæ hic in tex. alleg.

Ex his colligitur, quod illud quod dicit de contractu, non habet locum in quasi contractu, ex eo quod hic dicitur de hærede qui ex quasi contractu obligatur. Et hoc in statuto not. Barto. in l. apud Iulianum. §. fin. in fi. ff. ex quibus causis in pos. Bart. in l. prima per illum text. supra de contrario iud. tut. cum simil. vt tradit Alexan. in l. mutuum & in s. inore in secundo not. supra de acquiren. hæredi. Et idem Ang. in consi. 362. visis & diligenter Abb. in consi. 61. quinque dubia col. 8. lib. j. & c. qua fronte de appel. vbi dixi.

Et idem Alex. in consil. 166. visis dubitationibus colum. iij. lib. v. Et ista conclusio procedit inspecta vi & proprietate ver-
9 borum per viam vero extensionis † quandoque statutum loqui-
b tur de contractu etiam ad quasi cōtractum porrigitur [b] quando omnimoda ratio militaret. Et ita procedit quod not. Bald. in rub. C. de pact. Bar. in l. more. de acqui. hære. cum simi, vt tradit Alex. in l. siue apud acta. C. de transac. & idem Ro. in consi. 12. viso fa. col. ii. i fi, & i cōs. 380. ꝑsup. in prin. & subtiliter, scri. Cu. in consi.

a Dicit. Vide Iaso. qui plura circa hanc quęstio. accumulauit post Alex. in l. si se nō obtulit. §. condemnatum. in vi. colum. versi. vlti. Dyn. & Albe. &c. supra de re iudi. vbi etiam ponit an possit qs occidere bānitus qn̄ nullitas bāni est patens, quid quādo pēdet lis, an bannum sit nullum vel ne, an potestas a statuto concessa occidendi bannitum sit interim suspensa. Hie. Cu.

b Porrigitur. Ias. l. si ego super si cert. pet.

in conf. clxxvj. statuto Papien. supra alleg. facit quod not. Bar. i l. si. vnus. §. pactus ne peteret col iiij. supra de pact. & in l. Megia. §. j. supra solut. matri.

Vltimo ex verbis illius regulæ duo notandum sunt.

Primo ibi est, vel esse debet. † ꝙ paria sunt, esse vel esse debere. Sic ēt paria sunt, scire vel scire debere. l. quod te. supra si cer. pet. vbi dixi, vt no. per gl. hic. Vnde sicut denuntiari pōt ille qui scit se debitorem, ita ille qui sciri debet, vt not. Bal. in auth. ad hæc colū. iiij. C. de vsuris, sic etiam paria sunt, scire & scire posse. l. pe. supra ad Maced. no. Bal. per illū tex. ī l. si duo de acq. hæredi. facit tex. in l. qui contra. vbi Bart. C. de incest. nup. in c. ij. cum gl. de temp. ord. in vj. Sic ēt paria sunt habere & habere posse, vt in no. quæst. Ang. dicit in l. item veniunt. §. petitam supra de pet. hære. Sic ēt paria sunt, habere & habere debere, vt no. Bar. in pulchra quæstione. in l. pe. §. cū ita de aur. & arg. leg. 19

Secundo not. † quod sponte non dicitur quis contrahere & se obligare qui ex quasi contractu per interpretationem iuris obligatur, Et sic sponte dicitur fieri illud quod fit principaliter & immediate ex propria voluntate. adeo quod not. dicit Petr. de Ancha. in cle. præsenti. in v. not. de censi. ꝙ non dicitur sponte factum illud quod fit ad petitionem: sed videtur text. in contrarium in l. j. C. de pact. & ibi dixi. 11

## In §. Non solet, Argumenta.

1 *Exceptio doli non nocet, quibus testōris volūtas nō resistit.*

2 *Exceptio doli repellit petentem debitum, quod exceptione elidi potest*

3 *Testm̄ primū reconualescit, si testator secūdum inciderit.*

## §. Non solet.

*NON solet † doli exceptio nocere his quibus uoluntas testatoris non refragatur.* 1

Vltra gloss. hic iste. §. exemplificari potest, vt statim dicam in text. ibi doli exceptio. † Nam exceptione doli generaliter repellitur qui debitum petit quod exceptione elidi potest. l. secunda. §. generaliter supra de except. do. vnde petens consulto deleta exceptione repellitur. l. j. §. sed consulto. ff. de his quæ in testa. delen. sed si inconsulto deleta sint, non repellitur d. l. j. ver. inconsulto vero, quia voluntas testatoris non refragatur, vt hic dicitur, Et aliud etiam exemplum colligitur in l. pen. §. fi. 2

3 supra de secun. tab. † vbi si testator vltimum testamentum inciderit vt primum habeat locum, præualet primum.

## In l. Quoties dubia. Argumenta.

1 *Libertati in dubio fauendum est.*
2 *Libertas inter causas pias annumeratur.*
3 *Libertati plus fauetur qaum liberorum legitime.*
4 *Libertatis causa publica censetur, non priuata.*

### REGVLA XX.

*QVOTIES dubia est iterpretatio libertatis, secūdum libertatem respōdendum erit.*

1 NOTA quod in dubio † pro libertate iudicandum est, faciunt iura allegata in gl. ad idem tex. in lege Iulia, supra de manumis. l. inter pares supra de re iudic. & in l. in obscura. & in l.
2 libertas. infra eo. † Causa enim libertatis dicit pia. l. j. circa. fi. C. de communi seruo manu. no. Bart. in l. proxime. ff. de his quę in testa. delentur. in l. si vnus. C. de testa. Bald. in l. ij. & pen. C. de fideicom. lib. Et libertati magis quam reo fauendum est c. fi. de re iud. d. l. inter pares. & d. l. Iulia.
3 † Et fauorabilior est causa libertatis, quam sit legitima liberorum, vt not. dicit Paul. de Castr. per illum text. in l. Papinianus. §. quarta autem de inofficio. testamē. Et causa libertatis di-
4 citur publica, † non priuata. l. si quis rogatus supra de fideicō miss. libert.

## In l. Non debet Argumenta.

1 *Occidere qui potest licite, verberare poterit non illicitè*
2 *Argumentum à maiori, in statutis locum habere potest.*
3 *Mulier quæ licite occiditur impune violari poterit.*
4 *Argumentum à maioritate rationis, in materia correctoria non probat.*
5 *Plus & minus si sint eiusdem speciei, cui quod licet plus, ōni licebit minus.*
6 *Dispensatio ratione maioris rationis non extenditur.*
7 *andatum de maiori non extenditur ad id, quod minus est.*

§ *Argumentum à maiori ad minus valet, si vtrobique sit ratio eadem.*

### REGVLA XXI.

NON *debet cui, plus est, licet, quod minus est, non licere.*

a Alex. Et ibi Ias. col. 3. Dyn. d. cap. cui licet. Nicol. Eueral. in lo. lega. a minori.

CVM ista regula concordat reg. cui licet. eo. tit. in vj. & istã regu. etiam colligit Alexã. [a] per illum text. in l. in actionibus .§. j. ff. de in lit. iur. Et ideo † si quis potest aliquã occidere, a for- 1 tiori illum poterit verberare & contumelijs afficere. l. ne: in ea. ff. de adult. vbi Bart. facit tex. in l. in suis. in fin. supra de libe. & posthu l. j. C. ne fideiuss. dentur. cap. ex parte. de deci. c. per uenerabilem. qui filij sint legiti.

b Statutis. An hoc pcedat qñ statuta sunt contra ius commune vel ne. vide Lanfr. in tract. de interpreta. stat. in vj. co, H.

† Et istud argumentum a maiori etiam habet locum in statu- 2 tis, [b] vt not. Bal. in l. quod vero. versi. sed pone. ff. de legi. in l. si b vero. §. de viro supra solu. matri. l. ij. C. de in ius voc. & l. affinitatis. ver. pone statutum. C. commu. de succes.

Et ex his sumitur argumẽtum a maiori affirmatiue, quod valet auth. multomagis. C. de sacrosan. eccle. cap. cum in cunctis. in prin. de elect. cum simi. vt dixi ibi.

Et econtra etiam regula negatiue procedit, quia cui denegatur quod minus est, etiam quod plus est videtur prohiberi. l. relegatorum. §. potest supra de interdic. & releg. l. qui indignus supra de senat. l. cui pacto supra de ser. expor. & in c. cum illorum de senten. excomm unica.

Et per istam regu. hic arguit gl. in d. l. ij. C. de parri. qui filios distra. quod si pater potest filium vendere, a fortiori potest illum pignorare. Et hoc tenet Azo. ibi in summa.

Et per istam regu. infert Nellus in tract. bannitorum, in secũda parte secundi temporis, q. xlvj. † quod si mulier bannita po- 3 test occidi, a fortiori poterit adulterari cum maius sit homicidiũ quam adulterium. xxiij. q. ij. c. si quid verius. ibi, si enim facturus est quod non licet, prius faciat adulterium, quam homicidium aliter tamen in hoc expresse voluit Bald. in l. fi. C. si contra ius vel vtil. public. vbi inquit, quod licet mulier occidi possit, non tamen poterit adulterari, de quo dicendum est, vt scripsi in c. quæ in ecclesiarum. col. vj. de consti.

c Maioritate. Nicol. Eueral. in loc. leg. loco a ratione. l. larga, col. iiij.

Nunc regula ista limitatur non habere locum in casibus notatis in gloss. hic. Et vlterius † primo fallit in materia correctoria, in qua non valet argumentum a maioritate [c] rationis: c secundum gloss. quæ approbatur communiter in authent. quas actiones, C. de sacrosan. eccle. & gloss. fin. & ibi Bar. in l. sancimus.

mus C.de testa.& l.præcipimus.§C.de app.

Et idem Bartol.in l.si constante.in princi. in ix. quæstione i.partis principalis supra sol.matri.& est bonus text.in authen. de admini.sacri palat.col.3.

5 †Secundo, regula habet locum qn̄ plus & minus sunt eiusdē speciei, secus est in diuersis speciebus, quia regula non procedit; vt per Dy.in d.reg.cui licet.per text.in l.solemus.§.latrũculator.ff.de iud. vbi latrunculator hominem interficere pôt. Et tamen da causa pecuniaria conoscere non potest.

Contra istam tamen limitationem facit text. in d.l.in suis. de lib. & posthu. & d.l.nec in ea. & d. l.j. ne fideiuss. dem.vbi arg. fit a maiori etiam in diuersis speciebus. non obst.text.in d. §.latrunculator.quia respondetur, vt statim dicam.

Tertio: regula fallit quando est facta diuisio potestatis secundum plus & minus, quia tunc ille qui habet potestatem in eo quod plus est,non potest quod minus est,cum alteri illud specialiter sit attributum, not. Bald. in reg.cui licet. vbi Peruf.sequitur.Et hoc modo potest procedere text.in l.solemus.§.latrunculator.

6 †Quarto, regula non procedit in materia dispensationis in qua non fit extentio ad casum etiam habentem maiorē rationē. & est dictum Host.in capitu. post ulasti.de rescrip. vbi ad hoc alleg.cap.j.& 2.de fi.presby.& sequitur Abb.in cap.at si clerici.§.de adult.de iudi.

Et comprobat per text. in capitu.fi.de postul. præla.vbi dispensatio facta cum aliquo quod possit transire ad archiepiscopatum, non habet locum in episcopatu.

Et quia licet si dispensatum cum monacho incurato beneficio, dispensatio non habet locum in simplici beneficio.

Sed vt dixi in d.§.de adulterijs,col.sexta ista conclusio non probatur iure.nam in text.d.cap.j.& 2.de fil.presby.simpliciter dicitur, quod materia dispensationis odiosa est, ergo non debet dispensatio magis stricte interpretari; quam alia materia odiosa. Sed in alia materia odiosa habet locum argumentum a a maiori.[a] d.l.nec in ea, & in d.l.in suis. & d.capitu. cum illorum.de sent.excommunicatio cum simi. supra alleg. ergo idem videtur in despensatione. & in terminis est tex. in cap.per venerabilem.qui filij sint legitimi.

a Maiori. Adde Philip. Deci .l. & mulieribus, nu.12. C. de testa, mili. consi. 76. Hier. grat. consi.26.nu.34. lib.1.

Non obstat quod sit dispensatio gratiosa; immo est odiosa, quia contra ius commune.

Non obst.c. fin. de postul. prælat. quia ibi non trahitur ad id quod minus est; quia non est eadem ratio, cum facilius debeat dispensari in maiori beneficio, quam in minori, propter maiorem vtilitatem, vt ibi colligitur. Et ista ratione facilius dispensat cum monacho in beneficio curato, quia in eo maior est vtilitas & necessitas,quam in simplici, vt latius dixi in d.§.de adulte.

†Quinto fallit in mandato. vt tex. not. in cap. ei cui. §. fin. de 7
præben. in sexto vbi si mandatur prouideri de præbenda certi valoris, de minori valore prouideri non potest, quia huiusmodi mandata quorum fines obseruari diligenter oportet, non debent ad alios casus quam expressos extendi, vt ibi dicitur. & facit text. in cap. fin. de verbo. signi.

Sexto fallit in decreto: vt ex text. in l. si pupillorum. §. si prætor. ff. de rebus eorum, ibi, cum quis aliud facit quam a prætore decretum sit, nihil agit. & not. per gloss. ¦hic¦, & sequitur Alex. in d. l. in actionibus. de in litem iuran.

Vltimo fallit quando non est eadem ratio in eo quod minus est, prout colligitur ex supra dictis. & faciunt iura alleg. in glos. hic. Et eodem modo limitatur reg. l. quæ de tota. ff. de rei vendic. vbi arguitur de toto ad partem. † Nam argumentum proce- 8
dit vbi eadem ratio, vt Abb. declarat in capitu. pastoralis. §. itē cum in totum. in fin. de offic. delega. & not. Aret. in consi. clxiiii. diligenter. columna tertia versiculo non obstat argumentum. & hoc idem Barto. dicit in l. iurisgentium. §. adeo. ff. de pact. & adde quæ dixi in reg. in eo. in prin. infra eo.

## In l. in personam. Argumenta.

1 *Seruus nec obligare nec obligari potest.*
2 *Seruus quando naturaliter obligari possit.*
3 *Seruus an possit fideiubendo obligari.*
4 *Seruus in delictis obligari potest in cōtractibus non itē.*

### REGVLA XII.

**I**N *personam seruilem nulla cadit obligatio.*

ISTA regula intelligitur de obligatione ciuili † quæ 1
nec actiue nec passiue cadit in seruum. l. serui. supra de actio. & obliga. l. nec seruus supra de pecu. vbi text. notabilis quem glo. hic adducit.

Secus est in naturali obligatione ad quam seruus obligatur. l. serui. & l. hæres a debitore. §. seruo supra de fideiuss. ad idem text. in l. naturaliter. ff. de condi. indeb. & l. si id quod. eodem tit. ibi Bart. declarat quomodo naturalis obligatio cadat in seruo.

Et hoc quod dictum est seruum obligari naturaliter: † ve- 2
rum est nisi ex causa fideiussionis promitteret, quia tunc ēt naturaliter seruus non obligatur. l. sed & si serui. in princip. supra de fideiuss. ibi cum seruus fideiussionis nomine obligari non possit. & gloss. ibi, & in l. in personam. §. qui peculia. in versiculo a

Titio

Titio supra de pact. & no. Bart. in l. seruus inscio. de fideiuss. vbi rationem adducit, quia lex resistit. d. l. sed serui. & l. licet. §. sed si filius supra de pecu. ergo non oritur naturalis obligatio ex quo lex resistit. l. cum lex. de fideiuss. & sequitur Pau. de Cast. in d. l. seruus inscio.

3 ¶ † Sed tamen considerandum est, quia immo seruus etiam fideiubendo naturaliter obligari videtur, quia consensit d. l. naturaliter, cum simi. supra allega.

¶ Non obstat, quod iura resistunt: quia illa prohibitio est respectu dominio, vt de peculio non teneatur, prout iura prædicta loquuntur; non autem quo ad ipsum seruũ procedere videtur.

¶ Secundo, quod dictũ est, seruum obligari naturaliter actiuæ & passiue, procedit quando ista naturalis obligatio, prouenit ex promissione, secundum quam graue erat fidem fallere. l. i. supra de pactis. l. i. in prin. supra de consti. pecu.

¶ Secus si ex contractu mutui, vel alio contractu, qui sit de iure gentiũ. quo iure status serui erat annihilatus; quia tunc etiam naturalis obligatio seruo acquiri non põt: vt no. Bar. in l. frater a fratre. in i. q. extra gl. supra de condi. indeb.

4 ¶ † Secundo principaliter regula habet locum in contractibus secus est in delictis in quibus etiam serui obligantur, prout tex. distinguit in d. l. serui de actio. & oblig. & not. in glo. hic quæ dicit idem esse in quasi maleficio. alleg. l. i. §. cum seruus. de his qui deiece. vel effude. facit text. in l. si vnus. §. cum seruus supra de iniur. & l. si minor. §. si seruus supra de minor. & institu. de noxa. in princ. & generaliter vbi de pœna corporali agitur, seruus tenetur. l. hos accusare. §. omnibus supra de accusationibus.

## In §. Generaliter. Argumenta.

1 *Arbitriũ boni uiri intelligitur, si quid in domini vel procuratoris arbitrium conferatur.*

2 *Arbitrium liberum differt ab arbitrio simpliciter dicto.*

3 *Arbitrium boni uiri quale debeat intelligi.*

## §. Generaliter.

GENERALITER *probandum est, vbicunque in bonæfidei iudicijs cõfertur in arbitrium domini vel procuratoris eius conditio: pro boni uiri arbitrio hoc habendum esse.*

¶ NOTO † quod illud quod cōfertur in arbitriū domini vel procuratoris, de arbitrio boni viri intelligitur, facit text. in l. hæc venditio. in prin. supra de contrahen. emp. & l. si in lege, princip. ff. loca. l. si cum ea. C. de dot. promis. Et not. Bartol. in tract. ad reprimen. in ver. videtur. 1

¶ † Et non intelligitur quando simpliciter dicitur de arbitrio secus si de libero arbitrio dicatur quia tunc de libera voluntate intelligitur, vt no Bartol. in l. si sic. de leg. i. in l. alio colū. iii. in verlic. ex prædictis, de alimen. & cib. leg. in l. fideicommissa. §. si sic. de legat. iii. Bald. in l. i. supra de testamen. mili. & Roma. in l. filiusfa. col. iii. in iii. casu principali supra de donatio. 2

¶ Secundo regula ista limitatur, nisi arbitrium concedatur illi qui alias arbitriū boni viri habuisset; [a] quia tunc vt verba aliquid operentur de voluntate, & libero arbitrio intelligitur: vt not. Imo. in d. l. filiusfam. de donat.

a Habuisset. Imo. idem quia tolerabilius est verba nihil operari, quam contra materiam subiectam: vt infra eodem l. quoties idem sermo.

¶ † Vltimo notandum est, quod arbitrium boni viri intelligitur illud quod in rebus suis qs faceret, vel quod vellet sibi fieri: vt no. Bar. in l. i. ff. de solu. & Roma. in rub. de arbi. col. iii. 3

## In l. Contractus. Argumenta.

1 *Depositarius de dolo solo tenetur.*

2 *Depositum & commodatum eiusdem sunt ferme rationis.*

3 *Depositarius pro custodia pecuniam recipiens, de culpa etiā leui tenebitur.*

4 *Depositarium, qui se obtulit, de culpa leuissima teneri, quando verum sit.*

5 *Cōtractus quādo gratia eius, q rogauit, dicatur celebratus.*

6 *Commodatarius de culpa leuissima teneri solet.*

7 *Culpa leuissima in faciendo est leui æquiparanda.*

8 *Depositarius de casu tenetur si depositū ī pecunia numeretur*

9 *Precarium recipiens de dolo & lata culpa tenetur.*

*Precarium constitui dicitur, ubi verbum precario, vel aliud eiusdem significari adyciatur.*

10 *Precarium sumens non tenetur de leui aut leuissima culpa.*

11 *Precarium concedens non potest illud ilico reuocare in præiudicium recipientis*

12 *Commodatarius minus iuris consequitur, quam precario recipiens & tamen plus obligatur*

13 *Precarium quando transeat in hæredem concedentis.*

14 *Precarium quando extinguatur morte concedentis.*

15 Precarium quo differat a constituto.
16 Constitutũ verã possessionẽ tradit licet ficto modo quæratũ.
17 Constitutum quando post mortẽ constituentis conferri possit.
Conditio purificata retrotrahi solet.
18 Donatio vel venditio si duobus successiue facta sit vtri iure quæratur.
19 Emptor primus non est secundo præferendus, ni pretium aut fidem de pretio dederit
20 Possessio constituti in absentem facti non transfertur ante ratificationem.
21 Pax alicui & suis adhærẽtibus facta, qualiter sit exttẽdẽda.
22 Donatio facta absenti, ante ratificationem non prodest ei.
23 Pax pro absente per notarium recepta an post terminum datum possit ratificari.
24 Ratificatio secundæ obligationis quando præiudicet priori obligationi
25 Dolus & culpa ĩ pluribus cõtractibus simul interuenire pñt.
26 Testes deponẽtes de culpa ĩ cõtractu de qua intelligi debeãt
Indefinita in testibus non æquipollet vniuersali
27 Culpa quomodo in contractibus interuenire dicatur.
28 Commodatum quo differat a precario.
29 Commodata terminorũ data paritate nõ differt a deposito.
Commodatum præsumitur fieri ad petitionẽ commodatarij.
30 Commodatarius pro deterioratione rei non tenetur si ad usũ debitum ea vtatur
31 Vẽditor de dolo & culpa leui in re vẽdita cõtingente tenetũ.
32 Creditor de dolo lata & leui culpa contingente in re pignori accepta tenetur.
33 Cõductor & locator inuicẽ de dolo lata & leui culpa tenẽt
34 Equus ĩ itenere moriẽs an pereat locatori, an vero cõductori.
35 Emphyteuta qñ p deterioratione rei emphyteuti teneatur.
36 Maritus pro re dotali tenetur de dolo lata culpa & leui.
37 Tutor in rebus pupilli, de dolo, lata culpa & leui ligatur.
38 Gestor negotiorum de dolo, lata culpa, & leui potest quandoque teneri.
39 Socius in rebus societatis tenetur de dolo & culpa leui, si quid deperea t.

## REGVLA XXIII.

*CONTRACTVS quidam dolum malum duntaxat recipiuntur, quidam & dolum & culpam. Dolum tantum depositum: & præcarium, dolum & culpam, mandatum, commodatum, venditum pignori acceptum, locatum item dotis datio, tutele, negotia gesta. In his quidam & diligentiam. Societas & rerum communio, & dolū & culpam recipit, sed hoc ita nisi si quid nominatim conuenit vel plus vel minus in singulis contractibus, nā hoc seruabitur quod ab initio cōuenit. Legē enim contractus dedit, excepto eo quod Celsus nō putat valere si cōuenerit ne dolus præstetur, hoc enim bonæ fidei iudicio contrariū est, & ita vtimur. Animalium vero casus, mortesq; quæ sine culpa accidunt, fugæ seruorū qui custodiri nō solent, rapinæ, tumultus, incendia aquarū magnitudines, ĩpetus prædonū à nullo præstant.*

a Dolo. Ita q̃ non de lata, vt tenuit Io. Igne. hic, & nimis effuse in l. iii. §. si quisquā col. v. cum noue. col. sequētib. ad Silla. sed ueriorem communis sententia quam tenet Dec. hic, & tenuit d. Pyrrhus legendo Aurelijs.

PRIMO noto ibi, dolum tantum depositum quod † de 1 positarius duntaxat de dolo [a] tenetur, ad idem text. in l. ut a certo

certo.§.nunc videndum.ff.commo. ibi, solum dolum in deposito.& in d.l.§.si vestimenta &.§.fin.ff.eo.ti.& in.§.præterea.in sti.quib.mod.re contrah.obli.Et non solum de dolo, sed etiam de lata culpa tenetur l.j.C. de depo. & per glo.in d.§.præterea, in versicu. dolo. & cap. fin. in verb.de culpa extra de depo.& tradit Bal.in consi.118.præmittendum est lib.5.Nam dictio illa tãtum, non excludit latam culpam l.j.§.j.si mens.fal.mod.dix. no.per gl.hic & in d.l.3.§.interdum supra de neg. gest.vbi Ange.tamen dicit hoc non habere locum in statuto in quo duntaxat dicatur de dolo.

Et cum tantum de dolo & lata culpa teneatur, depositarius fertur ꝙ de leui & leuissima non tenetur ex quo infert Ange. Aretin.in d.§.præterea in princip.quod si leui culpa depositarij res deposita furto subtracta sit, quod non tenetur.

Et ista conclusio procedit quãdo depositum factum sit gratia, deponentis, prout regulariter & communiter fieri solet, quia nulla vtilitas eius versatur apud quem deponitur,ideo solus dolus præstatur vt dicit text. in dicta,l. si vt certo.§. nunc videndum.

Secus ergo si factum sit depositum gratia depositarij,quia tũc de culpa etiam leuissima tenetur l. si quis nec causam, in princi. ff.si cer.pe. secundum communem intellec.de quo dixi ibi.

2 †Et tali casu in deposito idem uidetur ꝙ incommodato quia data paritate terminorum, non videtur differentia inter commodatum & depositum,vt declarat Bar. in l.quod Nerua.colum.fi. versi.duodecimo quæro supra deposi.

Et eodem modo si depositarius obtulit se, de leuissima culpa obligatur secundum glo.hic per l.j.§.sæpe supra depo.facit tex. in cap.ij.extra de depo.Et ratio videtur, quia gratia eius qui rogauit contractus videtur celebrari l. si gratuita in.§.margaritas. ff.de præscr.verb.si vero depositum factum sit gratia vtriusque, depositarius de dolo,lata,& leui culpa tenetur, secũdum distin. quæ habetur in d.l.si vt certo.§. nunc videndum, & latius ista tradit Barto.in d.l.quod.Nerua colum.antepenul.versicu. octauo principaliter quæro & Abb.post alios in d.cap.ij. colum.secunda de deposi.

3 †Et ad prædicta facit quia si depositarius accipit pecuniam pro custodia rei depositę,de leui culpa tenetur,q̃a gratia vtriusque cõtractus fieri videtur vt conductor conueniatur,l. i.§. si uestimenta ff. depo. & d.l. si vt certo.§. nunc videndum. Nam pecunia pro deposito dari potest, ut not. Ange.in l.interesse supra de acq.poss. And.Sic.consi.71.lib.4.facit quod no,Ro.in cõsil.500.summarius quæstionis.col.j.

4 †Et quod dictum est, depositarium qui obtulit se, de leuissima culpa teneri, hoc de plano procedit, si gratia ipsius depositarij depositum factum sit [a] vel gratia vtriusqne vt obligatio aliquid operetur, secus videtur si gratia deponentis depositum

a Factum sit. Vide Barba. ca. bona fides depo. vbi dicit hãc cõem.opin. tñ ipse in cõtrarium ponderat ibi tex. in æquiparatione, quã facit de eo qui se obtulit,& de eo qui pecuniã ꝑ custodia recipit, quem vide ij.col. & vide eum quia vult ꝙ quando quis se obtulit, uidetur contractus celebratus gratia recipientis tãtũ Hie,Chuc.

positũ factum sit, quia satis obligatio operatur, si de leui culpa obligetur & ad hoc facit tex. in d. c. j. de depo. vbi æquiparantur isti duo casus, quod se offerat vel pecuniam accipiat depositarius, sed quando recipit mercedem, tantum de leui tenetur vt supra dictum fuit, ergo pariter videtur in alio casu quando se obtulit.

Et certe ex quo nullam habet vtilitatem depositarius qui se obtulit, non videtur quod ex tali obligatione in tantum debeat obligari.

Nõ obst. tex. in d. l. j. §. sæpe, quia ibi de leuissima culpa nihil dicitur. Sed simpliciter dicitur, quod debet præstare culpam & custodiam, quæ verba videntur potius leuem culpam respicere.

Non obstat, si dicatur dum text. ibi dicit illum teneri de culpa & non de casu fortuito, ergo videtur omnis culpa includi ex quo tantum casus fortuitus excluditur, quia respondetur hoc non esse verum, nam non sequitur, de casu non tenetur, ergo de omni culpa obligatur, l. quæ fortuitis C. de pig. act.

† Non obstat, quod gratia eius qui rogauit contractus videtur celebratus, quia hoc videtur verum quando agitur de vtilitate rogantis, prout loquitur tex. in d. l. si gratuita. §. si margaritas. Secus videtur vbi constat rogantem nullam habere vtilitatem, esset enim absurdum quod vbi tantum agitur de vtilitate deponentis, quod ex eo quod depositarius magis se liberalem exhibuit, debeat ita grauari vt de culpa leuissima teneatur. 5

Adde etiam alium casum in quo depositarius de leuissima culpa tenetur, videlicet quando fuit in culpa, quia portauit rem depositam per loca periculosa, vt nota. per glo. in d. §. præterea in versicu. dolo, alle. l. in rebus in prin. & l. si ut certo. §. interdum ff. commo.

Sed aduertendum est, quia illa iura loquuntur in commodato: † in quo venit regulariter leuissima culpa. Et non videtur bene inferri ad depositum in quo regulariter quis de dolo, & lata culpa tenetur. 6

Sed responderi potest, † quod culpa quę est in faciendo prout iura supra allegata loquuntur, etiam si leuissima sit æquiparatur leui latę culpæ in non faciendo, vt nota. Barto. in l. quod Nerua colum. antepen. versi. item quęro vtrum culpa. ff. de depo. & glo. in l. maritus. ff. sol. mat. vbi Alexand. Et alios casus in quibus tenetur depositarius de leuissima culpa & de casu tradit gloss. in d. §. præterea, in l. prima. §. sæpe ver. euenit supra deposi. & in cap. secundo de deposi. in verbo. de culpa. 7

a De casu tenetur. Vide Pau. de Cast.

Et notabilem casum nota in quo depositarius de casu tenetur [a] † quando sit depositum in numerata pecunia, & a 8

actum

actum est quod tantundem reddatur; tunc enim egreditur terminos depositi: vt dicitur in l.Lucius.la.i.& l.die sponsaliorum supra deposi. Et cum tali casu depositarius teneatur ad tantundem in genere; eius est periculum l.incendium.C.si certum peta. Nam de tali deposito idem quod de mutuo quantum ad hoc iudicatur, vt not.Roma.in consilio.500.summarius quęstionis colum.ii.& in consil.520.circa propositam in princip. Paul.de Castr.in consi.161. in præsenti causa & idem tradit Bal.in consi.315.præmittendum est lib.ii. & in consi.357.viso instrumento eo.lib.ii.

9 Secundo noto, quod † recipiens rē precario non solū de dolo tenetur, sed etiam de lata culpa; vt est text. in l. quæsitum §.eum quoque supra de precar. Et vt sit præcarium.oportet quod adiiciatur verbum præcarium vel aliud idem importās puta si dicatur, permitto tibi vt voluntate mea ædifices. Nam illud verbum idem importat quod precarium l.Lucius. cum glo.ff.de dona.ita Ange.dicit in consilio i.porrecta fuit colum. penul. Et differt precariū neutri generis.a precaria in fœminino genere, quia concessio precaria non potest reuocari ad libitum concedentis sicut precarium, quia ad certum tempus conceditur, vt not.Abb.in cap.i.in ii.not & c.fina.in vlt.not. extra de precar.

10 ¶ Et mirum videtur quod cum † precarium fiat gratia recipientis, quod de culpa leui & leuissima non teneatur, sicut est in commodato. l. si vt certo §. nunc videndum. ff. commod.

¶ Ad hūc text.respondet in d.l.quæsitum §.eum quoque. ita statutum fuisse in precario, quia voluntate concedentis reuocari potest & not.Bartol.in l.quod Nerua.col.fina.versi. octauo quæro.ff.deposi.

¶ Et ex hoc videtur dubitandum de eo quod Abb. voluit
11 in c.fin.in 3.col.de preca.dicens, † quod si concedens velit reuocare precarium statutum in præiudicium recipientis, non videtur quod possit, quia secundum eum, iura quæ simpliciter dicunt precarium posse reuocari ad libitum concedentis, intelligitur dato aliquo inter uallo arg.l.quod dicimus supra de solut. Nam hoc videtur contra a text.in d.l.quæsitum .§.eum quoque vbi videtur præcise statim posse reuocari, ex quo propter hoc solum de dolo & lata culpa tenetur, nec potest allegare se deceptum, ex quo ista est natura precarii de qua a principio cogitare potuit, vt dixi etiam l.in omnibus supra eod.

a Contra Barba.cap.fin.tenet contra.Abb.alleg. l. Lucius de dona, supra,

12 ¶ † Mirum etiam videtur quod commodatarius, qui plus obligatur, minus iuris consequatur, quam ille qui precario rem accipit. Nam commodatarius non possidet, sed simplicem habet tenutam. l.officium supra de rei vendica. l.rei commodatæ supra commod, Et per precarium possessio transfertur,

fertur.l.& habet.§.eum qui.de precar.

❡Sed ratio a quibusdam assignatur;quia in commodato vsus est limitatus,in precario vero vsus est latior ad voluntatem concedentis:& hoc incertum est,quo casu dubium perpetuum reputatur,l.sufficit supra de condi.indebi.l.iurisperitos,in prin. vbi Bar.ff.de execu.tuto.

❡Et licet precarium reuocari possit ad voluntatem concedentis,vt supra dictum est,non tamen per mortem concedentis reuocatum intelligitur:vt no.Abb.per illum tex.in c.fin. in iii. no.de precar. † Trāsit enim precarium ad hæredem conceden 13 tis[a] l.quæsitum.§.i.l.cum precario.§.fin.supra de precar.Et hoc a verum est quando precarium conceditur simpliciter ; secus si concedatur ad beneplacitum concedentis . quia tunc per mortem beneplacitum expirat c.si gratiose,de rescript.& ita Abbas dicit in d. cap. fina. Et hoc de beneplacito in pulchra quæstione tradit Angel.in consi.ccxvii.in causa accusationis. colum.ix.

a Concedentis. Est bonus text. in l. Lucius. de dona.supra vbi etiam probatur, ꝙ si concessum sit ad voluntatem quod morte concedentis non extinguatur H.C.

❡ † Et eodem modo videtur . si concedatur precarium ad 14 voluntatem concedentis,videtur,precarium extingui mortuo concedente:quia per mortem cessat voluntas l.iiii.vbi text. ff.locat.

❡In contrarium tamen facit text.in l.j. supra de preca . vbi precarium concessum videtur quandiu patitur qui concessit.Et idem dicitur in d.c. fina de preca. Ergo ista patientia videtur cessare per mortem d.l.iiii.supra loca.

❡Sed potest responderi,quod illa verba quandiu patitur qui concessit , sunt declarata in l.iii.§.primo,supra de precar.ut dicatur pati ille qui concessit , donec reuocauerit , & voluntatem mutauerit , vt colligitur ibi : vt possum reuocare cum mutauero uoluntatem. & not. Bartol. in l. centesimis.§.fina. de uerborum obligationib. Merito per mortem non extinguitur precarium , quia licet per mortem cesset voluntas , non tamen dicitur facta reuocatio : vt not. declarat Bartol.in l.& quia.colum. fina.supra de iurisd.omn.iudic.& bonus text.in c. si delegatus.ff.de offic.deleg.in vi.& idem not.Bartol.in l.centesimus.§.fina.de uerbo.obligatio.cum similib.ut Alexan.ibi prosequitur.

❡Et nota † differentiam esse inter precarium & constitutum.Nam in precario transit naturalis possessio in ipsum 15 rogantem,& ciuilis remanet apud concedentem l.& habet.§.eum qui supra de preca.Sed in constituto si constituo me simpliciter nomine tuo possidere , omnis possessio transfertur quia illa possidet cuius nomine possidetur l. quod meo supra de acquiren.pos. & not.Bar.in l.interdum.in princ.supra de acqui. pos.& in l.creditores in ii.q.versi.item quæro C.de pign.cum si.vt tradit Alexan.in d.l.interdum.Et hoc videtur procedere in dubio:alias etiam in precario agi potest , quod omnis possessio

sessio transferatur, vel ꝙ nulla transeat, vt per gloss.in d.l.& habet.§.eum qui.in verbo, in possessione, & insti.de interd.§. hodie tamen.ver.nec clam.

16 † Et notandum est.quod per constitutum [a] vera possessio ac
a quiritur, licet modus acquirendi sit fictus: vt not. Bart.in l.ab emptione.circa fin.versi.vltimo aduertas supra de pact.& probatur in l.certe.§.i.ibi, proprie habere dicor. & Bart. ibi not. illum text.supra de preca.Et idem tradit Bart.in l.si his qui ꝓ emptore.col.pen.ff.de vsucap.cum simili.

a Constitutum. Late do.Andr. Tiraq. in tract. de constit. poss. & in tracta. le mort saisit le vif.

Et hoc fallit vbi corporalis traditio præcise requiritur, ꝗa tunc non sufficit constitutum, vt not. Bar. dicit in l. Titia.circa fin.ver.quid si do tibi fundum.supra de verb.obli.

Secundo ista conclusio procedit quando constitutum apponitur in cõtractu vero, secus si sit simulatus, vel sit suspicio fraudis, quia tunc vera & corporalis traditio requiritur. vt not. Bart.in l. post contractum.col. 3. versi.sed quid si venditor.supra de dona.& in l.emptor.supra de aqua plu.arcen.

17 † Item notandum est, ꝙ late constitutum non potest conferri post mortem constituentis: vt nota. Angel. dicit in l.quamuis, .§.j.ver. sed ex hoc dico supra de acqui.poss. Nam tali casu, dicit ipse constitutio precarij nihil operetur, quia confertur in tempus quo possessio defuncti erat penitus interrupta.l.cum hęredes.in princi. de aquirenda possessione & sequitur Alexand. in d.l.quamuis.§. j.vsier.item per istum text.& item Alex.in
b consil.lxxxii. perspectis his.col.iii. [b] lib.2.secus tamen est si conferatur in tempus mortis, vt in notabili casu tradit Oldrad. in consi.cxxxix.ad habendam aliqualem notitiam. in v.dubio.Et sequitur Alexan.in consi.lxxxiii.visa facti narratione colum.quarta lib.2. Et eodem modo si conferatur post mortẽ accidentaliter, vt quia constitutum factum sit sub conditionẽ quæ post mortem constituentis purificetur, valet constitutum quia condictio purificata retrotrahitur.vt Oldra.tradit in consi. præallega.cxxxix.in 3.dubio.

b Col.3.num.9 Anto. Negusan. tract. pig. fol.5.

18 †Et supradicta habent locum quando apparet de constitu-
c to in ipso instrumento si non apparet. non potest [c] illum notarius apponere virtute dictionis, &c.vt notabiliter concludit Alex.in consi.xxiij.viso & præhabito.lib.2.

c Non potest. infra eod.l.semper in stipulationibus.nu.15.

Ex suprascriptis infertur ad quotidianam quæstionem, ꝙ si res sit vendita vel donata duobus successiue diuersis temporibus, quo casu præfertur ille, cui prius rei traditio facta sit. l.quoties.C.de rei vendication. Nam sufficit quod traditio facta sit per constitutum, vnde primus emptor vel donatarius cui factum fuit constitutum. præfertur secundo cui postea reali traditio facta sit, vt tenet Gugli. de Cug.in d.l. quoties.quem refert,& sequitur Ioan.Andr. in addi.ad Spec.in tit.de empti. & vendi.§.sciendum.col.x.versicu. quod si res tradita non est in præsentia, in addit, incip.dubitatur, Et idem sequitur Bald.

in rub.

in rub. de contrahen. empt. in 16. q. Abb. in capitu. 2. colum. fin. de consue. & in consi. 91. quo ad primum dubium col. pen. lib. j. & idem Alexand. in consi. 14. circa primum dubium in fi. lib. j. & in consilio 25. viso testamento lib. 3. & idem Bal. in consi. 369. venditor constituit. lib. v. & Ange. in consi. 106. quædam mulier. Et ista conclusio est satis nota, sed pluribus modis vtiliter limitatur.

Primo, quando possessio tempore constituti erat penes [a] constituentem, alias secus vt not. Ange. in d. l. quamuis. §. si conductor. & Alexand. ibi in fin. sequitur, & post Ange. Admonet aduocatum eius qui agit virtute constituti, vt debeat probare constituentem possidere tempore constituti, & idem Ange. dicit in l. secunda circa fin. C. de acquiren. possessio, & in l. quædã mulier colum. prima versic. attende tamen de rei vendi. & Bal. in l. prima colum. j. quando lic. ab. emptio. discedere & idem consi. x. visu processu. libro quarto hoc fallit in antiquis, vt Socinus scribit in consi. clxxxvij. in controuersia. col. 4. versi. tertio probatur. Et non sufficit quod constituens detineret vt not. Bald. in rub. de contrah. empt. quæstio. xvj.

a Penes Adde And. Tiraquel. in tract. de iure constit. poss. in 2. parte j. limi. nu. 2. Ziletus.

19 † Secundo, fallit quando primus emptor non soluisset pretium, nec habita fuisset fides de pretio, quia tali casu vera traditio non transfert dominium. §. venditæ instit. de rerum diuis. A fortiori ergo nec ista, quæ inducitur per constitutum, vt not. Bald. in dicta rubric. de contrahen. emptio. in decimasexta quæstio.

Tertio conclusio prædicta intelligitur quando res certa sit quam quis constituat se possidere; secus si incerta sit, quia propter incertitudinem constitutum nihil operatur, vt not. Barto. in l. tertia. §. incertam supra de acquiren. possession. & idem no. Ange. in l. qui de tota. §. incertæ. ff. de rei vendic. versi. & ideo, vbi inquit quod si venderem vel donarem quicquid habeo in tali fundo, & constituam me precario nomine possidere, non transfertur possessio propter incertitudinem. Et ad hoc bene facit quod not. Bart. in consilio vente simoquarto. Petrus vendidit, vbi inquit, quod si venditio facta sit ad mensuram, quo casu ante mensuram non est perfecta venditio. l. quod sæpe. §. in his supra de contrahen. emption. vnde tali casu constitutum nihil operatur: & secundus emptor cui facta est venditio, & traditio, debet primo præferri: vt concludit Bart. in consilio præalleg. & ista videtur quarta limitatio ad conclusionem supra factam.

20 † Quinto limitatur conclusio supradicta quando constitutum fuit factum præsenti, secus vero si absenti factum sit, quia tunc possessio non transfertur antequam ille ratificet [b] vt not. concludit Alexandr. in l. quod meo in principio colum. secunda versic. item istud quod hic dicitur supra de acquiren. posses. vbi limitando illum text. dicit, quod intelligitur quando erat

b Ratificet Bertran. consi. 304. donatio, li. iii.

præsens

præsens ille cuius nomine sit constitutum. Nam tunc in illum per constitutum possessio transfertur, secus si quis constituat se possidere pro absente, quia illi non acquiritur possessio antequā ratum habeat. l. si communis seruus. §. j. de acquiren. posses. facit text. in l. si ego supra de nego. gest. Et ideo dicit Anto. de But. in capitu. cum venissent. in fi. de restitu. spolia. ꝙ si ille pro quo absente fuit factum constitutum expellatur de possessione ante-
a quam ratum habeat, non competit sibi remedium [a] recuperandæ possessionis, quia ante ratificationem possessio acquisita nō fuit. Et si nunc ratificaret, post spoliationem non admitteretur ratificatio, quo non esset facta congruo tempore, videlicet tempore quo constituens possideret, quia iam erat perdita possessio. argu. l. bonorum. supra rem ratam habe. Et hoc allegat Ant. de Butr. in dicto capitu. cum venissent. decisionem dominorum de Rota in decisione. 145. incipt. item licet amicus & reperitur in nouis in decisione. 150. & sequitur Alex. in l. quod meo col. secunda quia ratificatio debet fieri re integra. vt not. Baro. in dicta l. si vxor. §. si quis plane vxore supra de adulte. vbi inquit,
21 † quod ab aliquo fuit facta pax pro se & adherentibus suis sub
b pœna, & vnus ex adherentibus offensus fuit antequam ratum [b] haberet, quod licet postea ratificet pœna non committitur arg. dicta lege bonorum, sic in proposito constitutū factum pro primo emptore vel donatario absente non potest ratificari, si ante eius ratificationem facta sit venditio & traditio secundo emptori vel donatorio.

Et ampliatur singulariter ista limitatio etiam si notarius stipulatus sit pro illo absente pro quo factum fuit constitutum, vt
c singu. tradit Paul. [c] de Castr. in consilio 195. visis in his quæ narrantur, & plane allegata sunt in secundo dubio versiculo
22 secundo videndum est, vbi ponit quæstionem † de donatione facta absente, pro quo notarius illam recipit & stipulatus fuit. & ante ratificationem absentis fuit alteri facta donatio de eisdem bonis, concludit quod ante ratificationem non fuit ius quæsitum primo donatario per reg. l. si ego. de negotium gestorum & allega. §. generaliter authenti. quib. mod. natu. effic. sui. Et quia speciale est in mutuo, vt alteri per alterum etiam ignoranti actio acquiratur. l. certi conditio. §. si nummos, supra si cer. petat. Non obstante stipulatio notarij, quia dicit ibi Paul. de Castr. quod stipulatio notarij non facit quod absenti ius acqui-
d ratur, nisi secus ratificatione [d] Solum enim operatur vt sequuta ratificatione vtilis actio sine cessione acquiratur, quod non esset in alio quam notario, qui si stipuletur nomine absentis etiam sequuta ratificatione actio illi non acquiritur sine cessione, vt latius prosequitur Paul. de Castr. dicto consilio. Et ibi ad propositum concludit, quod ratificatio non potest fieri in præiudicium secundi donatarij cui medio tempore ius quæsitum

a Remedium. idē Alex. consi. cx. nu. 3. libr. ij. consi. 167. nu. 3. libr. 6.

b Ratum. Vide eundem in reg. semper qui non prohibet infra eod.

c Paul. consil. 195. lib. 2.

d Ratificatione. Idē Bertran. consil. 116. visa consul. in fi. cōs. 305. donatio libro. 3. Alci. Parer. lib. 3. ca. 17. fa. Ba. l. 4. §. hoc aūt iudicium colū. 2. de dam. infec. Tamen cōtraria opi. de iure erat verior & cōis quā tenet Alexā. cōsi. 31. nu. 6. consil. 175. nu. 7. lib. v. consil. 53. nu. 4. li. 7. Guid. Pap. deci. Delphi. 49 & ipse Deci. infra eo. tit. l. quo tutela in fi. Sed opi. Dec. hic cōfirmata fuit noua constitutione regia. 1539 §. 133.

ſitum fuit, quia illi fuit res donata & tradita.allegat.l.ſi ego.§. ſi res.ff.de iur.dot. & not. in l.ſi indebitum.§.j.ff. rem rat.hab. Et hoc idem tradit Paul.de Caſtr.in conſi.clxj. in caſu præſenti, viſis omnibus libro ſecundo. Et id quod dictum eſt de notario etiam tenet Bald. in l.nec ei.§. ſatiſdatio. circa fin.verſicu. ſexto quæro ſupra de adop.vbi quærit, † notarius recipit pacẽ 23
pro abſente intra terminum, nunquid poſt terminum ratificari poſsit? Et videtur primo quod ſic, & notario quid alteri acquirit. Contrarium concludit, quia non obſtante ſtipulatione notarij ratificatio requiritur ante terminum. & ſic Baldum tenet quod non obſtante ſtipulatione notarij ratificatio neceſſaria ſit, ſecundum prædicta, alias conſului Lugduni [a] in quadã donatione facta per magiſtrum Ioannẽ de Arbendo notarium, filiæ ſuæ Margaritę abſenti.

Sexto limitatur nõ habere locum in primo emptore, vel donatorio cui factum ſit conſtitutum ſub conditione, quia licet purificata conditione conditio retrotrahatur, vt no.Old.in conſtituto, in conſi.cxxxix. ſupra alleg.in iij.dubio. Tamen [b] ſi ante euentum conditionis res pro qua fuit factum conſtitutum alteri vendita ſit, & donata, & tradita, illi ius quæſitum videtur quod tolli non poteſt, licet prima conditio conſtituti primi emptori vel donatarij purificata ſit, quia illa conditio non trahitur retro in præiudicium ſecundi emptoris vel donatarij, quia extremum a quo non eſt habile, iuxta not.per Barto.in l.ſi is qui pro emptore.colum.quarta verſicu. idem ſi ęſtimabile extremũ a quo ſupra de vſu, alleg.l. bonorum ſupre rem rat.habe, vbi ſi ille actus qui ratificatur non poteſt ſecundum veritatem fieri tẽpore ratificationis, illa ratificatio non trahitur retro, quia extremum a quo, non eſt habile. [c] Et idem probatur in lege neceſſaria.§.quod ſi pendente, ſupra de peri. & commo.rei vendi. vbi ſi conditio venditionis extitit te perempta, conditio non retrotrahitur, quia extremum a quo, non eſt habile. & ita in propoſito videtur quia tempore purificatæ cõditionis illa clauſula conſtituti non potuiſſet poſſeſsionem transferre: quia non erat apud venditorem, & hoc idem notat Bartol.in l.quoties. in fin.ſupra de noua. & Alexand.in conſilio venteſimoſecundo viſo teſtamento.colum.ſecunda lib.tertio & quia ad hoc vt ratihabitio vel cõditio trahatur retro, requiritur quod res ſit ĩ eodem ſtatu. vt not. tradit Bartol.in l.ſi vxor.§. ſi quis vxorem. verſicu.vel aliter. ſupra de adulte.& Alexand. in dicta l.quod meo.in prin.colum.ſecunda, & in conſi.lxxvij.viſo,colum.pe. lib.v.& Corne.in conſi.cx.in iudicio diuiſorio,colum.pen.lib. ſecundo & ad idem dicit quod not.Bart. in l.res aliena in prin. ſupra de pigno.actio.vbi concludit, † quod ratificatio domini 24
facta de obligatione rei ſuo per alium facta, eius nomine non præiudicat illi cui dominus ante ratificationem rem vendi-

dit vel

a Lugduni.Cõſil.226.idẽ conſil.237.cõſ.432

b Tamen. Fa. Alex.in conſil. 142.nu.3.conſi. 238.nu.4.lib.6. Sic non valet quando confertur in tẽpus quo conſtituens non poſsidebit puta p' mortẽ Alex. conſ. 81.col.iij. libr.ij. Bertran. conſi. 315. quoniam Andr.lib. ij.licet cõtra facit Matth. Afflict deciſ.Neapo.52,col.iij.

c Habile. Corneus conſi.163. colũ. pen.lib.ij. Dec.conſil.450 l.fin. licet Soci. in fin.nu.6.et ſi ex noxali cau. aga.

dit vel obligauit, & facit quod not. Abb. post Anto. de But. in dicto cap. cum venissent. col. ij. de resti. spolia. & quod no. Paul. de Cast. in consi. cxcvij. cum simi. in præsenti limitatione. supra alleg. Et ita alias consului in ciuitate Auinionensi pro magnifico barone Dales.

Vltimo, conclusio supradicta limitatur procedere stante primo contractu venditionis valido, secus si nullus fuisset, quia cõstitutum in contractu nullo nihil operatur, vt not. Bald. in l. ex testamento. C. de fideicommis. dicens, quod si non valet principale, consequenter non valet præcarium eius accessorium. Et idem not. Bald. in capitu. secundo de feu. dato in vic. legis cõmis. & sequitur Alexand. in l. j. §. si vir. & l. quod meo in prin. supra de acquiren. possessio. & latius idem Alexand. in consilio lxxxj. lecto & dicusso. colum. quarta libro tertio. Et hoc bene procedit in ista possessione quæ a iure per constitutum transfertur, quia pariter potest a iure anullari, secus est in possessione reali, quæ in facto consistit, quia illa transfertur licet cõtractus principalis sit nullus. l. prima. §. fina. supra de acquiren. possessio. vbi Paul. de Castr. ita dicit & declarat. Et hæc satis sint de constituto.

25 † Tertio, noto ibi dolum, & culpam quod in pluribus contractibus hic enumeratis venit non solum dolus, sed etiam culpa. Et de leui intelligitur, quia sub nomine culpe, quando profertur a lege de leui intelligitur [a] vt not. Bal. in authen. quod locum in secunda quæstio. infra de colla. alleg. l. si cum venderet. §. fin. supra de pignor. actio. & not. per gloss. l. in venditione. §. de tempore in verbo. ex culpa. & Barto. ibi in vltimo notabili supra de bonis autorit. iudic. poss. & facit gloss. in. §. præterea. in versicu. culpæ. instit. quibus modis re contrahitur oblig. & in l. filiusfamilias. §. marito in versic. culpa. ff. solut. matrimo. & not. Bald. in l. acceptam. in sexta colum. C. de vsu. Et hoc intelligitur nisi secundum subiectam materiam esset aliud dicẽdum quia tunc culpa intelligitur secundum subiectam materiam vt not. Bald. in l. quæ fortuitis. colum. tertia versicu. sed dubitatur. C. de pigno. actio. cum simi. vt per Alexan. in l. si mora. col. quinta super soluto matri.

26 Hoc tamen non haberet locum in testibus, quia si deponunt de culpa in contractu gratia vtriusque celebrato, non intelligitur de culpa leui secundum subiectam materiam, quia probatio non concludit, cum possit intelligi de leuissima culpa, vt not. Corne. Perusi. consi. cxviij. videtur prima facie colum. iij. lib. j. hoc ex eo videtur, quia probatio debet de necessitate concludere. c. in præsentia. de probatio. l. non hoc. C. vnde leg. Et ideo in testibus indefinita non æquipollet vniuersali, vt notat. Abb. post Innoc. in cap. auditis, de præscrip. Alexan. in consi. cx. visis acutissimis. lib. j.

[a] Intelligitur. Deci. l. in actionibus, col. 7. supra de in lit. iuran. Ias. l. si mora. colum. ij. sol. matri. Alexan. consil. 74. nu. 2. libr. vj.

I † Et

17 †Et discurrendo breuiter quomodo veniat culpa in contractibus[a] hic enumeratis. Primo in mandato. Conclusio sit quod similiter in mãdato mãdatarius[b] teneatur de dolo, lata, & leui culpa tex. hic declarando vt dixi facit tex. in l. si procuratorem .§.fi.supra mand.in l.in re mandata.in fi.C.manda. Et ista conclusio videtur procedere in mandato quod mediocrem diligentiam videtur requirere, vt emere aliquid, vel negotia gerere. Secus est in mandato in quo maxima diligentia requiritur, vt in mandato ad lites,[c] quia tunc procurator de culpa etiam leuissima tenetur.l.a procuratore.C.manda. Et not.Dyn.in regu.contractus cum si.vt tractat Alexã.in consi.xlj.viso puncto.col.ij. lib.iij. Et ex hoc ibi infert, quod capitaneus galearum de leuissima culpa teneatur, quia tale negotium videtur exactissimam industriam requirere. Si vero in mandato continetur illud quod modicam aut nullam requirit industriam, vt in mandato facto fideiussori quod soluat vel alicui portet literas tunc solum mandatarius de dolo & lata culpa tenetur l.si fideiussor.in princi. & .§.primo supra mandati. Et ita adaptando iura supra alleg.concludit Bar.in l.quod Nerua col.pen.versi.ix.quæro supra mãd. & in l.eum qui §.fina.supra de furt. & sequitur Bald. in l.quæ fortuitis.in penulti.colum.versicu.iuxta hoc reuoco in dubium. C.de pigno.actio. Pau.de Cast.in l.in rebus.in prin.supra commoda.& Angel.Aret.in.§.mandatum.in fin.insti.manda.gloss. tamen in l.in re mandata.C.manda. in verbo exactio aliter distinguit, considerando cuius gratia factum sit mandatum. Sed gl. insti.mand.in.§.mandatum.versic. iusta causa non approbat dictam opinionem dicens, quod contractus mandati multum distat ab alijs contractibus. Et hoc patet ex eo quod supradictum est de procuratore ad iudicia qui etiam de leuissima culpa tenetur, tamen mandatum factum videtur gratia mandãtis. Et supradicta habẽt locum in actione mandati directa secus in contraria in qua venit leuissima culpa.l. si seruus communis.§. quod vero.in princip. & ibi. Bartol.supra de furtis. Et hoc limitatur & declaratur vt per Bald. in l.quæ fortuitis.colum.pe. C.de pigno. actio.

18 †Secundo dicitur hic de commodato, nam comodatum differt a præcario, quia præcarium conceditur ad voluntatem concedentis.l.j.supra de præcario.cap.fi.de præcar.& supradictum fuit. Sed commodatum fit ad certum vsum, & debet esse gratuitum.l. si rem tibi inspiciendam supra de præscriptis verb. item debet fieri cũ tempore expresso vel tacito. secus si concessio facta sit ad certum vsum indeterminatũ quia esset præcarium. vt no.Barto.in l.j.in prin.supra. de prçca.et in l.in commodato.§. sicut supra cõmodati.per l.Lucius.ff.de dona.& idem not.Bal. in l.Aquil.in opp.supra de dona.& idem no.Bal.in l.ij.C.commod. & Ang.Are.sequit in.§.sequens.col.iij.de insti.actionib.

†Et

a In cõtractibus. Vide Ias.l. domus.2.colũ.ff. lega.1.

b Mãdatarius. Quando mãdatarius teneat de leuissima culpa & quæ dicatur leuissima, & qñ de dolo vel lata culpa, vid Pau. de Castr.in l.in rebus.ff. cõmodati.Barto.in l. eum qui.§.si culpa.ff. de furtis.

c Lites.Lance. decis.l. cum res legata.§.itaq; si Stichus.col.fin. de leg.iij. ratio propter peritiã assertam ex eo quod idoneũ se profitetur ad id quod summã diligentiã reqrit.

Et commodatum non potest reuocari nisi vsu finito d.l. com modato.§.sicut in cap.i in fin.eo.titu.de commod.sufficit tamen quod tantum temporis elapsum sit quod potuerit commodatarius perficere vsum ad quem res fuit commodata. Et si non sit vsus etiam propter aliquod impedimentum, reuocatio non impeditur, vt not.Bart.post gloss.in dicta l.in commodato.§.sicut. Et in commodato quia gratia commodatarij communiter fieri solet.ideo de leuissima culpa regulariter commodatarius tenetur.§.item is cui.institu.quibus mod.re contrahi.obliga. & l.i. .§.is quoque.ff. de actio. & obliga.l. in rebus. in princi. l.si vt certo.§. nunc videndum. ff. commo. capitu. primo in principio de commo. Secus si gratia vtriusque dantis & recipientis factum sit commodatum, quia tunc solum de leui culpa obligatur.l.in rebus .§. hoc ita supra commod.l. si cum venderet.§. fin. supra de pignorat. actio. si vero tantum gratia commodantis factum sit commodatum, commodatarius solum de dolo & lata culpa tenetur dicta l.si vt certo.§. interdum supra commodati, & gloss. ibi ita distinguit, & latius tradit Bartol.in dicta l.quod Nerua.colum.fina.in versicu.decimosecundo quæro. & Bald.in l.quæ fortuitis, colum.penultim.C. de pigno.actio. Abb.in dicto capitulo primo columna secunda. Et ex prædictis

29 infert Bartol.in dicta l.quod Nerua.in loco præalleg.† non esse differentiam inter commodatum & depositum, data paritate terminorum; sed differentiam quam facit text.& in dicta l.si vt certo.§.nunc videndum.videtur procedere, considerato eo quod plerunque contingit; quia commodatum gratia commodatarij, & depositum communiter gratia deponentis fieri solet. Et propter hoc in dubio præsumitur quod rogatu commodatarij sit factum commodatum: vt not.Barto.in dicta l.si vt certo.§.interdum. & sequitur Ange. Aret.in dicto.§. item is cui. instit. quibus mod.re contrahi.obligat.vbi dicit, quod cautus sit ille qui agit contra commodatarium, vt dicat quo ipse commodatarius rogauit & petijt. Ista tamen cautela non videtur necessaria ex eo quod dictum est; quod rogatu commodatarij præsumitur factum commodatum. Et ad iudicandum cuius gratia contractus sit celebratus, debemus inspicere principale propositum, vt not. Bartol.in l.rogasti supra si certum petatur.

30 † Et ex supradictis infertur, quod si commodatarius vtatur re commodata ad vsum pro quo fuit commodata, & res deteriorata sit, non tenetur.l.fina.ff. commoda. Et si res commodata remittatur per nuntium idoneum communi opinion.& a casu perdita sit, non tenetur commodatarius. l.argentum supra commodat. Qui text.limitatur, & declaratur, vt dixi in capitu.significante.de appellatio.& tradunt Moder.in l.prima ff.de eo per quem factum est.

31 Tertio dicitur hic de venditore, † qui etiam ipse de dolo

& culpa tenetur, vt hic dicitur. Et de culpa leui intelligitur, cum gratia vtriusque contractus celebretur, vt concludit gl. per illum text. in. §. cum autem. insti. de contrahen. emptio. in versi. neque culpa & in l. custodiam. ff. de pericu. & cõmodo rei vend. & text. in d. l. si vt certo. §. non videndum. versi. sed vbi. Nam licet in re vendita periculum pertineat ad emptorem. d. §. cum autem. & in l. prima. C. de peri. & commod. rei vend. debet tamen venditor custodiam in re vendita præstare qualem bonus paterfamil. in rebus suis adhiberet l. quod sæpe. §. si res vendita. supra de contrahen. empt.

† Quarto, idem est in contractu pignoris, vt hic dicitur. Gratia enim vtriusque contractus pignoris celebratur, & ideo de dolo, lata & leui culpa creditor tenetur. §. creditor quoque institu. quib. mod. re contrahi. oblig. & d. l. si ut certo. §. nunc videndum versicu. sed vbi. & l. sicut. ibi glo. Bald. C. de pigno. & l. si cum venderet. §. fin. & ibi gloss. ff. de pignorat. actio. Et ista conclusio procedit in pignore conuentionali prout text. hic dicit, & iura supra allegata loquuntur. Secus est in pignore prætorio vel iudiciali in quo creditor [a] solum de lata culpa tenetur. l. prætor ait. §. est præterea. supra de bonis author. iud. pos. vbi text. expresse istam differentiam facit. Et not. Bart. in l. prima. ff. de pig. act. 32

[a] Creditor. Caue vt intelligas secundum hæc iura, videlicet i creditore misso non administrandum, sed inquietandum. Secus si creditori ipsi vel cuiuis committatur ad ministratio vel custodia totalis rei, quia tunc etiam de leui culpa tenetur.

† Quinto, dicitur hic de contractu locationis & conductionis, in quo vterque ad inuicem tenetur de dolo, lata, & leui culpa, vt hic, quia gratia vtriusque celebratur. d. l. si vt certo. §. nunc videndum. versi. sed vbi. At idem text. in l. in iudicio, C. loca. vbi glo. & §. qui pro vsu vbi gloss. insti. loca. 33

Hoc fallit in rebus quæ leuiter franguntur, in quibus venit etiam culpa leuissima. l. si merces. §. qui columnam vbi gloss. supra loca. & not. per gloss. in d. §. qui pro vsu.

Et ex prædictis infertur ad quæstionem quam ponit Bald. in consil. 219. incipien. Vannutius. lib. 1. quod † pro equo quem quis accepit ad vecturam si in itinere infirmatus sit, & conductor apud hospitem dimisit, & mortuus sit, non tenetur, quia de vitio naturali, nec de casu fortuito, nec etiam de leuissima culpa conductor tenetur, per supradicta. 34

Et similiter infertur ad gloss. in authen. de non alienan. §. scire autem. versic. fecit quæ dicit, † quod emphyteuta qui rem deteriorem fecit, tenetur quando talis deterioratio proueniat ex lata vel leui culpa, quia contractus gratia vtriusque celebratur. Et not. Bald. in authen. qui rem de sacrosan. ecclesi. C. in prima colum. versicu. tertio requiritur & tradit Alexand. in consi. cxviij. in casu de quo quæritur. colum. pen. lib. 5. 35

Similiter infertur ad quæstionem quam ponit Corneus Peru. in consilio ccxviij. pro dicto victurali. lib. quarto ibi, de victurali qui perdidit sacculum in quo erat argentum.

Sexto dicitur hic de dotisdatione, Nam etiam contractus dotis

36 dotis gratia vtriusque celebratur † ideo maritus de dolo, la-
a ta, & leui culpa tenetur, [a] vt hic, & in d.l.fin. vt certo §.nūc vi dendū.versi.sed vbi. & not.per glo.in l.si constante.§.si maritus.in verbo culpanda.in fine.& in l.si mora.in versi. culpa, supra sol.matri. Illo tamen casu tenetur de leuissima culpa.. videlicet quando in rebus suis esset diligentissimus, vt per gl. notab.in l.in rebus.C.de iure dot.in gloss.i.in fin.& Alexan. in l. etiam.§.licet.in princip.ff.solut.matrimoni. & ibi post Nicolaū de Neapoli dicit hoc modo posse limitari omnia iura dicentia quem teneri de dolo, lata, & leui culpa. Et ibi infert ad quæstionem de boue, quam ponit Bald.in leg.pignus. sed voluit allegare.l.quæ fortuitis.colum.quarta.versicu. sed iuxta prædicta quæritur.C.de pignori.actio. Eodem modo si esset leuissima culpa in faciendo, maritus teneatur quia cum de leui teneatur, vt supra dictum est, leuissima culpa.in facien-
b do [b] æquiparatur leui in non faciendo, vt per Bartol.in l. quod Nerua.in sexta quæstio.princ.versi.item quæro vtrum. supra depositi. Et ad hoc est glo.not.in l.si mora.& Alexan. ibi ff.sol.matri.

37 ¶ † Septimo etiam in tutela obligatur tutor de dolo, lata, & leui culpa, vt hic, & est tex.in l.quicquid.C.arbitr.tute. & in l.tutori.C.de nego.gest.in l.iiii.§.tutores.vbi gloss.in versi.in cōsideranter supra de suspec tuto.vt not.Bartol.in l.quod Nerua.col.penul.in x.q. Et ibi excipit duos casus in quib. tantum de lata culpa.tenetur.& tradit Bald.in l.quæ fortuitis colum. pen.C.de pign. Actio. Ang.Aret.in.§.actionum. colum.xxiiii. insti.de actio.& vide text.in l.ii.C.arbi.tut.in l.si tutor.supra de admini.tut.& Fulg.in consi.xxv.spectabilis miles. in fin. Et faciūt quæ dixi in consi.clxxviii.& in consi. cxcii.& in consi.cx.colum.fi. Et licet tutor de leui culpa teneatur, hæredes tamen eorum solum de lata culpa conueniri possunt l.i.& per totum.C.de hæred.tuto.

c ¶ Successiue octauo dicitur de actione [c] negotiorum gestorum,
38 † in qua etiam regulariter venit dolus, lata, & leuis culpa.l. tutori.C.de neg.gest. Et per illum textum hanc regulam facit gloss.in l.iii.§.interdum.supra de negotijs gestis.& §.sunt autem.institu.de oblig. quæ ex quasi contract. Et licet iste qui alterius negotia gerit videatur se ingerere, tamen regulariter de leuissima culpa non tenetur, vt facilius homines inducantur ad gerendum negotia absentium quæ perirent, vt not.Bar. in d.l.quod Nerua.col.fi.in ix.col.

¶ Et considerandum est, quod ista actio negotiorum gestorum numeratur inter contractus, qui gratia vtriusque celebrantur quod ex eo fieri videtur, quia cum sponte quis veniat ad negotia alterius, illa oblatio facit quod etiam eius gratia contractus videtur celebrari.argumen.leg.j.§.sæpe supra depositi. Merito ergo tenetur de leui culpa: quia in contractib.

a Tenetur. Ad de Bar.in l.quæ fortuitis.fin.col. Doc.l.si mora solut.matri.

b Faciendo Ancha. Phil.Fran. c.inquisitionis. in fi. de hęred. Cur. Iunior.l. vnica.colum.8. nu.23.C.defen. quæ pro eo,qd inter.Ias.Deci. auth. qui rē.C. de sac. san.eccl. Dec.l.fin.col.3. C. de pact.l. actione in fi. C. de trāsa. consi. 192.

c Actio. Vide Bal.in d.l.quæ foruitis,penul. colum.

bonefidæi qui gratia vtriusque celebrantur. quis tantum de leui tenetur, l. si seruus. §. cum quid. de leg. j. limitatur tamen ista conclusio. vt per gloss in d. l. iii. §. interdum. de nego. gest. & Bar. ibi sequitur. & in d. l. quod Nerua. col. fi. Et Ange. Aret. in §. actionum. col. xviij. versi. quæro de quo tenetur gestor. in stit. de actionibus.

a Societate. Ad de Bal. d. l. quæ fortuitis, fina. col.

¶ Nono dicitur hic de societate. [a] † Nam in tali contractu etiam dolus & culpa præstatur, vt hic dicitur: de leui culpa intelligitur, quia gratia vtriusque celebratur. l. si vt certo. §. nunc videndum. versi. sed vbi. & ad idem text. in. §. fin. insti tu. pro socio, & in l. socius socio. & in l. cum duobus. §. i. supra pro socio, & tradit Alexan. in consi. xlvii: circa primum. colum. v. lib. j. Et prædicta conclusio procedit, nisi socius in suis rebus negligens esset; quia sufficit illam adhibere diligentiam quam in rebus propriis præstare solet; vt dicitur in dicta l. socius socio & d. l. fina. institut. pro socio. Et notat Alexan. in consil. cii. super primo, colum. quinta libr. secundo. Et hoc declaratur vt per gloss. in dicta l. cum duobus. l i. in versi. venit. quam pro notabili sequitur Angel. Areti. in. §. fina. insti tut. pro. socio. 39

¶ Et ex prædictis infertur, quod cum socius teneatur de leui culpa, tenetur de furto. l. cum duob. §. damna. ff. pro socio. not. Bald. in l. si creditor. C. de pign. actio. & Corneus Peru. in cons. 308. pro dicto victurali. col. iij. lib. iij.

¶ † Decimo & vltimo dicitur hic de rerũ cõmunione, in qua etiam dolus lata & leuis culpa consideratur, vt hic, & in l. hæres. §. non tantum. in l. & puto. §. sed & si supra famil. ercíscun. Est tamen notandum quod leuis culpa in rebus communibus aliter consideratur, quam in rebus alienis: quia in alienis diligentia requiritur quam diligens pater familias prestare solet. l. si cum vendere. §. si. cum l. sequenti, supra de pigno. actio. & l. si procurator. ff. ad l. Aquil sed in rebus communibus sufficit talem præstare diligentiam qualem in suis rebus adhibere solet. d. l. heredes. §. non tantum. & ita declarat Bartol. in l. quod Nerua. col. ix. versi. ad primum. & ver. ad secundum. Et idem in l. j. ff. de sol. col. ii. vbi etiam limitat quod dictum est de reb. alienis, nisi committatur res arbitrio recipientis: quia tunc illa verba important vt faciat illud quod in rebus suis faceret, per illum tex. ibi cum glo. & no. Bal. in l. prima in ij. opp. C. de his quæ pœnæ no. cum simil. vt tradit Alexan. in consi. cii. super i. col. iij. lib. ii. 40

¶ † Quarto principaliter noto, valere conuentionem contra naturam contractus, vt quis in plus vel minus teneatur, quam de iure obligatus sit; quia contractus ex conuentione legem accipiunt, vt hic dicitur. & in regula contractus. eodem titul. in vi. l. j. §. si conuenerit. & §. sępe supra deposi. in leg. pacisci. supra de pact. 41

¶ Et

Et ista conclusio procedit quando natura contractus solum alteratur, secus si mutetur illud, quod esset de substantia contractus quia tunc conuentio non valet. l. cum precario. supra de preca. facit text. in l. secunda supra de vsufru. earum rerum quæ vsu consu. & l. per seruum. §. denique. C. de vsu, & hab. in l. pacta conuenta. ff. de contrahend. emptio. in l. cum mansueta. eod. titu. Et hoc intelligitur, nisi conuentio posset in aliam dispositionem transire, quia tunc illa conuentio quæ non valet prout agi videbatur, in aliam dispositionem transfertur, quando verba conueniunt & hoc patiuntur l. vbi ita donatur, supra de donatio. causa mortis. vbi Bartolus declarat.

42 †Quinto noto quod dolus per pactum remitti non potest. idem dicitur in l. j. §. si conueniatur. versi. illud. supra depositi. in l. si vnus. §. illud. supra de pactis. l. in commodato. in princip. commod. & rationem text. hic adducit, quia hoc bonæ fidei iudicio contrarium est, ista tamen ratio non videtur generalis, quia idem videtur in contractu stricti iuris. l. si quis cum aliter. de verbo. obli. l. dolo. C. de inut. stipul. Et ideo illa ratio esse videtur, ne detur occasio delinquendi.[a] l. conuenire. supra de pacto dotal. Et ista ratione, quia dolus remitti non potest, in generali remissione vel liberatione facta alicui, non venit dolus[b] l. non solum, la secunda. §. fin. l. Aurelio. §. Caius. supra de libe. leg. & l. si seruus vetitus. de leg. j. quidam decedens. in prin. supra de admi. tut. vbi Barto. cum similib. vt tradit Alexander in consilio. lxij. seuerissimus. libr. iiij. & in consil. clxiiij. præsupposito primo. libr. v. & idem Ange. in consil. clxiiij. reuocatur in dubium. & in consi. cxxiiij. filius Tugonis, & Bald. in consi. 50. in causa præsenti, in princip. lib. primo secundum formam nouam, vbi inquit quod in nulla latitudine potestatis dolus includitur. l. creditor. §. Lucius. supra mand. Et idem not. Fulgo. in consi. liij. nobilis vir. Et de hoc late dixi in consilio cxcij. vbi hoc limitatur, & declaratur, & consilio cxcij. vbi videndum est.

43 †Et licet dolus remitti non possit, lata culpa tamen remitti potest, ut nota. in d. regula, contractus. eod. titu. in vj. facit tex. in l. si vt certo. §. interdum. ff. commod. Et nota. Alexand. in l. si mora. colum. j. supra solut. matr. Et idem Fulgo. dicit in consi. xxv. spectabilis miles col. penul. alleg. istum tex. qui de dolo loquitur.

Posset tamen responderi, quod idem sit in lata culpa quæ dolo[c] æquiparatur, adeo quod si dicatur de dolo tantum lata culpa non excluditur. l. j. §. j. ff. si mens. fal. mo. dix. nisi dicamus quod remissio doli est contra bonam fidem, vt dicitur in lege. si conueniatur. ff. depositi. Et ista ratio non videtur habere locum in lata culpa quæ simplicitate & quadam fatuitate procedit, vt nota. Barto. in l. quod Nerua. in diffinitio-

a Delinquēdi Vide Bal. in l. sic cum antea. C. de arbit. & in l. fin. de contrahend. emp. Hie. Cucha.

b Dolus. Vide glo. & docto. l. transactio. C. de transact. & in l. si vnus. §. illud. de pact. Bal. in l. aduersus. C. de excep. Bart. in l. Pompo. in 9. col. de nego. gest. H. C.

c Dolo. Vide istam regulam per Soci. in suo tract. fallen. in reg. 115. H. C.

ne latæ culpæ. Et per glo. §. pen. insti. quib. mod. re contrahi. oblig. Et ad hoc facit, quia lata culpa videtur dolus præsumptus l. quod Nerua supra depositi qui quidem dolus præsumptus remitti [a] potest, vt tenet Anto. de But. in cap. fraternitatis colum. 2 versicu. fallit quarto de testi. Et Feli. ibi sequitur, col 3. Cõtrarium tamen voluit Pau. de Cast. in d. l. si vnus §. illud supra de pactis per tex. in l. quod Nerua. † Et ad hoc facit quia 44 licet minor restituatur aduersus dolum præsumptum, vt per glo. in l. vbi exigitur. ff. de edendo. hoc non habet locum in dolo præsumpto de futuro, vt no. Bart. in d. l. vbi per l. auxilium in prin. supra de minor. vbi Barto. & idem Barto. in l. j. §. nuntiatio de op. no. nun. cum si, vt tradit ibi Alexand. Concordari possunt, si dicamus quod dolus præsumptus de futuro remitti possit, quando in non faciendo consistit, vt in tutore qui non fecit inuentarium vt dixi in consi. 178. supra alleg. [b] Et ista opin. Anto. de But. intelligitur, si dolus præsumptus in faciendo consistat, remitti non possit. Et tali casu dictum Paul. de Cast. procedat per rationes quæ habentur in consi. præalleg.

Item quod dicitur hic de dolo, intelligitur de dolo futuro secus est in dolo præterito, qui remitti potest [c] vt per glos. & doc. in d. l. si vnus. §. illud supra de pac. Et no. Barto. in l. quidam decedens in prin. supra de admi. tut.

Vltimo, conclusio supra facta procedit si dolus expresse remittatur, prout iura supra alle. loquuntur. † Tacite vero etiam 45 dolus de futuro remitti potest secundum glo. in d. l. si vnus. §. illud per illum tex. in versi. quamuis Et idem glo. in l. iurisgentiũ. §. sed & si quis paciscatur supra de pactis. Pau. de Cast. & Mo. in d. §. illud reprobant istum intellectum. Et dicitur, quod nec etiam tacite remitti potest, quia text. dicit, nulla pactione, & sic expressa nec tacita. Et quia subest eadem ratio, ne detur materia delinquendi, ad. §. quamuis respondetur quod in dolo de præterito intelligitur.

Sed certe opin. glo. videtur aperte probari in d. §. illud quam vbi tex. aduersatiue loquitur ad illud quod supra proxime dixit, de dolo vnde in eodem casu intelligitur, & sic in dolo de futuro vt bene aduersetur. Et non est nouum, quod aliquid permittatur tacite fieri quod expresse prohibeatur, vt patet in iuramento calumniæ quod tacite remitti potest quamuis expresse non possit cap. j. de iura. cal. in 6. l. 3. §. sed quia veremur. C. de iura. calum.

Non obst. tex. qui dicit, nulla pactio, quia de pacto expresso intelligitur, quia tacitum pactum non est pactum proprie, vt Host. de pact. in princi. in diffinitione & dixi in rubrica. C. de pactis.

Vltimo noto regulam, † quod debitor speciei ex natura con 46 tractus de casu fortuito non tenetur, ad idem text. in l. in reb. in prin. supra commod. in l. quæ fortuitis C. de pigno. act. in l. j. C.

a Remitti Tacite nõ expresse Bald. l. j. in fi. C. de vsufr. Alciat. l. actione. ver. specialiter C. de transact. adde Hippol. Marsil. singu. 289.

b All. & cons. 418. col. fi.

c Potest, vide Bald. in l. cum necessitatem C. de fideicom.

§. C. depos. in l. 2. §. si eo tempore supra de admi. rer. ad ciui. perti. & l. si res pupillaris supra de admin. tut. vbi glo. limitauit hoc tripliciter. Et pro illa glo. est text. in c. ij. de depo.

Primo, enim limitatur, nisi debitor sit in mora quia tunc periculum casus fortuiti ad eum pertinet l. quod te, supra si cert. peta. l. si ex legati. causa. de verbo. oblig. cum simi. Et hoc etiã habet locum in mora irregulari. l. merito. la. j. §. certissime supra de vi & vi arm. & nota. Bald. in consilio 83. sunt quidam libr. primo.

47 † Secundo fallit, quando culpa præcedit casum, quia tunc etiam debitor de casu tenetur. §. item is cui in fin. inst. quib. mod. re contrah. oblig. ibi, si modo non ipsius culpa is casus interuenit. Et tex. in l. in rebus supra commod. cum simi. vt tradit Roma. in consi. 9. quod pars condemnata. Et hoc procedit quando culpa est ordinata ad casum, vt in iurib. præallegat. secus si culpa nõ fuit ordinata ad casum. quia tunc de casu is non tenetur, licet in culpa fuerit l. si is qui supra de actio. & oblig. l. 1. fin. §. si ea conditione supra ad legem Rhod. de iact. & l. si alius. §. etiam autem supra quod vi aut clam & nota. Barto. l. si vt certo. §. interdum vbi latius hoc declarat, supra commod.

48 † Tertio fallit, quando quis pro casu fortuito se obligauit l. j. C. depo. l. negotium. C. de neg. gest. & in c. 2 de depo. & nota Barto. in l. sed & si quis. §. quæsitum, col. fin. supra si quis caut. vbi post glo. ibi tenet, quod sufficit si quis dicat in se suscipere periculum casus fortuiti, & tenetur de omni casu l. quæ fortuitis C. de pig. act & l. si quis fundum in prin. ff. loca. & d. c. ij. de deposi. vbi Abb.

Et idem Barto. per illum tex. in l. Titius in prin. supra de li. & posth. cum simi. vt tradit ibi Alex. qui dicit illam esse communem opi. ista tamen aliorem postularent indaginem, ideo videndum est in d. l. sed si quis. §. quæsitum quia in singulis insistere longum esset, Et ex his lex ista expedita sit.

## In l. Quatenus. Argumenta.

1 *Interesse quotuplex, & quale vnumquodque.*
2 *Interesse alicuius quantũ sit nõ in iure sed in facto cõsistit.*
3 *Statuta & consuetudines loci particularis facti sunt, & in facto consistunt.*
4 *Interesse nõ iniuste tunc, petitur cum factum fieri denegat.*
5 *Interesse qualiter probari possit.*
6 *Testis interesse probando adhibitus, rationem dicti adducere debet etiam non rogatus.*

Testis

7 *Testis dicens quam quid in sui defensionem fecisse, non tenetur dicti sui rationem allegare.*

8 *Testis quando dicatur affectione moueri, & quando non. Probatio concludens esse debet.*

## REGVLA XXIIII.

QVATENVS *cuiusque intersit, in facto non in iure consistit.*

¶Quatenus, id est quantum l. si vnus. §. pacta. l. si quis crediderit, supra de pact. & in l. grege. §. pignori supra de pigno. act.

† Et cum interesse secundum communem opin. sit triplex, 1
Commune, singulare, & conuentum, vt per glo. in l. j. supra de act. emp. in ver. interest. & l. libertas infra eo. in fi. & l. j. in gl. j. C. de sent. quæ pro eo quod interest profer. dictum huius regulæ in qualibet specie videtur procedere. Nam si agatur de interesse singulari quod consideratur ex eo quod fundus sit vicinus l. si cui in fi. de le. 2. vel ex eo quod res fuerit maiorum suorum l. si emptione. ff. de mino. in facto hoc consistit, vt hic dicitur. Eodem modo si agatur de interesse communi quod est communiter æstimatum, ita quod vnicuique tantum valet l. pretia rerum supra ad leg. Falcid. l. si seruum supra ad l. Aquil. hoc etiam in facto consistit, similiter si agatur de interesse conuento, quia pendet a conuentione & contractu. l. fi. supra de præt. stip. etiã illud dicitur in facto consistere, quia contractus facti sunt l. con sil. in fin. supra de cura. furio.

Sic ergo quantum sit alicuius interesse, in facto & non in iure consistit. Sic etiam quæstio facti est, si quæratur quousque videatur permissum administrare peculium, vt dicitur in l. j. §. j. supra quæ res pigno. Et quæstio facti etiam dicitur in l. insusulam, quæ res pig. obligat. pos. Et quæstio facti est potius, quã iuris, qui prior natus sit l. idem Mæuius. in fin. supra de statu. hom. l. Herennius infra de verb. signifi.

Sic etiam statutum vel consuetudo loci particularis dicitur esse facti, & in facto consistit, vt dicit tex. in c. j. de constit. in 6. & etiam quæ pendent ab animo in facto consistunt. l. bonæfidei supra de acq. rer. dom. Et ista quæ in facto consistunt debent probari, quia non præsumuntur l. in bello. §. factæ supra de capt. cap. cum in iure. de off. dele. l. prima. C. de prob. l. asseueratio. C. de non nu. pec. Et hoc modo arguit Bald. in rub. C. de fid. instru. col. iij. & Abb. in cõsi. 37. circa primum col. j. lib. 2. & consi. 76. super eo. lib. ij. cum si. vnde videndum est de duobus. Primo qualiter interesse petatur. Secũdo qualiter pbet.

Circa

4 ¶ † Circa primum tutior modus, quod petatur factum fieri. Et si factum non fuerit. petatur interesse succesiue. vt Bart. concludit in l. stipulationes non diuiduntur col. penul. vers. tertius modus est & gloss. quæ hoc dicit in l. ii. §. item si in facto in gloss. i. de verb. obli. & no. Bal. in l. si pacto quo pœnam. in fin. versi. vltimo quero supra de pact. vbi dicit aptissime formari libellum si dicatur, peto quod principaliter promisisti: & si non solues, peto pœnam & idem Bal. in l. i. colum. fi. C. de sen. quæ pro eo quod interest & in consi. cxc. allegationes in iiii. libr. & idem glo. in l. i. supra de actio. emp. in glo. magna. & Bart. ibidem sequitur versi. tertia practica est. Et idem tenet Cy. in l. si traditio. ver. secundo quæritur. C. de action. empt. & Bal. ibi in princi. ver. item potest col. i. & sequitur Petr. de Ferra. in eius practica Papiensi, in libello de actione reali. ver. pro florenis decem pro omni damno & interesse colum. iii.

5 ¶ † Circa secundum de probatione interesse, dicit Bartol. in l. ii. circa fi. C. de rescinden. vend. quod talis probatio interesse est difficilis: & in tali probatione interesse debet iudex habe-
a re æquitatem ante oculos, & etiam ex coniecturis[a] probari potest: vt dicit Bal. in consi. 170. ad euidentiam col. ii. lib. i.
b Et in probatione interesse non defertur iuramentum[b] in defectum probationis, secundum Bal. in l. i. in fi. de senten. quæ pro eo quod inter. Et primo de interesse communi videndum est quomodo probetur testibus. Secundo de singulari. Tertio de conuento.

¶ Circa primum, interesse commune referri videtur ad communem rei æstimationem & ad communem rei valorem: vt not. Bald. in d. l. i. col. ii. de sen. quæ pro eo quod interest & facit text. in l. pe. ex qui. cau. in poss. eatur in l. si vendidero. §. i. ff. de furt. in l. i. ff. de his qui a non domino manu.

6 † Et testis in probando interesse debet rationem dicti sui allegare etiam non interrogatus; vt not Bartol. in tracta. de testi. col. i. versi. testis dixit aliquem esse dominum in fin. vbi inquit, quod si testis dicat fundum valere decem, non probat,
c nisi rationem[c] adducat, quamuis non sit interrogatus. Et not. Abb. post alios quos ibi refert in c. cum causa col. ii. versicu. sed dubitatur de testib. & idem Bald. in l. fin. C. de iur. do. impe. & l. i. col. viii. versi. vii. quæro de sen. quæ pro eo quod interest. profer. Alex. post Pau. de Cast. in l. prætia rerum colum. fin. supra ad legem Falc. & idem Alex. in l. i. in prin. ad fin. supra de ope. no. nun. facit quod not. Innoc. in c. cum causam de testi. Bar. in l. solam. C. de testa. cū si. Et ista cōclusio procedit in æstimatione domus vel fundi, quia talis æstimatio intellectu potius quā sensu corporis colligitur. Secus in æstimatione frumenti victualiū, & in similibus rebus in quibus non est opus magno discursu ideo dictum testis bene probat absq; alia rōne si non fuit interrogatus; vt no. Barto. in d. tracta. in loco supra alleg.

a Coniecturis. Bald. l. si traditio. C. de actio. empti.

b Iuramentum Idē Iaf. §. curare. col. fi. nu. 59. instit. de actio. sed cōtrarium verius, vt expressim Bal. cō si. incipien. proponitur ad fin. quod est consi. ccxii. li. i. secundum veterem, & cōsi. cccxlv. lib. ii. secundum nouam impressionem, & Pyrrhus hic col. v.

c Rationem. Ber. consi. cclvi. multa sunt, col. fin. lib. iii.

alleg.& idē Bal.dicit in l.solam.col.fi.ver.quæro nunquid.C. de test. Et ad hoc facit quod not.Bal.in d.l.solam col.fi.versi. solum hic quæritur.vbi tenet † ꝙ testis qui deponit aliquem fe- 7 cisse ad sui defensionem [a] probat: licet rationem non adducat: a quia modico discursu intellectus hoc percipi non pōt per coactionem loci,& temporis.alleg.Bar.in consi.lviii.sed reperitur in consi.cviii.quidam Masiolus.vbi Bar.hoc dicit.& sequitur Alexa.in consi.cxix.visis.col.fi.lib.i.Et ratio in testib.deponentibus de valore rei vt congrue sit & probet,debet ad commune æstimationem referri: videlicet ꝙ cōmuni æstimatione tantū valet,& ꝙ tantum cōmuniter vēderetur,vt not. Bar.per illum tex.in l.pretia rerum supra ad leg.fal.& in l filiusfamilias.§.si quid alicui.de leg.i.& l.fina.C.de prædi.naui.libr.xi. vnde non sufficit ꝙ testis dicat ꝙ ipse tantum daret;quia posset moueri aliqua particulari affectione.& ita tenet glo.in l.ii. in gl. mag.C.de rescin.vend.Et pari ratione non sufficit probare quantum res vendita fuit: vt no. Bar.in l.cum emptor §. fin.supra de dam.infe.cum si.vt tradit Alex.in consi.xxviii. in causa & lite.col.ij.lib.v.& Maria.in consi. viij. visis col. j.Ange.Aret.in.§.si quis agens.col.iiij.insti.de act.

a Defensionē. Facit Hippoly. Marf. sing .19. Alex. consi.79. ... lib.i.

¶Non omitto tamen ꝙ contra gl.in d.l.ii.de rescin.vend.tenet Bald. [b].in d.l.ii.colum.pen.vbi post Nico.de Mat.dicit, † ꝙ b 8 si non apparet de speciali affectione, non præsumitur quod testis qui dicit ꝙ ipse tm̄ daret, moueatur particulari affectione sed potius cōmuni æstimatione: quia præsumitur quis facere illud quod fit cōmuniter.l.si pactum,de prob.Imo.& Alexan. in d l.pretia rerum sequuntur opi.gl.& Bar.quia probatio debet esse concludens.in ca.in præsentia.de proba.& iura allega. per Bal.non loquuntur in materia probationis.

b Bal.sequitur Pātha. de Cre. Rep. d.l.ij,col. lxxiij.

¶Sed replicari potest, quod immo etiam in materia probationis sufficit ꝙ præsumptiue probatio concludat: vt per gloss. in l.neque natales.C.de proba.cum si.vt dixi in dicto cap.in presentia.Et hoc in proposito dicunt ipse Imo.& Alexan.in l.j.§. hæres præcepto fundo supra ad Trebel.vbi dicunt per illum tex.ꝙ res tantum valet quantum vendi potest intelligitur scienti qualitatem rei . Et dicunt hoc non esse opus exprimere;quia sufficit quod ita præsumatur . Et ista opini. Bald. esset sustentabilis,& verior videtur de iure;& plerique illam tenent quos refert Alexand. in d.l.pretia rerum . Et saltem videretur procedere quando in capitulo super quo testes deponunt , dicitur quod res tantum valet communiter vel communi æstimatione : quia dictum testis videtur habere relationem ad capitulum , vt not.Bartol.in l.Labeo. supra de suppel. leg.Et hoc modo opini.concordari possunt.& in probatione interesse , aduertendum est : quia debet esse in potentia propinqua . & not.declarat Paul. de Castro. in l. non vtique.§.nunc de eo.ff. de eo quod cert.loco . Et de ista

materia

materia vlterius non insisto hic, quia late videbimus in l.prima. C. de senten.quę pro eo.

## In l.Plus cautionis. Argumenta.

1 *Pignori incumbere satius est quam in personam agere.*
2 *Actio in rem vtilior est ea quæ intentatur in personam.*
3 *Fideiussorem qui dare tenetur dando pignora liberabitur.*
4 *Creditori inuito non soluitur aliud pro alio.*
5 *Satisdatio remitti potest ei, qui valde idoneus est, non autem pignoris datio.*

### REGVLA XXV.

**PLVS** *cautionis in rem est, quam in personam.*

IBI, cautionis, id est securitatis & cautelæ: vt gloss. hic dicit, & facit text. in. §. neque autem. in authen. de manda. prin. & in l. sancimus. C. de verbo. sig. Sic ergo plus securitatis est in rem, quam in personam. Et hoc exemplificari potest in eo
1 quod dici solet. † quod melius est pignori incũbere, quam in personam agere. §. furti. institutio. de obligatio. quæ ex deli. nascun. & l. itaque. §. fin. supra de fur. Et hoc etiam patet in actionibus realibus quæ firmiores sunt: quia dantur contra quemlibet possidentem. §. i. instit. de actio. secus est in personalibus nam actio personalis contra singularem successorem non dirigitur. l. prima §. si hæres percepto fundo supra ad Trebel. l. fin. supra de contrahen. emptio. l. cum fundus. vbi Bald. supra de ser. rusti. præd. secus est in reali actione l. si fundus. §. in venditione, ff. de pigno. facit text. in l. pigno. eo. tit.
2 † Et quod vtilior sit actio in rem, quam in personam. probatur in d. l. si fundus. in dicto. §. in venditione. in fi. Et plenius prouidet dispositio realis quam personalis. l. si necessarias. §. de vendendo supra de pig. act. & l. iurisgentium. §. pactorum supra de pact. & not. in l. si pactum supra de proba. Et personis data immunitas, cum personis extinguitur, & rebus, nunquam extinguitur. l. tertia §. fin. l. forma. §. quanquam supra de censi. Et ex supradictis dicunt Guli. de Cug. Ange. Pau. de Cast. & Alexan. & Moder. in rub. supra si cert. pet. quod actiones reales digniores sunt. de quo dicendum est vt dixi ibi.
3 Et per istum text. infert. Barto. hic † quod ille qui tenetur dare fideiussorem, liberatur dando pignora: quia plus cautionis est in rem, quam in personam. Et idem Bart. dicit in l. prætoriæ. la 3. supra de præto. stipu. l. 1. supra qui satisda. cog. cum si. vt ibi tradunt Alexan. & Moder. idem Alexand. in l. 1. C. de

procu.

procu. Et hoc verum videtur nisi a l. aliud præcise disponatur d. cta l. prætoriæ. Non obst. regula quam in contrarium adducunt Alexand. & Moder. in dicta l. prima qui satisd. cogan. † quod 4 aliud pro alio inuito creditore solui non potest l. secunda. §. primo supra si cer. pe. ideo non videtur quod pro fideiussore pignus dari posit, quia respondetur, [a] quod hic non agitur de solutione, sed de cautione, quo casu qui promisit dare vnum pignus, a potest dare aliud æque bonum, vt per gloss. in l. si Titio supra de pig. Et pro fideiussore dato alius æque idoneus præstari potest l. Labeo ait. §. fina. supra de arbit. & l. qui autem. §. sed & si quis certam supra de constitu. pecu. Et quia tenetur quis facere quod sibi non nocet, & alteri prodest leg. in creditore. & ibi gloss. supra de euictio. & l. secunda. §. item Varus supra de aqua plu. arcen.

a Respondetur opin. Barto. est magis communiter approbata, vt dicit Ias. in d. l. j. qui satisd. cogã. in princip. iij. colũ. versic. ex secunda.

Vltimo notandum est, † quod licet quis liberetur a satisdatione quam præstare teneatur, si sit valde idoneus, vt not. Bart. 5 in l. quicunque la secunda. C. de fund. patrimo. lib. decimoprimo cum similibus vt tradunt Alexan. & Moder. in dicta leg. j. qui satisd. cog. non tamen videtur liberari si tenetur dare pignora, ita videtur dicendum per istum text. quia plus cautionis est in re, quam in persona.

## In l. Qui potest inuitis. Argumenta.

1 *Filius possessionem bonorum patre inuito, & ignorante potest agnoscere.*

2 *Citari non debet is, quo etiam inuito potest actus transigi.*

3 *Inuito aliquo si quid fieri posit & eo ignorante poterit*

4 *Iudicia in inuitum etiam reddi solent.*

### REGVLA XXVI.

*QVI potest inuitis alienare, multo magis & ignorantibus & absentibus potest.*

AD hoc facit text. in l. nec non ignorante & inuito supra de tuto. & cur. da ab his & in l. quarta. §. j. supra de fideicõ. lib. Et per istam regu. [b] arguit glo. in l. j. C. qui admit. in ver. b ratam. quod si filius agnosceret posse, inuito patre, a fortiori posset ignorante.

Et Alex. ibi in dicta l. i. ampliando istã regulam, dicit illam etiam procedere in materia correctoria, quia est interpretatio passiua, per nota, in l. ii. de leg. ii. in l. prima. §. lex Falcidia. ff. ad

b Regi Alexã. coli. cxxx. lib. j. Ias. l. ii. §. fin. nu. 19. sol. matri.

ad leg. Falcid. Et hoc idem prius voluit Imol. in l. si quis mihi bona. §. iussum. supra de acquiren hære.

2 Et per istam regulam infertur, † quod nunquam debet cita-
a ri ille quo inuito actus expediri potest. [a] Et hoc modo arguit Oldr. in consi. xcv. in fi. ex forma istius statuti & eodem modo arguit Paul. de Castr. in consi. xxxiiij. super primo dubio col. penul. in nouis, alias in consi. ccxxvij. vbi etiam alleg. text. in dicta l. iiij. §. j. de fideicommis. liber. & ita etiam arguit Roma. in cons. ccij. quod ad primum, & idem Rom. in consi. ccclix. circa primum in quinto dubio. & idem Alexand. in l. si pacto quo pœnam in vlti. not. C. de pact. & in consi. ij. visis codicillis col. vj. libr. primo & idem Alexand. in consil. cxxx. difficultas. in eod. lib. primo & in consi. vj. circa processum causæ vertentis. colum. fin. lib. iij.

a Potest. Nisi deat esse pars iudicis.

b Ista regula limitatur pluribus modis, [b] vt per gloss. hic & in l. si in tres. ff. de arbi. & Bart. hic resoluendo considerat hic plures casus, vt ex eius distinctione colligitur.

b Modis Ias. l. qui in aliena. col. iii. de acqui. hære. supra. l. i. col. vi. C. qui admit.

Sed magis breuiter concludi potest, quod regula intelligatur & procedat vbi sit eadem ratio, prout regulariter videtur, quia
3 † si possum facere aliquid te inuito & contradicente, pari ratione te absente & ignorante, quia non debet expectari præsentia & scientia, quæ nihil operatur argumen. l. aliquando. §. fin. supra ad Velleia.

Secus vbi sit diuersa ratio, prout est in casu l. duo ex tribus arbitris vel iudicibus supra de re iudica. & in l. fin. in tres. ff. de arbi. ibi, duo ex tribus arbitris vel iudicibus iudicare possunt, tertio contradicente & inuito: non autem eo absente vel ignorante facit text. in d. l. si in tres qui rationem adducit, quia tertius si esset præsens, posset alios in suam sententiam trahere Barto. tamen hic videtur istam rationem impugnare, quia talis ratio semper videretur habere locum. Et in omnibus casibus regulæ procederet, quod absens posset alios præsentes trahere in eius sententiam, sed cum ista sit ratio Iurisconsulti, impugnari non potest. Et ideo dicendum est, quod illa ratio solum attendatur in arbitris vel iudicibus qui ratione officij habent potestatem iudicandi, secus videtur in priuatis, prout regula loquitur.

4 Et eodem modo regula non procedit in iudiciliabus † quia iudicia redduntur in inuitum. leg. inter stipulantem. §. primo de verborum obligatione & tamen non procedit iudicium contra absentem, quia citatio requiritur. l. de vnoquoque. in principio supra de re iudicata. Et similiter in electionibus prælatorum & in actibus capituli vel collegij in quibus attenditur quod fit a maiori parte, & contradictio minoris partis non attēditur. l. quod maior, supra ad municip. capi. cum omnes. de constitu. Et tamen factū a maiori parte non valet aliquibus absentibus & ignorantibus, quia plus nocet vnius contemptus, quam

contradictio

contraditio multorum cap. per venerabilem. de electio. in prędictis enim casibus regula non procedit, quia data est forma a iure quod absentes requiruntur.

## In l. Nec ex prętorio Argumenta.

1 *Conuentio priuatorum non potest publico iuri derogare.*
2 *Delicta puniri Reipublicę interest.*
3 *Pactum iudiciorum ordinis derogatorium est inualidum*
4 *Statuto potest iuri publico derogari.*
5 *Statuto plura introduci possunt, quę pacta inducire nequeunt.*
6 *Testamenti factio potest tolli statuto, non autem pacto.*
7 *Statuto fieri potest ut quis partim testatus decedat, & partim intestatus.*
8 *Statutum facultatem testandi auferre potest, pactum tollere non potest.*
9 *Argumentum de pacto ad statutum nullius est uigoris, si negatiue formetur, si affirmatiue, poterit ualere. & nume. 10*

### REGVLA XXVII.

NEC ex ꝑtorio, nec ex solēni iure priuatorū conuentione quicquam immutandū est, quāuis oblōnū causæ pactione possunt immutari, & ipso iure, & per pacti conuenti exceptionē, quia actionū modus vel lege, uel per Prætorū introductus priuatorū pactionibus nō infirmatur, nisi tunc cum inchoatur actio inter eos conuenit.

†Notandum est, quod partium [a] conuentione iuri publico [b] derogari non potest ad idem text. in l. iurisgentium. §. paciscar. l. ius publicum supra de pact. in ij. §. ius reipublicæ. ff. de admi- nist. rerum ad ciui. parti. & in c. si diligenti. de foro compe. 1 a b

Et ius publicum intelligitur, quando respicit formam & solēnitatem a iure publico introductum, cui etiam testator derogare non potest, nemo potest de leg. j. testandi, C. de test.

a Partium. Sed an pacto publico populi vel alicuius villæ vel alterius vniuersitatis possit derogari iuri publico Bar. in l. omnes populi de iusti. & iur. in 3. colū. tenet ꝙ sic. tu tn̄ vide Barba. in d.c. si diligenti. 5. col. ver. quinto pondero vbi reprobat hanc opin. Bar. H.C.

b Publico. Et ideo pactum ꝙ faciunt debitores suis creditoribus de non ꝓbanda solutione, non valet. ꝑ Barba. in d. c. si diligenti. 2. col. per Bald. in sua margar. in ver. pactum. Pau i l. pactum inter hęredes. ff. de pac. Bar. in l. fi ff. de pręto. stip. H.C.

Simi-

2 Similiter † vtilitatem publicam respicit, quod delicta puniatur, l. ita vulneratus supra de lega. Aquil. l. si de prætio. §. quod illicite supra de publica. capitu. vt famæ de senten. excommu. ideo non valet pactum. quod nõ agatur actione iniuriarum. vel furti si committatur. l si vnus. §. pacta. supra de pac.

3 Et non valet pactum † propter quod ordo iudiciorum tollatur, vt per gloss. in cap. de causis. de offi. deleg. quod declaratur, vt dixi ibi. Et tradidit Alexand, in l. si conueniret. colum. vij. de re iudica.

4 Et quod dictũ est bene procedit in pacto. † Secus est in statuto quod iuri publico derogare potest. vt not, per gloss. hic, & not. l. neque pignus §, priuatorum infra eod. vbi glo. tenet. quod etiam vniuersitas potest statuere contra ius publicum. & p illã glo. not. Abb. consi. ciiij. videtur primo colũ. ij. lib. ij. & in cap. si diligenti in iij, notab. de foro compe.

Et ideo dicit Bartol. in l. alia. §. eleganter supra solu. matri.
5 † quod multa possunt fieri per statutum quæ non possunt, [a] per
a pactum allegat gloss. in locis præallega. & not. Domi. in consi. cxxxix. in causa, colum. tertia, & idem Barto. in l. Titio centum. §. Titio centum el secundo supra de condi. & demonstra.
6 † vnde facultas testandi per statutum auferri potest, licet pacto tolli non posit, vt not. Ange. in consi. lxv. visis colum. fin. Et
b licet pacto quis non posit se obligare ad pœnam mortis, [b] vel mutilationem membri, quia non est dominus membrorũ suorum. l. liber homo. la. j. supra ad l. Aquil. & Bartol. in l. si quis reum in princi. ff. de custo. reo. a statuto tamen obligari potest, vt not. Barto. in l. Titio centum dicto. §, centum. versicu. tertia ratio est,

Et solennitas testandi a statuto potest tolli. l. si non speciali. C. de testamen. licet a priuatis derogari non posit dicta l. ne-
7 mo potest. † Et licet non posit quis decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus. l. ius nostrum infra eod. a statuto tamen hoc induci potest, vt not. Ange. & Imol. per illum text. in l. secunda & ibi Alex. in secundo not. de vulg. & pup. Et dictum fuit in d. l. ius nostrum.

Similiter licet non valeat pactum per quod tollitur facultas
8 testandi. l. pactum quod dotali. C. de pactis. † volet tamen statutum, vt not. Bald. in l. Archimedorum. col. fi. ver. sed nunquid. C. vt in pos. leg.

Hoc tamen dictum Bald. reprobat Alexã. in l. pactum. & in d. l. fi. supra de pact. quia tale pactum videtur contra bonos mo-
c res [c] d. l. pactum. & l. stipulatio hoc modo concepta. de verbo. obli. quo casu si non valet pactum quia contra bonos mores, & tali casu non valet statutum, vt not. Bal.

Sed potest responderi quod ratio Alexand. procedit inspecto iure communi, Sed ex quo a statuto in loco hoc permittitur,

K

a Possunt. Decius in rubr. de constit. ij. lectu. 4. col ver. potẽtius. & in cap. j. eod. tit. in ij. lectu. iij. col. ver. vlterius.

b Mortis. In criminalibus nemo potest renũtiare defensioni per pactũ de quo vide Fely. in d. ca. si diligenter in prin. et eiusd. addi. super litera b. Hie. Cu.

c Bonos mores. Adde quod pactũ quod debitor bonis cedere non posit est inualidũ qa contra bonos mores. Socin in tracta. fallen. in regu. 269. idem in pacto de hered. perdenda. in regu. 270. & quot modis dicatur pactũ contra bonos mores. vide Bald. in l. pactam. C. de coll. & Bar. in l. si qs p eo. de fideius. H. C.

ſitur,non videtur contra bonos mores, quia ad iudicandum aliquid eſſe contra bonos mores, mores ciuitatis de qua agitur debent conſiderari.l.item apud Labeonem.in prin.verſi.ſed quod adijcitur.ff.de iniur. Et quod valeat ſtatutum, tenet Angel. in conſi.lvij. ſupra allega. Et quod ſupradictum eſt de validitate ſtatuti a fortiori haberet locum ſi cũ ſtatuto pactum concurreret quia plus poteſt fieri per ſtatutum vallatum pacto quam per ſtatutum ſimpliciter, vt tradit Bald. in cap.venientes.col.fin.ver. ſed nunquid de iuretur.

Et ex prædictis infertur,quod negatiue † nõ valeat argumẽtum de pacto ad ſtatutum, vt dicamus,ſi non poteſt fieri per pactum,ergo nec per ſtatutum.vt not.Bar.& Doc.in loci ſupra alleg.Et idem Soc. in conſi.lij. ſuper hac difficultate in prin. 9

Et hoc intelligitur & procedit vbi agitur ſimpliciter de derogatione iuris publici, per ſupradicta.

Secus ſi ſit aliquid turpe & contra bonos mores, quia tunc etiam negatiue, valet argumentum, quia ſi non valet pactũ non valet ſtatutum, vt not. Bart.in dicta l.non impoſsibile ſupra de pact.l.omnes populi in iij.quæſt.principali.ſupra de iuſti.& iure.& l.Titio centum.§.Titio centum de conditio.& demonſt.

Et hoc modo intelligitur gloſſ.in rub.C.de decre.ab ord.fac. lib.x,quæ dicit non valere ſtatutum ſi pactum nõ valet.† Affirmatiue vero valet argumentum,ſi poteſt fieri per pactum,ergo per ſtatutum. Et ita arguit tex.in l.fin.vbi Barto.de fideiuſ. & idem Alexand.[a] in conſi,50.in cauſa & lit.libr.5.Barto.in conſi.clxij.dubia occurrentia in princi. Et ad hoc facit quia diſpoſitio legis contrahentium & teſtatoris æquiparatur.l. fin.ſupra de reb.alie.non alie.vbi Bald. & ampliatur iſta concluſio, quia ſi poteſt fieri per pactum iuramento firmatum, poteſt fieri per ſtatutum, vt not.Barto. in l.fin.colum. tertia verſi,quod caſu ſupra de pact. 10 a

a Alexan, cõſ. 50.112.in fi.lib. vj.Frãciſ.Curt. tract. de ſequeſtris.quæſtione xxij.in fin,

Et iſta concluſio affirmatiua procedit vbi ſit eadem ratio,ſecus ſi diuerſa, quia quandoque aliquid poteſt fieri per pactum, & non per ſtatutum.Nam per pactum princeps obligatur.cap.j. de proba.& tamen lege vel ſtatuto non obligatur.l.princeps ſupra de legibus.l.digna vox.C.de legib.Et per pactum poteſt remitti iuramentum ab eo in cuius fauorem præſtitum fuit cap.ij. de ſponſa.Et tamen iuramentum a ſtatuto tolli non poteſt.vt p Alex.in conſi.lix.viſo inſtrumento col.uj.ver. non obſtat ter. lib.j.& expedita ſit iſta lex.

## In l.Diuus Pius. Argumenta.

1 *Conuenti ex cauſa donationis, in id quod poſſunt tantum damnandi ſunt.*

Vſufructuarius

2 *Vsufructuarius quo casu cautionem de vtendo arbitrio boni uiri præstare non potest.*
3 *Donatio ob causam, quare insinuationem non requirat.*
4 *Donatio simplex dicitur, qua quid in præmium emancipationis a patre donatur.*
5 *Conuētus ob donationē à se factā retinere pōt ne insoldiū (cōueniatur.*
6 *Conuētus ob donationē propria quo gaudere possit priuileg.*
7 *Conuentus ob liberalitatem suam actione persanali tenetur tantum in id quod potest.*
8 *Priuilegio origin ex contractu trahente potest renunciari.*
9 *Donās conuentus ob donationem æs alienū deducere potest.*

## REGVLA XXVIII.

*DIuus Pius rescripsit, eos qui ex liberalitate sua cōueniunt, in id ꝙ facere possunt cōdemnandos.*

1 Noto quod † illi qui ex causa donationis conueniuntur, in id quod facere possunt debent condemnari, ad idem text. in. §. sunt præterea ver. idem est si quis ex donatione. instit. de acti. l. inter eos. §. hic quoque. supra de re iud. Et hoc habet locū etiam si ex alia actione donatarius conuenitur, quæ originem habuerit ex donatione, vt not. per gl. hic & est text. in l. si quis id qđ in princip. supra de dona. ad idem bene facit text. in l. ij. §. parui quoque. supra de priui. cre.

Et quod hic dicitur, iusta rōne statutū fuit, ne quis ex sua liberalitate periclitetur, vt text. dicit in l. ne liberalitate sua supra de re iudica. Et ista rōne singulariter dicit Bartolamæus. Soci.
2 in l. omnes supra de excep. quod licet † vsufructuarius teneatur præstare cautionem idoneam de vtendo arbitrio boni. viri. l. i. supra vsufruct. quemadmodum c. hoc secūdum eum non habet locum in eo qui donasset eius bona retento vsufruct. quia cum ex sua liberalitate conueniatur cum eo mitius agendum est arg. l. ad res donatas. supra ædil. edic. Et ideo satis erit, quod tali casu vsufructuarius solum promittat cum hypoteca, bonorum. & ad hoc inducit text. not. in l. filio supra vt leg. no. caueatur. Et latius hoc idem consuluendo deducit Cor. Perus. in consi. cclii. in hac consultatione col. v. lib. 4. Et hoc idem prius voluit Ioan. de Plat. in d. §. sunt præterea. in ver. si quis institu. de actio.

Et ista regula procedit in donatione simplici, quæ ex mera liberalitate procedit d. l. ne liberalitate sua. de re iudic. secus est in donatione ob causam, vt not. Ange. in l. sed hoc ita supra de re iudicata & ibi Alexand. sequitur, & inducit gloss. ibi in ver. matrimonio. Et idē Alex. in l. qui in id. col. ii. eo. ti. supra de

 re iud.

re iud. & idem tenet Io. de Platea in d. §. sunt præterea. versi. sed & si quis † Et ratio manifesta videtur quia donatio ob causam non est proprie donatio, ideo nõ requirit insinuationem. vt not. per glo. & ibi et Bar. in l. Aquilius Regulus per illum tex. de don. facit tex. in l. si pater. § 1. supra de dona. & no. Oldra. in consi. 139. ad habendam cum simil. vt tradit Alexand. in consi. 12. viso instrumento colum. 2. lib. i. Et donatio ob causam quantum ad propositum, dicitur, quando causa respicit fauorem donantis quæ excludit liberalitatem, secus [a] est in alia causa extrinseca, quæ non impediret quominus dicatur donatio ex liberalitate procedere vt not. Ange. in dicta l. sed hoc ita. et Io. Faber. & Ioan. de Plat. in dicto. §. preterea versic. sed & si quis. & facit quod not. Paul. de Cast. in l. vt liberis. col. penultima. C. de colla. † vbi declara quomodo donatio facta a patre in præmium emancipationis dicitur donatio simplex, & non ob causam, quia illa causa non tollit liberalitatem. sic etiam concludit Paul. de Cast. in l. i. supra de donatio. vbi dicit, quod donatio facta sub conditione, si nauis venerit ex Asia dicitur tamen donatio simplex, quia a mera liberalitate procedit, & hoc etiam declarat Areti. in consi. xvii. consideratis. colum. tertia. Et si donatio excedere causam donationis, in illo excessu haberet priuilegium per ea quæ not. Bal. in l. illud. colum. tertia in tertia. q. C. de sacrosan. eccle. cum similibus vt tradit Alex. in l. si donatione. colum. secunda C. de collat. facit text. in l. si sponsus. §. circa venditionem. ibi, quatenus locupletior facta est supra de donatio. inter virum & vxorem & in cap. relatum. de testib. ibi, iuxta seruitij meritum & no. Oldra. in consi. ccxxvi. quidam episcopus. col. pen. Alexand. in consi. lv. consideratis verbis colum. ii. lib. i. & in consi. ci. visis instrumentis. colum. 3. eo. lib. 1. & Aret. in consi. xvi. supra allegato. a 4

a Secus. Idem Ange. consi. 124 totius. Cor. consil. ci. col. pe. lib. i. Dec cõ si. 238. ad finẽ. Aymo. cõsi. 95. nu. 2. licet aliter velle videatur Bertran. consi. 85. viso instrumento. colum. i. sed sibi contradicit consi. 173. quia difficultas, col. i,

5 †Secundo regula procedit, quando illi qui donationem fecerunt conueniuntur, quia retinere possunt vt insolidum non exigantur, Sed si soluissent petendo non haberent tale priuilegium vt not. Bal. dicit in cap. j. in princ. ad fin. in titu. de notis feu. Et ad hoc bene facit. l. nam & maritus. ff. de conditio. indeb. & no. Alexand. in l. maritum. versicu. xvj. fallit supra sol. mat. Et ad idem facit, quia facilius retentio permittitur, quam petitio. l. ij. vbi Bal. in iij. notab. C. de fideicom. facit text. in l. per retentionem. C. de vsuris. in c. intelleximus. de iudi. iuncto. cap. cum inter. de excep. Et in notab. casu tradit Benedict. Capra in consi. decimonono & viso & considerato. Et in alia simili quæstione notat Alexand. post alios quos refert in l. precibus. in glo. fi. de impub. & alijs substit.

6 †Tertio regula habet locum in eo qui ex propria donatione conuenitur dicta l. ne liberalitate. de re iudica. cum similib. supra allega. secus est in alio, qui ex donatione alterius tenetur cui non competeret tale priuilegium, quia est personale.

& ad

& ad alium qui non donauit nō porrigitur, vnde non datur hæc redi. l. sciendum est supra de re iudic. nec fideiussori. & l. si fideiussor. in princip. cod. titul. supra de re iudica. & not. per gloss. hic & ad idem tex. in l. verum. in princi. ff. pro soc. Cautela tamen est, quod si conueniatur fideiussor principalis, compareat & suscipiat iudicium in se: & tunc ex persona sua habebit priuilegium vt docet Bart. in d. l. & si fideissour per leg. idemque. §. & generaliter. in fi. ff. mand. Et idem not. Barto. in d. l. verum. in princ. supra pro soc. cum simili. vt tradit Alexand. in d. l. sed hæc ita. §. quod autem. in fin. ff. de re iudica. & ibi dicit no. hoc procedere quando fideiussor qui conuenitur esset habiturus regressum contra principalem: quia tunc principalis compareret pro suo interesse; alias secus, vt not. Bartol. leg. Marcellus. in fi. supra de fideiuss.

7 ¶ † Quarto regula procedit in actione personali; secus est in actione reali: vt probatur in l. Nesennius. §. fundum supra de re iudi. & no. Bar. in l. maritum. & in l. si constante. col. fin. supra solut. mat. & hoc intelligitur qñ conuenitur actione reali, put loquitur tex. in d. §. fundū. videlicet quando res donata tradita fuit donatario, & postea aliquo casu ad donantem perueniret. alias secus, vt not. Bar. in l. si filiusfamilias la. ii. supra sol. matr. cum simi. vt Alex. tradit in d. §. fundum.

8 ¶ † Quinto [a] limitatur, nisi tali priuilegio sit renuntiatum quia cum habeat originem ex contractu, potest renuntiari. vt Ale. concludit in l. alia. §. eleganter. col. penul. supra solut. matri. & videtur renuntiatum ab illo qui integre promisit soluere quantitatem, vt not. Alexand. trad. in consi. cxxxiii. super quæsitis. in princ. lib. 5.

9 ¶ † Vltimo ad declarationem huius beneficii notandum est, quod in tali beneficio donans, deducit æs alienum. l. inter eos. versi. & quidem supra de re iudica. Et vlterius deducitur ne donans egeat.[b] d. l. inter eos. §. fin. & l. condemnatione. in prin. infra eo. Et illa verba inquantum facere potest, intelliguntur commode[c] & honeste, vt per gloss. in d. l. in condemnatione. Et hoc debet considerari secundum qualitatem personę, vt notat Bald. in l. secunda in principio. C. quod cum eo. cum similib. vt Alexand. tradit in l. si maritus in id. in fin. supra sol. mat. nec tali casu videtur quod donans teneatur vendere proprietatem. si res aliqua sit magni valoris & parui reditus. argumen. l. qui bonis supra de cessione bonorum. Nam proprietas vendi non debet, sed alimenta debent præstari secundum quantitatem fructuum: vt not Bartol. in l. pen. supra de alimen. & ciba. leg. per l. imperator supra ad Trebe. vbi Bar. in l. fin. cum simil. vt scribit ibi Alexan. Bald. tamen in casu nostro, videtur velle contrarium, quod immo debeat vendi proprietas, vt ipse tenet in d. l. ii. versi. iuxta prædicta quæro. cum. simi. vt tradit Alexan. in d. l. si maritus. Et idem Alexa. in l. maritum. in fin. supra

a Quinto. Sexto credere cē esse limitandū quādo iste qui ex causa dona. conuenitur, negaret donationem, quia per mendatiū perdit priuilegium, sicut dicimus de marito negante matrim. qui habet simile priuilegium; nam conuenitur insolidum. ita Bar. l. etiam. §. i. circa fin. supra sol. matrimo. & Alex. in l. maritū ii. col. eo. tit. ratio est, quia mendacium circa id quod est fundamentum & causa priuilegii, facit perdere priuilegiū ita Bartol. in l. si dubitetur. §. ita demum. per text. ibi. supra de fideius. H. C.

b Egeat. Quæ psonæ gaudeāt hoc beneficio, & qualiter intelligatur vide Fab. & post eū Mod. in. §. sunt præterea. versi. item si de dote. insti. de actio. vbi late per la. Hier. Chuca.

c Commode.

Albe. Bru. consil. 89.

a Consilii. iii. Nunc habetur in lib. i. consi. c. in fi.

supra sol. mat. concludit, quod si alimenta debentur ex titu. lucratiuo non debet vendi proprietas, secus si ex titulo oneroso. Et quod non vendatur proprietas, tradit Alexan. in consil. iii.[a] super processu causæ. in lib. 4. & facit text. no. quod ibi Bald. in l. fin. §. ipsum autem. in fin. C. de bonis quæ liber. vbi filius non dicitur posse alere, se si non habet tot reditus, quod viuere possit; nec tenetur vendere proprietatem. a

## In l. Quod initia. Argumenta.

1 *Acquisitio facta per forensem initio nulla non conualescit eo ciue facto*

2 *Laudum a principio nullum nullo pacto ratificari potest.*

3 *Liberatio facta a filio patris viui debitoribus, non conualescit patre mortuo.*

4 *Confessio in quæstione nullis indiciis illata, non validatur superuenientibus indiciis.*

5 *Actus personæ illegitimæ inualidus non fit validus ea effecta legitima.*

6 *Electio facta de bannito non robatur eo rebannito.*

7 *Testamentum filij a principio nullum, non capit uires patris accedente consensu*

8 *Vitiosum a principio quando vires ex post facto assumere possit.*

9 *Actus initio nullus non potest validari validus autem qui potest annullari poterit etiam confirmari*

10 *Causa confirmans superueniens actui inualido robur mini strat.*

11 *Alienatio rei minoris inualida accedente ætate confirmari potest*

12 *Testamentum usurarij nullum præstita demum cautione efficitur ualidum.*

13 *Actus a principio nullus potest ratificatione roborari.*

### REGVLA XXIX.

QVOD *initio uitiosum est, non potest tractu temporis conualescere.*

b Expla Dy. in d. reg. non firmatur. potuit plura exempla tam in testa. quam legatis quam etiam in contractibus & matrimoniis glo. & Io. Imo. in l. fin. §. fin. de ver. obligat. & doct. in reg. i. de regu. iuris. libr. xi. H, C,

¶ ISTA regula etiam habetur in regula pen. infra eod. & in regula non firmatur, eo. tit. in vj. plura exempla [b] in glo. hic b ponuntur

ponuntur ad idem tex. in. §. j. instit. de exhære. lib. in cap j. de despon. impu. in vj. & in c. j. de prohib. feud. alien.

Et per istam regulam infertur ad q. quam tradit Roma. in consi. dix. circa propositam consultationem. in v. dubio. colum.
1 pen. vbi plura iura inducit ad probandum, quod † acquisitio quę a principio fuit nulla, quia facta per forensem contra formam statuti, non reconualescit, licet post acquisitionem mulier factã ciuis efficiatur, de quo tamen alter loquitur And. Sicu. in consil. lxx. col. ij. lib. iii.

2 † Similiter laudum quod a principio fuit nullum, ratificari non potest, vt no. Bald. in titu. de pace Constant. in ver. sententiæ quoque. Roman. in consi. clx. præmissum laudum. & idem Ange. in consi. ccxix. visa narratione. col. pen. De quo videndum est quod tradit Petr. de Anchara. in consi. cxxii. vnus ex procuratoribus.

3 † Similiter liberatio facta a filio debitoribus paternis viuente patre, quia a principio fuit nulla. ratio reconualescit si postea filius patri succedat ita aguit Bald. in leg. filiusfamilias. la. ii. supra de solut. de quo dixi post Mod. in l. filius. C. de pact.

4 † Et confessio facta in tormentis non præcedentibus indicijs, quia non valet a principio, non confirmatur postea superuenientibus indicijs, vt no. Barto. in l. maritus. col. j. supra de quæstio. cum simi. vt tradit Alex. in consi. clxxix. in causa angelo-
a rum. col. pen. versi. quinimo. lib. ii. Rom. [a] in consi. clxxvii. Antonius. col. ii.

5 † Et actus qui a principio fuit nullus, quia persona non erat legitima, non confirmatur, licet postea persona legitimetur, vt tradit Alexand. in consi. clxxi. viso processu causæ libr ii. & facit quod not. per glo. in cap. dilectus. el. ij. de præd. impetratione iudicis excommunicati, quæ fuit nulla a principio, & non confirmatur, licet postea absolutus sit. Et in simili not. per glo. in cap. statutum. in princ. in ver. canonicus in fin. de rescript. in in vi. cum si. vt dixi in cap. post cessionem. in vlt. charta, versi. prima conclusio est de prob.

6 † Et electio facta de bannito qui non potest esse de prioribus statuto ita disponente, quia est nulla. non confirmatur, licet postea rebannitus sit, vt no. Bal. in rub. C. de cond. ob turp. caus. circa fin. facit text. in cap. si eo tempore. de rescript. in vi. & no-
7 ta Barto. in l. vsusfructus in fin. supra de stipu. seruo. † Et si in testamento, quod potest facere filiusfamilias de consensu patris ex forma statuti a principio non interuenit consensus patris, non valet testamento, nec postea confirmatur, vt no Bald. in l. si vxore. col. ij. C. de condi. inser. Et in simili quæstione de consensu propinquorum not Bal. in l. j. col. penul. versi. extra quæritur. C. qui admitt.

Et ista regula videtur procedere maxime vbi consideratur principium, vt glo. dicit in dicta regu. non firmatur, in fin.

a Rom. Idẽ et in sing. cxxxi. fol. 5. Fel. in c. ad nostrã. de ꝓba. i. col. vbi satis remissiue. & quid in minore qui confessus est in tormentis sine autoritate tutorum, & postea ratificatur, vide Ab. c. fin. de confess. iii. col. & quod cõfessio in tormentis non præcedentibus indicijs sit nulla, et si pseueret, vide Ias. vbi plura de confessione ĩ materia de lictoorum, in l. q aliena. §. Celsus de acqui. hære. Hippoly. de Marsi. in tit. de qõ. in l. j. in vi. col. ver. i. enim. & in l. pen. eo. tit. col. ii. versi. modo redeũdo &c. Lãfran. in c. quoniam contra de prob. in versi. confessiones, & per Mathesil. sing. 55 fo. iii. & Raph. in consil. 138. col. i. in prin. & Bal. i sua Mar. in ver. cõfessio col. iii. in prin. & Alex. cons. incip. in causa

facit tex. in d. cap. si eo tempore de rescript in sexto cum simil. supra alleg.

Secundo regula ampliatur procedere et si cesset causa propter quam actus fuit nullus, quia per hoc actus non confirmatur, vt nota. per Dyn. in dicta regul. non firmatur colum. ii. Et probatur in. §. præterea instit. qui b. non est permis. fac. testa. §. j. instit. de inu. stipu. l. eius qui supra de testamen. & in d. cap. primo de despon. impub.

8 † Et prædicta regula habet locum quando à principio fuit initium vitiosum, & constat secus si non constaret, vt patet in in eo quod memoriam hominum excedit, [a] quia illud valet à & habet vim priuilegij l. hoc iure. §. ductus aquæ supra de aqua quoti. & æsti. & cap. super qui busdam. §. præterea de verb. sign. cum si, vt tradit Alexand. in consi. vi. viso themate. in princ. lib. j. vel dici potest, quod illa verba tractu temporis non videntur excludere tempus cuius initii memoria non sit in contrariũ facit quod not. Ange. per glo. ibi in Authen. vt de cætero commu. ecclesiarum colum. v. cum simi. vt tradunt Moder. in rubr. de præscript. in fine.

9 † Secundo regula limitatur procedere prout loquitur quando ab initio actus fuit nullus, secus si validus sit. licet anullari posit, quia tunc confirmatur c. quod sicut in si. ff. de elect. & no. per glo in d. regu. non firmatur. & idem nota. Abb. in cap. iii. colum. ii. de his quæ fiunt a prælatis. Et hæc ampliatur etiam si aliquo respectu actus valet, vt not. Innocen. in capit. cum consuetudinis de consue. per l. per fundum supr. de seruit. rustic. præd. vbi Paul. de Cast. refert Innocen. & dicit quod ideo in d. l. per fundum confirmatur illa concessio seruitutis. quia non erat ex toto nulla, quia ille qui prius consensit, non poterat cõtrauenire. Et hoc idem tradit. Per. de Aucha. in consi. cxxii. ex narratis in fine.

10 † Tertio regula limitatur non procedere si causa confirmans superueniat, quia tunc confirmatur quod ab initio fuit nullum. Et Dy. concludit in d. regula, non firmatur per d. l. fundum vbi Bar. o. approbat quod Dy. dicit. Et idem sequitur ibi Bal. Ang. & Domin. in consi. xxxiii. pro examinatione. colum. fin. & idem gloss. hic in effectu dicit & idem glos. in d. regul. non firmatur. Et hoc facit, quia indicium quod a principio erat nullum ex iure superuenienti confirmatur, leg. si rem alienam. §. fi. supra de pig. act. no. Alexã. in consi. xxvii. viso libello col. ii. lib. i. & in consi. lxxvii. in causa & lite in fin. eo. lib. i. & in consi. cxxvii. viso instrumento col. ii. lib. v.

11 Et similiter in casu leg. fin. C. si maior fac. alien. rat. habue. † vbi alienatio rei minoris facta sine decreto quæ non ualet, confirmatur superueniente maiore ætate, prout ibi distinguitur de cuius intellectu nota, Alexand. in consi lio cxvij. viso processu libr. v. Bald. in consilio 45. incip. quandoque contractus & consi.

Inquisitionis in j. vol. & in cõsi. j. inci. viso processu in iij. vol. & in consi. 52. incip. viso themate. volu. iij. Hie. Chu.

a Excedit, ita declarant hanc reg. Io. And. & doct. in d. regu. non firmatur in princi. & adde quod si possessio esset violenta a principio, non posset talis rescripto principis confirmari ita Ias. in le. iuste possidet. j. col. vers. secundo limita de acquir. posses. & quod confirmatio superiores firmet actũ nullũ vide latissime Feli. in c. inter dilectos de fi. in stru. in v. colũ. post princi. & ca. qualiter & quando de acc. xii. col. Alex. i cõsi. viii. incip. abunde ii. col. Hie. Chu.

consi. 184. ad intelligentiā libr. secundo & Cor. Peru. in consi. 36. in hac consultatione libr 2. & in consi. 207. videtur prima facie. lib. 3. Et quando actus a principio nullus ex consensu vel ratificatione superuenienti confirmetur. Ro. tradit in consi. 54. visis circa id de quo quæritur & And. Sic. plene. in consi. 70. libr. tertio. Et ad prędicta facit tex. in l. i. in fi. C. si quac. pręd. pote. l. si quis in senatorio supra de rit. nup. & quod nota Barto.
12 in l. filio præterito colum. fin. supra de iniust. rup. test. † vbi ponit quæstionem de vsurario qui fecit testamentum non præstita cautione iuxta cap. quanquam de vsu. in vi. Nam eius testamen
a tum reconualescit demum præstita [a] cautione, secundum Bart. in d. l. filio præterito cum si. vt Alex. scribit in l. posth. col. antep. C. de contratab. & est communis opi. vt Fel. dicit in cap. cum dilectus de accu. colum. ii. Et circa prædicta considerandum est, quod regula videtur generaliter procedere prout loquitur, quia tractu temporis non firmatur, sed aliud vltra tempus requiritur, & talis confirmatio facit quod actus valeat, prout nunc & non prout tunc, vt nota. Abb. per illum text. in d. cap. iii. de his quæ fiunt a prælat. & bene facit tex. in l. obseruare. in fin. supra de off. procon. Et ideo si matrimonium fuit nul
b lum [b], filii non legitimantur per dispensationem postea factam. quia dispensatio videtur conualidare matrimonium, vt nunc, vt no. Barto. in l. Paulus supra de sta. homi.
13 † Et quod dictum est, limitatur, nisi actus confirmetur per ratificationem, quia trahitur retro. & perinde habetur ac si ab initio consensisset l. fin. C. ad Maced. vbi Barto. cum si. vt tradit Alex. in consi. cxxvii. viso processu colum. ii. libr. v. Et hoc intelligitur quando actus qui ratificatur fuit aliquo respectu validus, secus si omnino fuit nullus, quia tunc ratificatio retro non trahitur vt no. Barto. in d. l. obseruare supra de off. procons. Alexand. in consi. lxxviii. viso & diligenter ponderato col. vi. uer. quarto respondeo lib. v. Et Are. in consi. cxxvii. eximie domine col. ii. & de ista ratificatione uidebimus in regula, semper qui non prohibet infra eo.

a Præstita Angel. disp. incip. Astensis miles & disp. vsurarius Anchar. in rubr. colū. ii. de regu. iur. in vi. cōsi. clxi. col. i. Alb. i. parte statut. quæsti. cli. Bal. Pau. l. vniuersa colū. i. C. de præc. imper. of. Pau. l. filiusfam. supra de test. Phi. Frā. in rub de test. cōs. xxi. lib. vi.

b Nullum. An si dolus det causam matrimoniū sit nullum. vide Ias. in. §. actionum insti. de act. col. vii. in fi. Hie. Chu.

## In l. Nuptias Argumenta.

1 *Matrimonium consensu contrahitur, non concubitu.*
2 *Matrimonium per verba de præsenti contractum secundo per eadem verba etiam copula secuta est præferendum.*
3 *Matrimonium p̄sumitur ex cōsuetudine cū muliere habita.*
4 *Matrimonium præsumitur in fauorem filiorum, vt scilicet legitimi credantur.*
5 *Consensus matrimonium perficit, non carnalis copula.*
6 *Legatū alicui factū si nuptias cōtrahat qn̄ deberi incipiat.*

Vxor

7 *Vxor nõdum cognita, nõ prohibetur religionem ingredi.*
8 *Filiusfamilias an possit citra patris assensũ vxorẽ ducere.*
9 *Statuto induci nequit, vt filius sine patris consensu matrimonium contrahere non ualeat.*
10 *Pater ad tẽpus filio sub pœna matrimoniũ prohibere põt.*
*Filius matrimonium sine patris consensu contrahens, an possit exhæredari.*
11 *Filia matrimonium sine patris consensu contrahens, potest dotem petere.*
12 *Statutum pœnam imponens filijs vxorem ducentibus sine patris assensu, spernendum.*
13 *Pœna exhæredationis a iure ciuili imposita cõtrahentibus matrimonium canonibus reprobatur.*
14 *Filia sine consensu patris matrimonium contrahens, quando possit exhæredari.*
15 *Exhæredatio a pari procedit cum priuatione alimentorũ.*

## REGVLA XXX.

**NVPTIAS** *nõ cõcubitus, sed consensus facit.*

NOTA quod † consensus facit matrimonium, & non cõcubitus ad idem tex. in. §. nuptias itaque authen. de nupt. colum. 4. & in. §. illud in authen. quib. mod. nat. effic. leg. & in l. fin. in prin. C. de repud. nam solo consensu matrimonium contrahitur. c. cum locũ de spon. in c. sufficit & cap. matrimonium. 27. q. 2. sic etiam nudo consensu sponsalia contrahuntur l. ii. ff. de sponsal. in c. tuæ de sponsal. 1

† Et matrimonium per verba de præsenti contractum præfertur secundo matrimonio postea contracto etiam sequuta copula c. fin. de sponsa, duorum. Et ex isto text. due conclusiones colliguntur. 2

Prima, est quod concubitus non facit matrimonium. Et idem dicitur in c. matrimonium supra allega. 27. q. 2. & hoc videtur intelligendum ex vno coitu. † Secus videtur si quis habere cõsuetudinem cum muliere, quia ex tali consuetudine matrimoniũ præsumitur l. in libertæ. ff. de ritu. nupt. 3

Et hoc procedit de iure ciuili, secus est de iure canonico quia fornicatio præsumitur, vt nota per glo. in cap. illud in verbo. vxorem de præsumpt. & ibi Abb. in fin. & hoc verum intelligitur respectu ipsorum cohabitantium, † sed respectu filiorũ [a] ut legitimi sunt matrimonium præsumitur, vt no. Abb. in cap. la 4

a Filiorũ Pulchre Dec. consi. 153. cum duobus sequen,

cor

tor qui fil. fint leg. cum fim. vt dixi in c. ecclefia fanctæ Mariæ. de conftit. col. 16. verfi. in feptimo cafu.

¶ Scdo limitatur ifta conclufio, nifi præcedant fponfalia. de futuro: quia tunc copula quæ fequitur matrimonium inducit cap. veniens el ii. de fponfa. c. is qui. & not. in c. fin. eo. titu.

5 ¶ † Secunda conclufio eft, quod confenfus facit matrimonium gloff. hic inteligitur, quod confenfus perficiat matrimonium: fed refoluitur negatiue, quod fine confenfu non posfit effe matrimonium & ifta conclufio gl. negatiua indubitata eft, adeo quod etiam fi quis expreffe confentiret per verba præfenti; fi tamen animo non confentiret, non effet matrimonium faltem in foro confcientiæ; vt eft tex. in c. tua nos. de fponfa. de quo late Marian. fcribit. in confi. xxviii.

¶ Sed dubitatio eft in conclufione affirmatiua. Et affirmatiua. etiam non videtur probarf concludenter per iftum text. quia dum dicitur, quod concubitus non facit matrimonium fed confenfus: poteft intelligi, quod concubitus folus non facit matrimonium, fed confenfus requiritur. Et per hoc inferri non poteft, quod folus confenfus faciat matrimonium, & iftum fenfum forte habuit gloff. dum inquit, quod confenfus perficiat matrimonium. Et licet ifte tex. cauillari posfit: tamen contra gloff. funt plura iura in quibus dicitur expreffe, quod folus confenfus facit matrimonium in c. cum locum de fponfa. & in cap fufficiat. & in capitu. matrimonium. xxvii. q. ii. cum fim. fupra alleg. Et per folum confenfũ quo ad effentiam eius dicitur matrimonium, vt not. per gloff. fin. in c. ex publico de conuer. coniu. Et tale matrimonium impedit fecundum matrimonium poftea contractum, etiam copula fequuta. cap. fina. extra de

6 fponf. duorum. Et ideo † legatum factum alicui, fi nuptias contrahit, ftatim contracto matrimonio folo confenfu conditio impleta videtur abfque copula carnali, quia nuptias non concubitus, fed confenfus facit l. cui fuerit fupra de condit. & dem. Et quia talia fponfalia de præfenti non poffunt disfolui a partibus capitu. fi inter de fponfa. Et ifto refpectu quia contrahitur vinculum indisfolubile, dicitur matrimonium contrahi folo confenfu abfolute. tamen non videtur perfectum matrimonium folo confenfu, vt probatur. in capit. debitum de biga. in principi. vbi dicitur, quod duo funt in coniugio, confenfus animorum, & commixtio corporum, ergo non videtur quod alterum facit perfectum matrimonium. Et ideo abfque corporum commixtione non contrahitur bigamia, dicto capitu. debitum & facit text. in capitulo ex publico de conuer. coniug. vbi tex. interpretatur legem diuinam, quod non licet viro vxorem dimittere, vt intelligatur de matrimonio copula

a carnali confumato[a] † Et ideo non prohibetur uxor nondum

7 cognita intrare[b] religionem cap. verum cap. ex publico de

b conuerfa. coniug. & facit text. in c. quod autem xxii quæft. ii.

a Confumato. Sed φ cõtractũ licet non confumatũ Papa nequeat. disfoluere nec in eo difpenfare, fentit Pan. (& bene) in d. cap. ex publico in fine & expreffe firmat. Io Lup. in trac. de matr. & leg. col. viii.

b Intrare vide text. & ibi doc. in c. cõmisfum. de fpon. & Ab. in d. c. ex publ. vbi ponit an ad effentiam matrimonii requiratur copula & ponit qõnem, fi ftatutum fit. φ maritus lucret dotem muliere decedente fine liberis, an fi decedat ante copulam, fi lucrabitur dotem. Et ad de, φ fi vxor vel fpõfa fit cognita per vim a fpõfo, nihilominus poteft contra voluntatem fpõfi religionem intrare ita An. in l. i. §. monet. ff. depofiti. qu ẽ fequitur Hippo. de Marf. in l. i. §. præterea in iii. colum. fupra de qõ. Hic, Ch.

apparet illos coniuges non fuisse, ergo patet quod copula ad perfectionē matrimonij requiritur. Et dicit tex. eadem causa & questio. in c. si quis desponsata, quod rite coniugium vocatur quando mulier est tradita viro, ita quod ea vtatur. Et hoc modo salua glos. hic quæ dicit, quod consensus non perficiat matrimonium.

¶ Et cum solo consensu inducatur matrimonium, vt supra dictum est infertur ad questionem, de qua superioribus diebus quærebatur † vtrum filiusfamil. absque patris consensu matrimonium contrahere posit. & si hoc facit, an propter hoc exhæredari posit. Circa primum breuiter considerandum est quod licet de iure ciuili consensus patris necessarius sit inst. de nup. in prin. l. Paul. supra de sta. ho. l. si vt proponis. la ii. C. de nupt. Et maxime si filius duceret vxorem turpem & indignam: quo casu etiam exhæredari potest. l. iii. §. si emancipatus. el. i. supra de contratab. l. libertus. vbi Bar. C. de nup. Secus tamen est de iure cano. ꝙ in isto casu attenditur vbi agitur de matri. c. fi. de sec. nup. & in ij. q. iii. §. hunc igitur. ibi, leges seculi præcipuæ in matrimonijs sacros canones sequi non dedignantur. & do. Fed. in consi. xxxvi. casus talis est, Ange. in consi. xxix. ex themate. in i. dub. & in consi. 192. super primo quæsito. in v. dub. Anto. de Bu. in consi. xxxv. visa forma in prin. Abb. in c. i. col. ii. de sponsa. & in c. i. col. i. de desponsa. impub. & in consi. lxv. ad decisionem. col. i. lib. ii. Et ideo in terminis in casu nostro infertur, quod iura supra alleg. de iur. cano. correcta sint, quia secundum canones filiusfamil. absque consensu patris matrimonium contrahere potest: vt no. per glo. in cap. fi. xxii. quæstio. ii. quæ expresse hoc dicit. idem glo. pen. in cap. i. de despon. impu. vbi Abb. & idem concludit glo. in l. Paulus. de statu. ho. De honestate bene requiritur consensus patris; vt no. per glo. in c. cum virum de reg. in verbo, paterna. & in c. sufficiat. in verb. solus xxvii. q. i. sed vt dixi, non est necessarius consensus patris, nec impedit validitatem matrimonii. Et secundum istam cōclusionē consuluit Abb. cōsi. lxv. in prin. in ii. lib. supra allegat. & idem Abb. in consi. xii. vt clare materia. in i. dub. lib. i. & idem Petr. de Ancha. in consi. xxi. pro solutione dubiorum. in secundo dubio.

Et Ang. in cons. xxix. ex themate. in prin. supra alleg. Et ad confirmationem huius cōclusionis facit: † quia non valet [a] statutum, quod filius non posit contrahere matrimonium sine consensu patris. vt concludit Ioan. Andr. in c. statutum. el j. in ver. & facit decretalis ad quæst. in fi. de hære. in vi. dicens, ꝙ correctæ sunt leges quæ requirunt consensum patris & matris filiorum: vnde a fortiori non debet valere statutum. & sequitur Domini. ibi & alii. Abb. in c. ecclesia S. Mariæ. col. viii. in ver. ad prædicta adde. de consti. & in c. primo de sponsa. & in consil. xii. lib. i. supra alleg. cum si, vt tradit Ale. in consi. i. col. vii. lib. iii.

[a] Non valet: Immo, vide supra eod. l. ii. numero 40.

a Communem,opinionem. Hanc etiam dicit communem Feli. in d.cap.ecclesia sanctæ Mariæ,col.19.versi.sed contra.& in cap.j.de spon. vi.& vii.col.vbi Alex. dicit eam magis cõem.& idem dicit Franc.Cur.in consi..hic allega.de quo etiam per Moder.Hisp.in repe.cap per vestras.de donatio.inter virum,& vxorẽ.fol. 75.ver.sunt tamen qui has. col.quarta, vbi refert quasi omnes tenentes hanc opi. de quo ẽt vide Ias.in l.j.§. fi.supra de iusti. & iure, et sic patet hãc esse magis cõem, a qua nõ est recedendum, vt per gloss.in l. oĩs diffinitio. infra eod. & Bal. in l. precib. C. de impube, & aliis, dicentes adhæreas Carrocio & Abb. ca. ii. de cogn. spiritua. et in c. tua nos. de vsuris. vnde patet clare an valeant leges regni Castellæ disponentes, quod si filia contraxerit matrimonium si ne patris,et matris consensu, ꝙ nihil ex bonis parentum possit habere, de qb. & aliis similib. disponentib.vide Mod.Hispa. vbi supra, fol. 74.& fol. 75.vbi multa adducit ad earum corroborationem, dicendo eas iustissimas & rationabiles,quod admitto,tamen ꝙ dictæ leges non tollant libertatem contrahendi matrimonium. & ꝙ causa matrimonii non spectet ab ecclesiam,hoc non est admittendum, per ea quæ omnes doctores supra allegati dicunt.de quo adde eundem domi.Philip.in dicto cap.ecclesia sanctæ Mariæ.col. xvi.idẽ etiam est dicendum de prius in dictis legibus dispositis,vt subtiliter more suo concludit domi.Philip.infra in uersicu,venio ad secundum,& Franc.Cur. in dicto consi,xxvii,Hier,Cucha,

lib.3.& in rub.supra soluto matri.col.fin.& in l.Seius,& Augerius col.prima supra ad leg.Falc.vbi refert se ita consuluisse, & ita consuluit in consi.xcvii.principalis dubitatio.lib.i. Et licet statutum videatur esse rationabile,vt not.Bald.in rub.de const. colum.fin.& in capitu.clerici.col.i. de iudiciis. in cap.tenor.in fin.de re iud.& in l.omnem matri suæ.C.ad Tertulian.in l.i.§. ius naturale,supra de iusti.& iure. And. Sicu.in consi.vlt.in 3. lib. Tamen non sufficit rationem subesse ex quo deficit potestas,quia in quolibet actu voluntas,& potestas requiritur.capitu.cum super de offi.deleg.l.cum in te. vbi Bald.C. de do. ante nup.& in l.nolle. vbi Bald.supra de acqui. hære. cum simili. &
a communem opinionem a ipse Bald. sequitur in l. nemini.C. de iud.in capitu.penul.in fin.de constitu. cum similibus vt nouissime late scribit Fran.de Cur.in consi.xxvii.magnificus vir.in i. dubio. Et ita ex omnibus supradictis concludendum est,indubitanter valere matrimonium quod absque consensu patris con-
10 tractum fuit. † Illud tamen not. ꝙ pater potest ad tempus sub pœna filio matrimonium prohibere.l.sed si hoc specialiter.§.fi. de condi.& demon.vbi Bar.& Imo.& Aret.in consi.lxvii, diligenter mature.colum.ii.

Venio ad secundum,an filius exhæredari possit ex eo quo'd sine consensu patris matrimonium contraxit.Et prima facie videbatur dicendum ꝙ sic,quia ita decidit Pau.de Cast.in l.si filium.C.de inoffi. testa. vbi per illum text.dicit,quo'd filia quæ nubit sine consensu patris. exhæredari potest. Ita a contrario sensu ibi colligitur.Et idem dicit Pan.de Cast.ibi, etiam in filio,argumen.l.iii.§.si emancipatus.el primo supra de contratab. quia licet valeat matrimonium contractum sine consensu patris, prout canones dicunt: vt supra proxime dictum est, ius canonicũ solũ disponit de fœdere matrimonij, & non de iniuria quæ patri illata videtur.Et ad hoc quo'd not. Barto. in l.adiicimus. C.de muri leg.libro vndecimo in fin. vbi inquit, quo'd licet statu-

statutum non possit prohibere matrimonium, quia est res spiritualis & de iurisdictione ecclesiæ, tamen valet statutum quo ad hoc vt contra facientes puniatur. Et ita videtur esse in casu nostro, quia honestas maxime sedet quod consensu patris matrimonium contrahatur vt not. per glossa in capitulo cum virum de regul. cum similibus supra alleg. Et facit quod not. Bald. in rubr. extra de consuetudine columna penultima dicens, quod consuetudo potest pœnam imponere rei licitæ, puta matrimonio si ex eo sequatur illicitum. Et idem tradit Bald. in l. omnes. C. ad Tertulia. vbi tenet valere statutum quod pœnam imponit filijs contrahentibus matrimonium sine consensu patris quia non vetat substantiam matrimonij. sed punit malos mores.

Sed prædictis, & similibus quæ adduci possunt non obstantibus. contrarium de iure videtur. quod propter tale matrimoniū filius nullo modo exhęredari possit, quia cum matrimonium permissum sit de iure canonico, vt supra conclusum fuit, quod fit lege permittente, pœnam non meretur l. Gracchus. C. de adult. ventesimo quarto quæstione quarta in capitulo qui peccat & in terminis Abb. consuluit in consilio decimosecundo vt late materia, columna secunda versiculo sed dubium imminet lib. primo vbi dicit istam non esse iustam causam exhæredationis, quia cum de iure canonico matrimonium debeat esse liberum, non debet per istam pœnam exhæredationis restringi, & induxit decesionem Ioan. Andre. in dicto capitulo statuto de hære. in sexto & idem Abb. in capitulo primo de sponsa. colum. secunda sicut enim pœnā conuentionalis in matrimonio reprobatur, ne libertas matrimonij impediatur. l. Titia in principio supra de verborum obligatione. Et cum a iure canonico permittatur matrimonium absque consensu patris, quia vult matrimonium gaudere omnimoda libertate capitu. cum locum capitu. gemma de sponsa. & eadem ratione pœna exhæredationis remota videtur quia cessante prohibitione matrimonij, cessat effectus, tollitur pœna quæ in casu prohibitionis erat statuta vt dicit tex. in cap. non debet de consan. & affini. Et vbi non est delictum, pœna cessare debet l. sancimus C. de pœnis.

† Et ideo filia quæ contraxit matrimonium absque consensu patris prout canones permittunt, non prohibetur dotem petere, vt not. per gloss. in capitu. fin. 32. quæstione secunda in gloss. 1. versi. sed nunquid. & 36. quæstione prima in capitu. de raptoribus in glo. in verbo, excusata. & pari ratione videtur quod filius nullo modo exhæredari possit, vt supra dictum est secundum Abb. in consi. 12. lib. primo supra alleg. Et hoc idem in terminis tradit Petr. de Anchara. in consi. 21. pro solutione dubiorum. in secundo dubio, dum inquit, quod canones concedunt filijs & filiabus liberam facultatem contrahendi matrimonium absque consensu patris & non videtur quod talis facultas metu pœnę per leges coarctari possit. Et propter hoc concludit, quod 11

filij

filij tali casu non debent priuare hæreditate patris naturali iure illis debita, vt latius ipse. ibi prosequitur. Et decisionem Pet. de Ancha. late comprobat Alexan. qui in simili casu consuluit
12 in cons.xcvij.principalis dubitatio. lib.j.vbi concludit, † non valere statutum quod imponit pœnam filijs cõtrahentibus matrimonium sine cõsensu patris, quia a tali statuto aufertur libera facultas contrahendi matrimonium.l. cum tale.§. rescriptum est supra de conditionibus & demonstrationibus, vnde sicut nõ valet statutum quod tali casu prohiberet matrimonium, pariter non debet valere statutum quod pœnam imponit contrahentibus matrimonium, quia vbi non potest aliquid directo & principaliter prohiberi non potest etiam conditionaliter & per indirectum prohiberi, vt not. Bartol. per illum tex.in l. Seius & Augerius supra ad leg.Falcid.& per illum text.dicit Bald.in l. prima C. de indic.vidui.tol. quod si non valet statutum prohibitotum, ergo nec pœnale, quia pœna legis nunquã potest incipere a permissis. argumen.l. ab administratione.C.de legib. Et not.etiam Bald. in l.omnes populi.colum. sexta versicu.sed nunquid statutum inualidum supra de iusti.& iur.dicens, quod qui non potest disponere simpliciter, non potest disponere pœnaliter. Et quod in adiectione pœnæ maior potestas requiritur, quam in dispositione principali. Et in proposito bene facit gl. in not.in capitulo de tutelis.xxxvj. quæstione secunda in glo. fin.quæ voluit quod sicut non valet prohibitio legis ciuilis quę prohibet mulierem raptam matrimonium contrahere cum raptor capitulo penultimo.de rapt. ita pariter non valet dispositio iuris ciuilis quæ pœnam imponit mulieri contrahenti matrimonium cum raptore, quia cũ prohibitio cessat, etiam pœna cessare debet, vt gloss.ibi dicit. Et ista ratio pariter in casu nostro concludit.

13 † Vnde concludendum est, quod pœna exhæredationis imposita a iure ciuili non habeat locum.

Non obstant allegata supra in contrarium, quia responsio ex supradictis colligitur. Nam dictum Paul. de Castr. in d.l. si filia non est verum, & contrarium tenent Pet.de Anch.& Abb. in consi.supra alleg. Et rationes contra Paul. sunt efficaces, vt patet ex prædictis.

Non obstat tex.in l.iij.§.si emancipatus de contratab.quia vt dicit Bart.ibi,ille text.hodie non habet locum & not. Imol.in cap.accedens col.fi.ver.& per prædicta de procu.Alexã.in l.j. col.x.supra sol.matri.

14 † Et quamuis plerique dicant, quod filia etiam hodie possit
a exhæredari duobus [a] concurrentibus, videlicet quod sine consensu patris contrahat matrimonium, & cum turpi persona vt gloss.sentit in capitulo de raptoribus 36. quæst.j.versicu.excusata in fin.vt not.Bald.in l. nec filium.C. de nupt. & in l.si pater

a Duobus.Hãc sequebatur Soci.in tract.fallẽ. in regu.281. de quo vide Ias.in auth. sed si post C.de inoff.test. vbi refert oẽs tenentes hanc opi.finaliter tamen tenet cum do. Philipp.hic Hie.Cu.

ser. C. de sponsa. Anto. de Butr. in dicto cap. accedens. de procur. Et Pet. de Ancha. in consi. xxj. supra alleg. colum. secunda hoc haberet locum secundum iura antiqua & ita Doct. loquuntur in locis præalleg quia allegant text. in dicta l. tertia. §. si mancipatus. sed hodie ille. §. est correctus, vt supra dictum est. Et quia secundum iura canonica quæ attēduntur hoc non videtur verum, quia matrimonium a iure ciuili prohiberi non potest, nec pœna imponi potest, per ea quæ supradicta sunt, quæ omnia habent locum etiam si cum turpi persona contractum sit matrimonium, quia est defectus potestatis, vt supra dictū est. Et ista etiam ratio militat concurrentibus his duobus cū iura ciuilia in tali materia non habeant potestatem.

Non obstat dictum Bar. in d. l. adijcimus. de murileg. lib. xj. quia non est verum per supradicta. & contra Bar. tenet Ioan. de Plat. in d. l. adijcimus. vbi allegat Ioan. Andr. in d. c. statutum. de hæreti. in vj. cuius opin. communiter tenetur ut Alexan. concludit in dicto consi. xcvij. lib. j. vbi alios plene refert in iij. colum. & latius scribit Francis. de Curte in cons. xxvij. in j. dubio supra alleg. Et hoc modo etiam respondetur ad alia supra alleg. in contrarium.

Et sic ex omnibus supradictis conclusio est, quod filius qui accepit vxorē sine consensu patris, propter hoc nō potest exhæredari. Et pari ratione non potest priuari alimentis, quia rationes superius alle. etiā militant in alimentis. † & quia a pari [a] procedunt, exhæredatio & priuatio alimentorum, vt not. Barto. in l. si quis ex liberis. §. si quis ex his. versi. idem iudex in ver. detuleras supra de liberis agnoscen. Et idem Barto. in l. diuus supra de paricid. in l. fi. C. de alen. lib. in princ. & per glo. in. §. siue igitur. in verbo, habere. in authen. vt cum de appel. cog. & idem Bart. in tract. de alimen. col. ij. versi. quæro an ex causis. & Abb. in c. cum haberet. col. fin. de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adul. Ex his expedita sit ista l. 15

a Pari. Idem Alexan. consil. 203. lib. ij.

## In l. Verum est. Argumenta.

1 *Factum non potest non esse factum.*
2 *Virginitas amissa semel nunquam recuperari potest.*
3 *Facta per fictionem infecta iudicari possunt.*
4 *Mortuus potest quandoque fingi viuus.*

## REGVLA XXXI.

VERVM *est neque pacta, neque stipulationes,*

factum

*factum posse tollere. quod enim impossibile est, neq; pacto, neq; stipulatione potest cõprehendi, vt vtilem actionem, aut factum efficere possit.*

1 NOTA † quod impossibile est factum non esse factum, ad idem text. in l. in bello. §. facte in princip. supra de capt. in l. si ita quis supra de euict. & in l. prima. §. si vir supra de acquiren. posses. & in authen. de æqual. dot. §. i. versicu. quæ igitur. vbi dicitur, quod enim factum est, infectum manere impossibile est, adeo quod nec Deus ipse facere potest, quod illud quod sit factũ non sit factum, vt not. Bartol. in l. non dubium. colum. iiij. C. de legi. vbi allegat text. nostrum hic & idem not. Bald. in l. fi. ver. his autem factis. C. de legi. & in l. ex his in fin. C. de testa. mil. late tradit Soci. inferendo ad pulchram quæstionem in consilio cij. in præsenti consultatione. Et facit quod not. Bald. in l. eam quam colum. x. versic. circa quintum. C. de fideicom. Et ideo di-
2 cit tex. in l. prima. in princ. C. de rapt. virg. † quod mulier corrupta & violata restitui, non potest. Et glo. ibi in versic. non potest dicit quod etiem Deus facere non potest quod illa quæ fuit corrupta non sit corrupta, licet enim omnia Deus possit, suscitare tamen virginem non potest post ruinam, vt dicitur in c. si Paulus. xxxij. quæst. v.
3 † Et istud verum est veritate inspecta: sed per viam fictionis
a facta pro infectis [a] haberi possunt, quantum ad effectum iuris, vt not. Bartol. in l. non dubium. colum. quarta & est gloss. notabilis in clemen. prima de immuni. eccle. in versicu. pro infectis. cum simi. vt dixi. in c. fin. colum. fi. in fin. de consti. Et ad idem tex. in l. non dubium. C. de legib. vbi pacta contra leges pro infectis habentur.

a Infectis. Scilicet illis quæ sunt iuris positiui.

Nec obstat, quod est impossibile quod factum nõ sit factum, vt dicitur ibi, impossibile est. cum simi. supra alleg. non videtur quod per fictionem contrarium induci possit, quia fictio nõ habet locum super impossibili, l. qui ad certũ. vbi Bart. supra loca. l. certe. in prin. supra de præcar.

Quia respondetur. vt declarat Bart. in l. sub conditione supra de sol. colum. j. lex non potest fingere illud quod est impossibile in suo genere, vt quod filius sit maior patre, vel quod furiosus consentiat, sed bene fictio habet locum in eo quod est impossibile in aliquo casu particulari, Et satis est quod possibile sit in suo genere.

4 † Vnde fingitur quandoque, quod ille qui mortuus est, viuat. l. fin. supra de vaca. muner. in princ. l. bello admissi. supra de excusa. tutor. Et licet impossibile sit quod mortuus viuat, satis est quod possibile sit in genere quod homo similis viueret, vt latius declarat Bartol, in l, si is qui pro emptio. columna. xv.

versi. tertio principaliter quæro supra de vsucap. Et Alexā. refert in d. l. j. §. si vir. de acquiren. posses.

## In l. Quod attinet. Argumenta.

1 *Seruus tabellionatus officio fungi nequit.*
2 *Argentarij officium publicam causam habet.*

## REGVLA XXXII.

*QVOD attinet ad ius ciuile, serui ꝙ nullis habentur, non tamē de iure naturali, quia quod ad ius naturale attinet, oēs homines æquales sunt.*

De ista regula dictum fuit in l. in personam supra eodem, solum adde, quod seruus † non pōt esse tabellio. l. generali. [a] C. de tabu. lib. x, obstare tñ videtur, quia seruus potest esse argētarius l. prætor ait. §. sed & si seruus supra de eden. † Et tamen officiū argentarij publicam habere causam, vt dicitur in l. argentarius. in prin. supra de eden. potest dici ꝙ tex. in d. l. generali, ꝓcedat ex noua prouisione illius legis, quia text. dicit, deinceps, & sic cætero. vnde videtur præsupponere quod secundū iura Digestorum potuisset seruus esse tabellio, & ad istam regulam, vide aliā regulam quæ habetur infra eo. in l. in omnibus officijs. 1 2

a Generali. Vbi latissime Ioā. de Plat. & qua pœna puniatur dominus ꝗ permittit seruum sumere tabellionis officiū ibi i prin. H, C.

## In l. In eo quod Argumenta.

1 *Damni & lucri alia & alia est ratio habenda.*
2 *Hæreditatis titulus, censetur lucratiuus.*
3 *Hæreditas tunc lucratiuā cām habet quando soluēdo est.*
4 *Lucratiua causa dicitur à lucro originem trahens, licet damnum afferat.*
5 *Lucrum dotis factū à marito an dicatur ex cā lucratiua.*
6 *Lucrum vt vere dicatur causa immediata attenditur.*
7 *Donatio quare inter virum & vxorem prohibeatur.*
8 *Cā lucratiua uel onerosa qualiter ab origine sit iudicāda.*

## REGVLA XXXIII.

*IN eo quod velis qui petit, velis à qua petitur lucri petiturus est, durior causa est petitoris.*

De

De ista regula videbimus infra eo. in reg. l. in pari. vbi melius cadit.

Sed quantum ad causam lucratiuam, de qua loquitur iste
1 text. sciendum est, quod † sæpenumero alia ratio damni, & alia ratio lucri habetur in l. Proculus in fin. supra de damni. infect. l. si is cui. §. fina. supra de fur. l. fina. §. licentia. C. de iure deliber. l. fina. C. de codicil. l. qui autem. in princip. supra de his quæ in fraud. cred. l. cum hic status. §. si maritus supra de dona. inter virum.

Et hoc intelligitur nisi lucrum radicatum sit, quia de tali lucro idem quod de damno iudicatur, vt per gloss. in l. prima. §. si quis propter. in versicu. in integrum restitutione supra de itin. actuque priua. & not. Bald. post Cyn. in l. cum te. C. de donation. ante nup. Bald. Ange. & Imo. in l. non amplius. §. j. supra de leg. primo. cum similibus vt tradit ibi Alex. & in l. 3. supra de dam. infect. in princip. in l. 2. §. si. supra qui satisd. cog. & in l. cum emptor supra ad legem Fal. & in consi. 89. viso pũcto. col. pe. lib. 2.

Et de lucro agitur, & causa lucratiua, dicitur quando agitur de hæreditate & donatione causa mortis, vel inter viuos. vel de relictis in vltima voluntate. l. prima. §. lucratiuas vero. C. de impo. lucr. descrip. libr. decimo facit text. in l. si hæreditatem supra mand.

2 † Et quod titulus hæreditatis dicatur lucratiuus, probatur in l. inter stipulantem. §. si rem. de verborum obligatione in l. fin. §. pen. C. de codicil. in. §. si vero expectet. vbi Angel. in authenti. de nup. & not. Alexan. in consi. cij. super eo de quo quęritur. colum. penulti. lib. 3.

Et hoc habet locum non solum in hæreditate extranei, sed etiam in hæreditate ascendentis. text. cum gloss. in l. si emancipata. C. de iuris & fac. igno. Et ita hoc ampliando Alexand. dicit in d. l. inter stipulantem. §. si rem.

3 Et de hæreditate intelligitur, † quando hæreditas est soluendo, tunc habet causam lucratiuam, alias secus, vt not. Alexand. post Dyn. & Ange. in dicta l. inter stipulantem §. si rem per. l. si seruus legatus. §. item si domino. de leg. i.

Et hoc videtur verum quando a principio constat hæreditatem non esse soluendo, prout loquitur text. in dicto. §. item si
4 domino. alias secus videtur, † quia quando causa trahit origi-
a nem [a] a lucro, licet quandoque damnum afferat, lucratiua dicitur gloss. not. vbi Imo. in l. si duo. de acqui. hæredit. in gloss. pen.
b Similiter quod acquiritur ex causa pœnæ [b] acquisitum dicitur ex causa lucratiua, vt not. Barto. in l. Mæuius. §. duobus colum. penult. de leg. 2. idem Bald. in l. nec damnosam in 2. opp. C. de præci. imp. offe. facit text. in l. seruus ea lege. in fin. supra de ser. expo. & quod not. Bald. per illum text. in l. milites. in fi. C. de testa. mil.
6 Similiter acquisitum in ludo [c] dicitur ex causa lucratiua

a Origine. Vide infra. nu. 8.

b Pęnę. l. apud Celsum. §. autoris. iuncta gl. in verb. noxa supra de dol. excep. Alex. l. cum mulier. col. ii. in fi. supra so. matrimo.

c Ludo. Andr. Tiraque. repe. l. si vnquam. in verbo. donatione largitus. nu. 272. C. de reuoca. donat.

acquisitum, vt not. Bal. in d.l.i.circa fin. in versi.extat quaero. C.si quid in fraud.patro.

Et acquisitum modico pretio, dicitur acquisitum ex causa quasi lucratiua.glo.not.in l. apud Celsum.§.de autoris.in versi. causa. supra de excep.doli.

5 † An autem lucrum dotis quod facit maritus ex forma statuti dicatur ex causa lucratiua? gloss. not.in l. si donatarius.§. i.in versicu. duntaxat. supra de conditione ob caus. tenet quod non.[a] Sed ex causa operosa acquisitum dicitur, quia propter onera matrimonij acquiritur & Bald. ibi & docto.alij communiter sequuntur, vt Alexand.ibi dicit. a

a Quod non. Dec.consi. 343. nu.4. And. Tiraq.repeti.d.l. si vnquam versi. donatione largitus.nu.187.

Et idem Bald.in l.cum multa. C.de donatio.ante nup.col.2. in authen.praeterea.colum.penul.versi.praeterea non est verum. C.vnde vir.& vxor.& in l.hac aedictali.col.3.C.de secu̅.nup. & idem Bald.in consi.lxiiij.duo sunt lib.3. in fin.& est bonus text.in l.i.§.lucratiuas.versi.si vero.de impo. lucra. descriptio. lib.x.

Sed tamen aduertendum est, quod praedicta videntur procedere inspecta causa remota. Sed causa proxima & immediata huius lucri est vir ipse & matrimonium. vt not.Bald.in Auth. ex testamento.co lum.x. oppo.13. in fin.C.de collat.Etp ro dicto Bald.est text.in l.cum quis.supra.de do.praeleg.in.§.primo vbi,dicitur quod matrimonij causa id lucratus est. & per illum text.hoc trad.Bald.nouellus in tract.de dote.in vj.parte.in 37. priuilegio.colum.tertia. Et ista causa proxima attenditur, vt no. Bald.in d.authen.ex testamento in loco praealleg.alleg.l.sed & si plures.§.in arrogato.supra de vulgari.

6 † Et ista ratione.quia causa immediata atte̅ditur, tale lucrum dotis aduentitium dicitur vt not.Bart.in l.si cum dotem.§. tra̅sgrediamur. in fin. supra solu. matrimo. per text.in l.prima vbi Bald.in fin.C.de bon.quae lib.idem Bald.in l.si donatarius.§.i. in princip.ff.de condi.ob caus.

Et certe cum tale lucrum marito acquiratur, immediate absque aliquo onere ex causa lucratiua acquisitum videtur, quia causa onerosa dicitur quando onus est causa acquisitionis, vt in emptione contingit l.apud Celsum.§.de authoris.versicu.si quis autem.ff.de excep.doli. Et ideo in dote dicitur causa onerosa.l. ex promissione.supra de actione & obligatione quia dos datur pro oneribus.C.de iure dot. l. dotis fructus supra de iure dot.l. dotem.supra de cast.pec.

Non sic videtur in tali lucro statuti quod marito defertur quia ipse etiam absque tali lucro cogebatur onera matrimonij subire; & videmus quod tale lucrum acquiratur etiam marito qui onera matrimonij non sustinuit, vt not.Barto. in l. nihil.ff.re.amot. Bald.in l.Deo nobis per illum text.C. de epis. & cle.i̅n l.non sine.C.de bonis quae lib.cum simi.

Et quod tale lucrum ex causa lurcatiua dicatur procede-

re,expresse tenet Ang. in authen. de nup.§ adscriptio. Et ad
7 hoc facit, † quia donatio est prohibita inter vir.& vxorem.
quando donans pauperior efficitur,non autem si lucrum remittitur.l.sed & si vir.§.quod legaturus.l.cum hic status.§.si maritus.el ii.versi.similes.supra de do.inter virum.

¶ Et ideo tale lucrum remitti potest vxori per maritum,quia causam habet lucratiuam,vt not.concludit Andre,Sicu.in cōs. lix.illud in medio.col.ix.lib.ii.idem dicit Alexan.in l.si socer §.Lucius, supra sol.matri.& idem concludit. Socinus in consi. cxiiii. viso testamento.col.ii.ver.ad secundam rationem.

¶Et ex decisione istorum concludendum est,tale lucrum statuti procedere ex causa lucratiua,attenta causa proxima quę inspicitur, vt dixi.Et alleg.supra in contrarium possunt habere locum considerando causam remotam quæ non attenditur. l.socium qui in eo. supra pro socio.

¶Nō obst.ꝙ causa lucratiua vel onerosa debet iudicari ab origine,secūdum gl.in d.l.si duo.supra.de acqui.hære.Qui a illud procedit quando causa de sui origine & natura habeat causam lucratiuam.Nam licet accedentaliter damnum occurrat, non attenditur prout est in hæreditate,de qua illa gl. loquitur non sic videtur in lucro statuti quod de sui natura causam habet lucratiuam per supradicta.Et ideo secundum principalem eius naturam iudicari debet, arg.l.si quis nec causam supra si cert.petat.

## In l. Semper in stipulationibus. Argumenta.

1 *Acta a partibus attendi debent in contractibus.*
2 *Propositum nihil operatur si in mente retineatur.*
3 *Verba non sunt curanda,vbi mens disponentis est aperta.*
4 *Animis hominis ex ipsius cognoscitur loquela.*
5 *Actum id præsumitur quod tacite subintelligitur.*
6 *Actum etiam esse dicitur quod ex rei qualitate colligitur.*
7 *Consuetudo attenditur si quod actum est non intelligitur.*
8 *Contractus secundum loci consuetudinem attenditur, si contrahentis mens ignoretur.*
9 *Doctor secundum consuetudinem studij præsumitur conduci. Notarius præsumitur rogatus ad clausulas consuetas.*
10 *Consetudo qualibet cuiuslibet consuetudinis regula esse debet.*

11 *Clausula codicillaris præsumitur apposita de uoluntate testatoris.*

*Notarius in instrumento dotis hypotecam apponere potest.*

12 *Pœna quando contractui posit adyci.*

13 *Iuramentum quare posit in contractu apponi.*

14 *Contractus secũdum quam consuetndinem extẽdi posit.*

## REGVLA XXXIIII.

*SEMPER ĩ stipulatiõibus et ĩ cæteris cõtractibus id sequitur ꝙ actũ est. et vnde si non appareat qd actũ est, cõsequẽs erit ut id sequamur ꝙ in regione ĩ qua id actũ est, frequẽtat. Quid ergo, si neq; regionis mos appareat, qa uarius fuit? Ad id quod minimum est redigenda summa est.*

¶Nota † ꝙ cõtractibus primo attenditur quod actum est a partibus ad idem text. in l. sed Celsus. §. si fundus de contrahen. emp. vbi dr̃, ꝙ in contractu potius id ꝙ actum est, quã id quod dictũ est [a] sequi debet. Et in contractibus veritas rei potius quã scriptura pspici debet: vt dicitur in l. j. C. plu. val. quod agi. & in l. iij. eo. tit. vbi dr̃, non quod scriptum est: sed quod gestum est inspicitur. Iustum est enim voluntas contrahentium magis, qua verborum conceptionem inspicere, vt dr̃ in l. fina. in princ. C. quæ res pign. oblig. poss. ad idem tex. in l. in conuentionibus, supra de verb. sig. in l. promittendo. in prin. supra de iu. do. 1 2

a Dictum est. Quid in matri. mon. vide text. & ibi not. in c. tua nos de spõ. sa.

¶Et prædicta procedunt quando constat de voluntate, & apparet quod actũ est, vt hic dicitur. Secus si non apparet; quia tunc plus valet scriptura, quam quod actũ est l. si alii in fine supra de vsufructu. legat. qui text. ita intelligitur, vt declarat Bart. post glo. in l. in ambigno. supra de rebus dubiis.

¶† Et rõ est, quia propositũ in mente retentum nihil operatur. l. si repeten. C. de condi. ob caus. Et non sufficit testatorem ita voluisse nisi disponat l. quidã cum filium, vbi Bald. & Imol. supra de hære. instit. 3

¶Et est cõis doctrina: ꝙ † receditur a verbis quãdo aliter constat de mente disponentis, vt not. in l. non aliter. in prin. de legat. iij. & late tradit Bar. in l. non dubiũ. col. ii. versi. secundum dubium est. C. de le. Bal. in leg. iurisgentiũ. §. pactorum. supra de pact. Ang. in cons. secũdum præmitto primo. col. ii. Are. in cons. 56. viso puncto. col. i. Alexan. in consi. 116. animaduersis statutis col. ii. lib. ii. Sic ergo si nõ apparet quod actũ est, non est 4

recedendum a verbis, & actum videtur quod ex verbis colligitur quia videtur quis habere voluntatem prout verba sonant l.Labeo.§.item Tubero.de supel.leg.& in l.nepos. Proculo. de verbo. sig. & id loquitur quod ex his quae significantur sensit, & ideo a verbis contractus non est recedendum.l. si quis stipulatus sit Stichum, de verb.obl.l.fideiussores,magistratuum supra de fide,quae iura ad hoc alleg.Pau. de Cast. in consi.227. super j.& in consi.161 in praesenti causa ad idem tex.in l.fina. C.communia vtriusque iudi.vbi tenor stipulationis inspicitur. Et in stipulationibus verba ex quibus obligatio oritur,inspicienda sunt l. si ita stipulatus..§. Chrysogonus.in fin.ff. de verbo. obligation.

4 †Et ex loquela hominis eius animus iudicatur. vt not.Bal. in l.sed & reprobari in princ.supra de excu.tuto.Et verba contractus sunt forma contractus quae forma dat esse rei, vt not.Bal. in l.quoties colum.ii.C.de suis & legit.& nullum est magis nostrae mentis testimonium , quam qualitas inspecta verborum vt no.Bal dicit in c.j.de test. cum si.vt tradit And.Sicu. in consi. lvj.col.pen.lib.iii.& in consi.xlii.col.iii.in eod.lib.

5 †Similiter actum videtur etiam illud quod tacite intelligitur,vt no.Bar.hic per l.cum quid.ff.si cer.pe.vbi hoc probatur in his quae sunt de natura contractus illud tamen non videur proprie ex conuentione contrahentium, sed potius ex prouisione legis,quia tex.ibi dicit , agi intelligitur.& pro cauto habetur.& declarat illum tex.Aret.in l.iiii.§.Cato.col.xiiii.de verbo.obli.facit quod no.Barto.in l.cum stipulatus de ver.obliga. vbi concludit quod obli. ad interesse quae tacite in obligatione facti intelligitur,non dicitur ex dispositione hominis,sed le.

6 †Item actum videt illud quod ex qualitate rei colligitur, vt notat Bar,.hic post gloss.not.ad idem glo.& ibi Barto.in l.i.§. qui superficiem.ff. de superficie. in verbo, agendo,quae dicit.ꝙ ex qualitate praetii colligitur an fuerit venditio vel locatio, vt no.Bar.in l.patronus.§.j.col.ij.de lega.iij.Pet.de Anch.ĩ cõsi. 403.pluribus rationibus.col.ii. Alexand.in consi.26.consideratis verbis,lib.iiii. & Aret. in consi. vj. viso instrumento visionis col.pe.Et qñ in fine instrumenti dicitur actũ in tali loco uerbũ illud,actum rem perfectam significat.Paul. de Cast.in consi. 204.ad primum quaesitum.Bal.in l.quod sine,C. de testamen.

7 † Secundo colligitur hic , quod in contractibus si non apparet ꝙ actum sit secundum supradicta,recurritur ad consuetudinem , videtur tamen ꝙ in primis consuetudo ipsius contrahentis inspiciatur.l.vt vniuersorũ supra de pign. act. l.qui semisses supra de vsur. & in l. haeredes palam.§. si quid post & in fine ibi ex consuetudine patrisfamilias vel regionis supra de test.& in l.si seruus plurium .§. de leg.j. ibi. ante omnia ipsius patris familias consuetudo,deinde regi.

Vnde concessio facta ab ecclesia , videtur facta secundum

consuetudinem ecclesiæ concedentis. vt not. Alexã. in consi. 124. consideratis his col. ii. lib. v.

†Et consuetudo vltima attenditur. l. Mela. §. qđ ergo de alim. & cib. lega. & tradit Alexa. in consi. v. si vera sunt col. fi. lib. v. 8

Sed cessante consuetudine contrahentis, secundum consuetudinem loci contractus interpretatur. vt hic dicitur, ad idem tex. in l. qđ si nolit. §. qui assidua supra de æ dil. edict. in l. si fundus supra de euict. in l. si prius. §. placuit supra de aqua pluuia arc. & in cap. cæterum de dona. & not. Bart. in l. fi. in princi. supra de his quæ in fraud. credit. & in l. si procurator. in prin. supra de iure fisci.

†Et ideo doctor conductus videtur conductus secundum consuetudinem studii, vt not. Barto. in l. nemo est qui nesciat supra de duobus reis. Et magistratus etiam videntur creati secundum consuetudinem, vt nota. Barto. in l. magistratus in prin. supra ad municip. 9

Et notarius rogatus videtur vt apponat clausula cõsuetas [a] ut no. Bar. per illum tex. in l. fi. C. de fideiussor. a

a Consuetas. Vide Paulũ de Cas. in l. j. ff. de iur. om. iud. & latissime per Alex. in l. si finita, de dam. infec. Barb. in cõsil. 9. col. pe. in 4. volu. & Ias. in l. Gallus. §. idem credendũ de lib. & posth. & d. Phil. in c. cũ M. hic allegato col. 2. in 5. not. Hie. Chuc.

†Et generaliter quælibet dispositio recipit dispositionem a consuetudine; vt est dictum Inno. in c. olim. de verb. sign. & sequitur Abb. in c. certificari. de sepul. cum si. vt late congerit Fel. in c. cum M. col. 3. & 4. de constit. 10

†Et prius Alexan. in l. huiusmodi. in prin. de leg. j. & in consil. 27. in causa & lite lib. ii. & in consi. 107. pro inuestigatione. col. penul. lib. 2. & in consi. 37. viso dicto instrumento. colum. ii. libr. i. Et do. Andr. Sicu. in cap. quo ad translationem, char. 3. de off. leg. & in consi. v. col. pen. lib. j. & in consi. 7. col. 9. & in consi. 14. colum. penul. & in consi. xxxvii. colum. v. in consi. 51. col. 3. in 3. li. Et adde tex. in l. item eorum. §. decuriones ibi, secundum consuetudinem locorum & idem not. tradit Bart. in l. Paulus. la. i. in prin. supra de sal. & not. Ange. in consi. 85. ex themate Bald. in l. ita demum. §. fin. supra de arb. in l. si certis annis colum. 3. vers. credo autem col. fi. C. de pac. Ro. in consil. 94. visis his col. fin. & Ang. in consi. 184. ex forma & seriе. colum. j. in fin. vbi alle. tex. nostrum hic, & Bald. in consi. 196. tres sententię. lib. j. Cuma. in consi. 2. proponitur col. 2. & Soc. in consi. 94. præstantissimi. col. 3. 11

Ex prædictis infertur, quod clausula codicillaris videatur apposita de voluntate testatoris, ex quo consuetum est quod apponatur, contra Bar. in l. j. in 6. q. supra de iur. cod. ita And. Sicu. concludit in d. cap. quo ad translationem de off. delega. & Alexand. in consi. j. colum. 9. in prin. libro 5. & facit quod no. Bald. in l. i. col. fi. supra sol. ma. in ver. sed ponamus contrahentes vbi dicit, ꝙ notarius potest instrumento dotis apponere hypothecã de qua contrahentes nihil dixerunt quia videtur rogatus vt apponat clausulas quæ sunt de natura contractus.

Et pari ratione videtur, quod† pœna apponi possit in con- 12
tractus

tractus, quia consuetum est quod pro obseruatione contractus pœna apponatur.

a Contrarium [a] tamen decidit Bald.in l.si duo patroni.§.si quis iurauerit.de iure.in princ.in versi.non tamen præsumam pęnam vbi dicit, quod pœna non præsumitur etiam sub dictione, & cætera, quia non est vniformis. & Socin.sequitur in l. Gallus.§. item credendum,colum.ij.de liber.& posthum. Adde quod contrarium Angelus dicit in l.ii.supra de iurisdict. omnium iudicũ. in princi.versi. potest & aliter exemplificari. vbi inquit, quod ille qui habet potestatem vendendi bona fiscalia, potest apponere omnia pacta pœnalia secundum mores regionis. & idem Abbas dicit in cap.secundo de præcar. vbi loquitur in mandato ad pacem faciendam. Et hoc potest procedere quando esset consuetudo vniformis circa pœnam.

13 †Et pari ratione idem videtur quod ratione cõsuetudinis apponi possit in contractu iuramentum.

Sed non est verum, quia iuramentum requirit formalitatem verborum, & specificam expressionem.vt nota Abb.post Ant. de Butr. in c.pen. de iureiur. & prosequitur Socin.in d.§.idem credendum.

Et pari ratione idem videtur quod ratione consuetudinis in contractu venditionis apponi possit constitutum. Sed contrarium in hoc Alexand.concludit in consil.xxxviii.viso & præhabito lib.ii.

Et in effectu videtur quod supradicta intelligantur in his,quę sunt de natura contractus, secus videtur in aliis vt no.Alexã. in consi.præalle.vnde in substantialibus non fit supplementum a consuetudine, vt nota Ioan.Andr. in titu.de instru. edi.§.instrumentum colum.3.versi.quod si a contractibus. & Ange. in l.licet.C.loca.

14 Et vlterius notandum est, † quod illa facultas extendendi contractum secundum consuetudinem loci, habet locum in notario qui rogatus fuit.Secus [b] est in eo cui alterius rogitus committuntur.quia ille nihil potest exprimere, nec declarare, cum officium eius sit transcribere,& non addere,nec interpretari.ut not.Bal.dicit in rub.C.de fide instr.in col.6. in ver.quarto quęritur.Quod tamen non videtur procedere sine dubio, quia ista interpretatio quæ fundatur in consuetudine non adhæret personæ notarii qui rogatus fuit: & ideo videtur quod etiam per alium notarium fieri possit, [c] ex eo quod no.Barto.in l.argentarius.in princip. supra de edend. & Alexand. ibi specialiter hoc dicit.

Vltimo notandum est ad supradicta,quod ista consuetu. interpretatiue non requiritur quod scripta sit, vt not. Aretin.in consilio xi.procedendum & in d.cap. cum M.vbi all. Anto. de Butr.qui hoc dicit in cap.fin.de consuet.in v.char.in versi. ex his

a Contrarium & bene facit supra eo. l.cõtractus.nu.13.

b Secus idem Alex. conf.163 colum.fin.lib.7. Hippol. Marsi. sing.123. Dec. l.vt liberis. col. 3.C.de colla.

c Fieri possit Vide latissime per do.Bart. in consi.ix. in pe. col. in 4.volu. & Ias.in l.Gallus.§. idem credendum de liber. & posthu. Hie.Chu.

his dicit Nicolaus de Mata. Et idem Alexand. in consi. 107. pro inuestigatione, colum. pen. lib. ij.

## In l. Nihil tam naturale Argumenta.

1 *Cōsensus in dissoluē do requiritur cuius, & in cōtrahē do*
2 *Testes tot in reprobando testamento requiruntur, quot in probando.*
3 *Solutio debiti si citra instrumētum probari nequeat, nec ipsum debitum.*
4 *Donatio hodie fieri potest pacto nudo.*
5 *Actus si quid cum fit, requirit, idem cum dissoluitur necessario exigit.*
6 *Testamentum primum ad pias causas factum corā septē testibus an tollatur per secundum coram duobus factū.*
7 *Spiritualia facilius construuntuntur quam destruatur.*
8 *Matrimonium facilius contrahitur, quam dissoluatur.*

### REGVLA XXXV.

NIHIL *tam naturale est quam eodē genere quodq; dissoluere, quo colligatū est. Ideoq; verborū obligatio uerbis tollitur nudi cōsensus obligatio contario consensu dissoluitur.*

a Res Vide Iason. in l. quēadmodum de ac. qui. poss. in l ii. not. & Bar. in l. actor supra rem rat. hab. pe. col. & Ias. l. j. C. qñ nō pet. par. col. v. versi. quintodecimo. &c. Hie. C.

b Debet. Hippol. Marsi. singu. 669.

ISTA regula etiam habetur in cap. j. extra eo. tit. vbi dicitur, quod omnis res [a] per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur facit text. in §. fina. instit. quib. mod. tol. obli. & in l. i. C. quan. lic. ab empt. disce. & in l. prout quisque supra de sol.

Et ideo † cuius consensus in contrahendo requiritur, eiusdem etiam in dissoluendo interuenire debet [b] authen. cōtra si filij. C. de reud. in fin. & ibi Barto. 1

† Et quot testes requiruntur in probando testamentum, pariter tot requiruntur in reuocatione testamenti, vt not. per glo. fin l. cum proponeretur. de leg. secundo vnde si ex forma statuti legatum potest probari duobus testibus eodem modo reuocatio legati poterit duobus testibus probari, vt not Bald. in l. fin. colum. fin. versic. ex hoc infero. C. de fideicom. & sicut collatio beneficii potest probari testibus, pariter renunciatio 2

a renunciatio beneficii testibus probari poterit [a] vt not. Bald. in l. ii. in fi. de restit. spol.

3 ¶ † Et si solutio debiti non potest probari nisi per instrumentum ex forma statuti, pariter idem erit in contrario vt scilicet in debito quod non poterit testibus probari, secundum Pet. de Ancha. in consi. 351. in quæstione.

¶ Et si contractus est bonæ fidei, pariter & distractus erit bonæ fidei. leg. ab emptione, vbi Bartol. supra de pactis. Et sicut

4 † hodie pacto nudo donatio fieri potest l. si quis argentum. C. de dona. sic etiam nudo pacto resolui potest; vt not. per gloss. & doct. in d. l. ab emptione.

¶ Et sicut pignus solo consensu contrahitur l. j. supra de pigno. actio. ita etiam solo consensu resoluitur. l. pen. C. de pigno. not. pen. glo. in l. si tibi. §. de pignore supra de pactis.

¶ Et si tenuta data fuit de facto parte non citata, pariter non citata parte potest reuocari; vt not. Bart. in l. si pacto quo pœnam. C. de pac. facit quod no. per gl. in l. minor. in ver. Seius supra de euictio. cum simi. vt tradit Alexand. [b] in d. l. si pacto

b quod pœnam in vlt. not.

5 ¶ † Et omnia supradicta procedunt quando in conficiendo

c actum de necessitate aliquid requiritur [c] nam tunc etiam in reuocatione illud adhiberi debet. Secus si vltra necessitatem ex abundanti aliqua solennitas adhibita sit: quia tunc illa solennitas non est necessaria in reuocatione vt not. declarat Bart. in l. hæredes palam §. si quis post, supra de testam. vbi inquit, quod dum ibi dicitur, quod in mutatione testamenti omnia ex integro facienda sunt, intelligitur omnia quæ de necessitate fieri debuerint. Quid enim si in primo testamento fuerunt decem testes nam satis erit reuocare testamentum coram septem. Et ideo consuluit Paul. de Castr. in consil. 262. dubium

6 facit in supradicto puncto, quod † primum testamentum ad pias causas factum coram septem testibus tollatur per secundum pactum coram duobus testibus, Et sequitur Alexan. in l. hac consultissima. §. si quis autem colum. fin. per l. ii. supra de iniust. rup. test. Et idem Alex. concludit in consi. 146. viso themate. colum. fin. lib. ij. quia non sunt in consideratione quæ abundant. l. iii. C. de test. & idem Alexan. in consil. 106. viso & diligenter considerato themate. col. ij. versi. quinto adduco quod dicit dom. Anto. in 4. libr. & idem Andre. Sicul. in consil. 43. col. iiii. li. iii.

7 ¶ † Item ista regula non habet locum in spiritualibus quæ facilius construuntur quam destruantur & dicit text. in cap. inter corporalia in prin. de transla. prælator. vnde & ibi dicitur, solus episcopus honorem dare potest; solus auferre non potest.

8 ¶ Et ideo matrimonium facilius contrahitur, quam dissoluatur, vt dicit text. in l. consensu in princip. C. de repud. nam solo

consensu

a Poterit Decius l. cum postea quam in fi. C. de pact.

b Alex. cõs. v. colum. i. libr. ii. Hip. Mars. singu. 195. sin. 320.

c Requiritur. Vide Iaso. post Bal. & Mod. in l. siue apud acta C. de trãsa. col. ii. & eundẽ post Bar. in l. si vnus. §. pactus 8. col. de pact. et in l. more de acqui. hær. & in l. qui iussit, colum. 3. versic. secundo pricipaliter no. de re iud. H. C.

consensu contrahitur c.cum locum de sponsa.l.sufficit 27.quæs. ij.cum simi.vt supra dictum fuit in regula nuptias supra eod. & tamen solo consensu dissolui non potest imo nullo modo: quia quos Deus coniunxit homo non separet.ca.ij.de transla. præla.cap.an quod xxiiij.qõ.iii.& in cap.ex parte de conuer. coniug.

¶Et idem est in baptismo & in ordine.vt no.per glo.in c.i.de reg.iur.quia in istis in quibus imprimitur character spiritualis contrarius actus proprie interuenire non potest:vt Abb. dicit in d.c.i.sicut in virginitate,quæ semel amissa recuperari nõ po test:vt dictum est supra in reg.verum supra eo.

## In l.Culpa est.Argumenta.

1 *Assessor se peritum asserens,de imperitia tenetur.*

2 *Officialis,quæ ad alterius spectant officium attentare nõ debet.*

3 *Procurator uel negotiorum gestor quare dicatur facere quæ ad se pertinent.*

### REGVLA XXXVI.

## *CVLPA est,immiscere se rei ad se non pertinẽti.*

¶SIMILIS regula habetur eo.tit.in vj.in regula, non est sine culpa. [a]†Et exemplificari potest in assessore qui vide tur asserere se peritum: ideo propter imperitiam tenetur l.j. 1 supra quod quisque iuris.

¶Et pari ratione medico imperitia imputatur l.illicitas.§.sicu ti.ff.de offici.præsi.Desiquit enim quis officium alterius vsur pando c.tua nos de homicid.ideo debet,quis ab officio cuius se idoneum non esse cognoscit.cap.non punienda.§.fin.j.q.i. & facit tex.in l.doli mali.§.fi.supra de noua vbi quis non debet es se curiosus de reb.alien.

¶†Et officialis nõ debet se de officio alterius intromittere: vt 2 not.Bartol.per illum text.in l.prouinciis.C.de nupt.actuar. & chartul.libr.xii.& not.Bald.in l.repetita.C.de episc. & cleri. cum simi.vt tradit Andre.Sicul.in consi.xlv.col.iij.libr.iij.

¶Et verbum illud, ad se non pertinenti, tollit contraria de quibus gl.opponit;quia verbum pertinere, latã habet significa tionem l.verbum pertinere de verb.sign.

¶†Vnde illud quod quis facit tanquam negotiorum gestor. 3 vel procurator,vel intuitu pietatis dicitur ad eum pertinere: quia facultas sibi datur a iure, ideo pertinet rationem offi-

cii.

a Culpa. Vbi videas plura excẽpla ꝑ Dy. & latissime per eius ade.& per Io.And.in mercur. vbi ponit q.an testis qui non iuratus se immiscuit ferendo testimonium & falsum dixit quod teneatur pœna falsi. Hiero.Cuch.

cij, vt in tutore & procuratore: & ratione amicitiæ, vt in eum qui alterius negocia gerit, vel ratione humanitatis l.non tantum ff.de appel. Nam hominem affici beneficio hominis interest l. seruus ea l.supra de ser.expor. & not.per Dyn.in d.reg.non est sine culpa, & ibi prosequitur an quis teneatur alium defendere de quo dixi in cap.j.de offi.deleg.

## In l.Nemo qui. Argumenta.

1 *Absoluere nequit, qui damnare non potuit.*
2 *Absoluere quando possit qui damnare nequiuit, & nu 3.*
3 *Absoluere qui pōt ex priuilegio, non statim dānare poterit.*

### REGVLA XXXVII.

*NEMO qui condemnare non potest, absoluere potest.*

a 1 NOTO [a] regulam negatiuā † quo'd qui non potest condēnare non potest absoluere, & isto modo arguit Iurisconsultus in l.solent in princip.supra de offic.procon.& lega.Et ibi Bal. in secunda not.dicit, quo'd qui non potest condemnare condemnando, non potest absoluere absoluendo. Et a contrario sensu, qui potest condemnare, potest absoluere, vt dicitur in l.qui condemnare supra de re iudic.

2 † Et regula nostra hic bene procedit, quando quis non potest condemnare ex defecto iurisdictionis. Secus si non possit condemnare ex priuilegio personæ: quia tunc absoluere potest l. quoties.C.vbi senat.vel clarissi.& Bald. ibi rationem adducit, quia priuilegium non debet nocere priuilegiato.

3 b Secundo † fallit in materia correctoria, [b] quia si tollitur potestas condemnandi, non videtur adempta potestas absoluendi gloss.not.in clementi.j.in versicu.contra eos.de hære.quam ibi Card.Imo.& Abb.sequuntur.licet Soci.& Aret.in rub.de acq. poss.videtur illam impugnare.

Sed pro illa facit, quia absolutio fauorabilior est l.fauorabiliores, infra eod. Arrianus supra de actio.& obligatio.

Vnde licet tollatur potestas condemnandi non videtur eadem ratio quod tollatur potestas absoluendi. Et ad hoc facit, quia licet absens non possit condemnari l. absentem.ff.de pœnis l.absentem.C.de accusa. Si tamen de innocentia constat, absens absolui potest; quia officium iudicis magis exuberat in absoluendo, vt not. Anto.de But.post Io.Andre.in capitu. veniens,

a Noto. Cane. quia Haloander legit: nemo qui condēnare pōt. absoluere non pōt, ꝙ de sema gis arridet, & congruit cum l. qui condemnare sup rā de re iud. tñ oēs codices habēt, vt hic legit Deci.& oēs ita legunt, non ausus sum mutare.

b Correctoria. Vide latissime Ias.in l. qui condemnare de re iudica.in princ. ij.colum.ver.vltra scribentes, &c.& in princ. l.vbi ponit plura exempla ad regulā nostram.

niens. de accusa. & Bartho. Veronen. in consi. xlj. incip. licet in-
uitus. colum. fin.

4 Et pari ratione videmus † quod ille qui habet potestatem ab-
soluendi ex priuilegio, non habet potestatem condemnandi, vt
not. Ioan. Andr. in capitu. canonica. de senten. excommunicatio.
Domini. in d. capitu. cum inferior. xxj. dist. Felin.[a] in capit. non
potest. in prin. de re iud.

a Felin. Quem Vide vbi ponit tres fallentias ad reg. nostrã.

Et secundum superius dicta regula hic declaratur, quia dum
hic dicitur, quod qui non potest condemnare, non potest absolue-
re, procedit vbi sit eadem ratio, prout est quando est defectus
iurisdictionis, quia tunc qua ratione non potest condemnare ex
defectu iurisdictionis, pari ratione non potest absoluere, quia
absoluere & condemnare sunt in eadem specie iurisdictionis, vt
not. Bald. in l. imperium col. 3. versicu. circa tertium punctum
supra de iurisd. omnium iudicum alleg. text. in l. solent. Et ideo
præscripta potestate absoluendi, est præscripta potestas con-
demnandi, secundum Innocen. in cap. dilecto de offi. archidiaco.
sequitur Bald. in l. imperium colum. 4. versicu. circa vltimum,
quia sunt eiusdem speciei, vt dictum est.

Secus vbi potestas condemnandi tollitur in priuilegium, &
potestas absoluendi datur in priuilegium, quia tunc non est
eadem ratio, quod sicut potest absoluere quod possit condem-
nare, vel si non potest condemnare non potest absoluere quia
priuilegium noceret priuilegiato vt dicit Bald. in dicta l. quo-
ties. Et quia inducta in fauorem resultarent in odium, contra
l. quod fauore. C. de legib.

Et ideo in casu gloss. in dicta clementina prima de hære. con-
siderandum est, quod dum ibi dicitur in text. quod tollitur po-
testas condemnandi. gloss. dicit, quod remanet potestas absoluen-
di: quia non mutatur ibi episcopus habeat potestatem condem-
nandi, id est ab soluendi.

Si ergo tollitur potestas condemnandi, remanet potestas absol-
uendi, quia illa potestas condemnandi quæ tollitur, respicit
fauorem rei vt condemnari non possit, vnde non extendi-
tur vt absolui non possit: quia non est eadem ratio. Et tali ca-
3 Sic etiam † admittitur libellus in quo quis dicit sententiam nullam, vel petat restitutionē in integrum cap. constitutus. vbi Abb. de resti. in integ. per illum text. & idem Abb. in cap. cum olim. colum. ij. de priuileg. Et not. solum conditionaliter, vt supra dictum est, sed etiam simpliciter exceptiones contrariæ opponi possunt. Quia in dubio oppositæ videntur disiunctione, vt not. Inn. in cap. in auditis de præscri. vbi Abb. colū. vij. tertio opponitur. Et ideo potest reus excipere, quod soluit, & quod in testamento liberatus sit vt not. Bar. in l. j. C. de fal. causa adiect. leg. in ij. opposi.

4 Similiter † reus potest se tueri ratione præsciptionis & priuilegij desiunctiue, quia de vna exceptione transit ad aliam vt not. per glo. in d. c. auditis. in versic. præscripsisse de præscrip. & bene facit tex. in c. cum personæ. §. quod si tales de priuileg. in vj. & Abb. declarat in cap. abbate colum. ij. de verbo. significa. Et prædicta procedunt in pluribus actionibus contrarijs, secus esset vna exceptione contraria in qua reus non auditur si contrarietatem contineat. l. ij. versic. sed si alius & ibi Angel. supra quando appel. sit & not. Bart. in d. l. nemo facit tex. in cap. solicitudinem de appel. in l. j. C. de furt. & in regula. vbi repugnantia infra eo. cum sim. declarando, vt ibi dicam.

5 Secundo † regula procedit in pluribus exceptionibus quę per reum probari debent & actor non grauatur onere probandi, vt in exceptione præscriptionis, & priuilegij, & pacti de non petendo. Secus si actor grauatus sit onere probandi: vt quia reus negat numeratam esse pecuniam, & etiam se

soluisse

soluisse dicit. Nam istæ exceptiones simul opponi non possunt vt not. Barto. in d. l. nemo.

Sed talis differentia non videtur procedere, quia vt supra dictum est, exceptiones contrariæ. in dubio disiunctiue oppositæ videntur, vt not. Innoc. in d. c. auditis. ergo nihil obstare videtur quominus simul proponi possint, & quia nõ videtur subesse ratio diuersitatis. Nam quãdo reus opponit exceptionem priuilegij & præscriptionis, vt in d. cap. auditis. ipse reus probat vtranque exceptionem, quia habet actor fundatam intentionẽ de iure communi, & ita hoc procedit secundum regulas iuris communis. Et eodem modo videtur quãdo reus negat quod petitur, & etiam dicit se soluisse, secũdum regulam iuris non tenetur probare negatiuam. l. actor. C. de prob. ideo actori onus probandi incumbit secundum ordinem iuris. Et propter hoc non
6 debet magis in isto casu quam in alio reus repelli, † quia negãs regulariter non punitur, nisi in quibusdam casibus specialiter in iure expressis. l. fina supra de rei vendi. in authenti. contra qui propriam. C. de nõ nu pecu. cum simi. ideo quod fit lege permittente, pœnam non meretur. l. Gracchus. C. de adul. vnde sicut in casu præcedenti contraria proponi possunt, ita videtur in casu isto, quia in vtroque casu videtur eadem contrarietas quæ excipiendo admittitur, vt latius dixi in capi. pastoralis. colum. vj. de exceptio.

Tertio regula fallit si lex impediat vt hic dicitur, & exem-
7 pla sunt in glo. † in omnibus casibus in quibus mendaciũ punitur. nã non licet vti pluribus exceptionibus, absque pœna mẽdacij imposita a iure, vt not. Bart. in d. l. nemo. & Ange. in. §. illud. el secundo in authen. de trien. & semis. Et per istam regulã
a videtur dubitabilis decisio, [a] quam tradit Ange. Aret. in. §. fin. col. iij. ver. quæro quid si a princip. insti. de actio. vbi concludit quod debitor qui negauit debitum. si postea conuictus confiteatur perdit beneficium cessionis propter mendacium. & ibi reprobat Salic. qui tenet contrarium in l. j. C. qui bo. ced. poss. nam pro opinione Salic. facit ista regula.

Non obstat qnod dicitur de mendacio quod punitur, quia illud habet locum solum i casibus in iure expressis, quia iure suo quis priuari non debet, nisi expressum sit not. Bal. in authenti. ex testamento colum. pen. C. de colla. per tex. §. cum igitur in authen. de non elig. secund. nuben. & not. per glo. in cap. fin. de iure patro. Et ita arguit Alexand. in consi. ciij. videtur prima consideratione. col. pen. lib. j. Et de ista quæstione not. Bald. in d. l. j. C. qui bon. ced. pos. col. i. vbi distinquit.

Similiter ista regula facit pro eo quod Alex. tenet in l. vinum col. iii. supra si cer. peta. vbi tenet contra Ro. & concludit, quod difficultas excusat a mora etiam post negationem factam, & ad hoc bene facit iste text.

8 Vltimo not. istum text. ibi alia defensione vti. † quod negans

a Decisio. Quæ falsa est, qa iure non probatur. Sed bene pdet, & etiam carcerabitur si interim bona sua in fraudem dilapidauit. l. fin. quæ in frau. cred.

gans dicitur vti defensione vt colligitur ex illa dictione alia, q denotat similitudinem, vt not. in l. si fugitiui. C. de ser. fug. & in l. fina. vbi Bald. C. de his qui a non domino. Et licet negatio dicatur defensio, non tamen proprie dicitur exceptio, vt nota. Bald. in rubri. extra de exceptio. & idem Bald. in l. prima col. xv. versi. restat. C. qui accu. & in l. peremptorias. colum. quinta versicu. quæro, dicit statutum. C. sent. rescin. non pos. declarando vt dixi in dicta rub. extra de except. † Et ideo licet per statutum tollatur exceptio, non tollitur defensio, vt not. Domi. cap. primo in glo. iij. de lit. contest. in vj. cum simi. vt dixi in cap. ex parte, col. pen. de offi. deleg. 9

## In §. Quoties. Argumenta.

1 *Actio certa ex pluribus, quæ competunt est eligenda.*

2 *Reus sese tueri potest pluribus collationibus, aut etiã electionibus.*

3 *Legitimari pluries qui potest, & se pluribus tueri legitimationibus.*

*QVOTIES cõcurrunt plures actiones eiusdẽ rei nomine, una tantum quis experiri debet.*

NOTA † ex pluribus actionibus ad idem competentibus, 1
vna tantum eligi debet. ad idem text. in l. quod in hæredem. §. eligere supra de trib. in l. cum filius. §. varijs de leg. secundo cum similib. & facit text. in capitu. & qui duas. [a] de elect. in vj. Et a
ista regula bene procedit in actore prout loquitur. secus est in reo qui potest se defendere pluribus exceptionibus. vt supra ea. l. in prin̄ci. & not. per gloss. in dicto. §. eligere. Et similiter tex. in dicto capitu. & qui duas procedit in actore. † secus est in reo 2
qui potest se tueri ex pluribus collationibus [b] vel electionibus b
vt not. Card. in cap. post electionem. per illum text. de conces. præben. et Abb. ibi in tertio notabili. & idem Abb. in cap. cum olim. el secundo, circa fin. de priuilegijs. Lapus in allegatione. 151. & est vltima in versi. ad secundam quæstionem. Calde. in consil. vij. de electio. Roma. in consil. ccccxxxiij. quo ad primum. in secundo dubio. Domini. in dicto capitu. & qui duas. Et hoc declaratur per Roma. in cons. cccl. in casu propositæ consultationis. in secundo dubio. & per Abb. in capitu. cum olim. in glo. in verbo, elusionem. de re iudi. † Et ad prædicta facit, qa 3
pluries quis se legitimari potest, & ex vtraque legitimatione poterit se tueri, vt tradit Paul. de Cas. in consi. ccxxvij. viso testamento circa fin.

a Duas. Vbi vide Anch. q singulariter loquitur Hie. Cu.

b Collationibus. Adde Fel. c. cũ olim. de re iudica. & latis. in repe. c. in nostra. de rescript. in ij. col. in ver. titulus multiplicatur, etc. H. C.

Item

Item regula, vt dixi, procedit in actore qui a seipso certificari debet. Secus si facto aduersarij impediatur, quia tunc libellus incertus admittitur, vt dicit Barto. hic per illum text. alleg. in gloss. in l. prima. §. qui autem supra quorum leg. vbi Barto. idem dicit cum similibus vt tradit Alexand. in l. vbi autem. §. qui illud. de verborum obligatione & in consi. clxxxij. lectis & põderatis. lib. 2. & dixit in l. edita. in secundo genere cumulationis. C. de eden. & etiam dixi ibi de intellectu. §. sed neque. in authen. de fideiuss. alleg. in glo. hic.

## In l. Toties. Argumenta.

1 *Hæres insolidum tenetur qui de dolo proprio tenetur.*
2 *Hæres de dolo defuncti non tenetur.*
3 *Hæres quando de dolo defuncti teneatur, etiam de eo quod eum non peruenit.*

### REGVLA XLIIII.

TOTIES *in hæredem damus actionē de eo quod ad eum peruenit, quoties ex dolo defuncti conuenitur non quoties ex suo.*

1 NOTA quod† hæres qui ex proprio dolo cõuenitur, tenetur insolidum. Sed quando ex dolo defuncti, tunc tenetur solum de eo quod ad eum peruenit. ad idem text. quem gloss. hic adducit in l. quod in hæredem. §. si seruum. versicu. toties supra de ser. corrup. vbi gloss. Et ratio manifesta videtur, quia in primo casu quando ex proprio delicto conuenitur, ipse est autor principalis delicti, ideo etiam pro eo quod non habuit tenetur. l. in hoc iudicio supra de ser. corrupt. & facit text. in l. prima. §. rectissime supra de vi & vi arma. in l. prima. §. interdum supra si quadru. pauper. fec. dicatur, & quia pœna sequitur suos au-
2 tores. l. sancimus. C. de pœnis. † Sed pro dolo defuncti hæres non tenetur, nisi pro eo quod ad eum peruenit, & facit text. in regula, sicuti supra eo. cum simill. ibi alleg.
3 † Et quandoque etiam hæres tenetur ex dolo defuncti pro eo quod ad eum non peruenit, videlicet, in condictione furtiua, vt not. Barto. in l. si pro fure, per illum text. §. fina. supra de cõd. furt. Et hoc speciale, propter frequentiam furtorum. vt not. Bar. in l. prima de priuat. delictis colum. prima. cum similibus. vt tradit Corne. Perusin. in consilio cccxiiij. licet ac consultatione,

colum. 2. lib. 1. Et quandoque etiam hæres non tenetur de eo quod ad eum peruenit l. 2. §. fina. supra vi bono. rapto. declarando vt not. Barto. in l. i. supra de priua. delicti. & per glo. & Doct. in l. i. C. ne ex delicto defunct. Et de his latius videbimus in regula pœnalia infra eod.

## In l. Neque pignus. Argumenta.

1 *Pignori esse sua res potest nemini.*
2 *Pignori vel seruitutis ius in re sua nemini pōt q̄ri et nu. 3*
3 *Acquiri quando possit alicui res sua acquisitione noua.*
4 *Depositum in re propria fieri nō potest, sicut nec precariū.*
5 *Emptio rei propria quale non valeat.*
6 *Emere rē suam per alium quis potest quod per se nō potuit.*

### REGVLA XLV.

*NEque pignus, neque depositum, neque precariū neque emptio, neque locatio rei suæ cōsistere potest.*

PRIMO noto † quod res propria pignor. non potest ad idem text. in l. si rem alienam, la 2. ff. de pigno. actio. sic etiā in re propria non constituitur vsusfructus. l. vti frui. in princip. ff. si vsusfruct. peta. 1

Nec res propria alicui seruitu. l. in re communi supra de seruitu. vrb. præd. l. cum in fundo in princip. ff. de iure do. l. si qui ædes supra de serui. vrb. præd. l. quicquid supra communia prædio. Nam sicut res mea non potest vlterius mea fieri. l. sequitur. §. lana supra de vsucap. §. item nemo rem suam institu. de inuti. stipu. Ita videtur quod aliud ius habenti, plenum dominium acquiri non possit.[a] † Et idem ius pignoris vel seruitutis non acquiritur, & hoc intelligitur quando res perfecte. & irreuocabiliter acquisita sit. Secus si reuocabiliter,[b] quia tunc res propria iure pignoris retineri potest, vt not. Bartol. in l. ex sextante. §. Latinus de excep. rei. iud. vbi etiam allegat. text. in l. in rebus vbi Bald. colum. penultima. C. de iur. dot. & in l. debitor. ff. ad Trebe. vbi Barto. idem dicit. & facit text. in l. non quocunque in princip. de leg. i. & idem not. Barto. in l. in bello. §. si quis seruum per illum text. supra de capitu. & post lim. reuer. & Ang. hoc idem scribit in consi. cxii. viso dicto puncto ad finem. a b

Item † regula procedit quando quis habet dominium de iure communi, secus si de iure speciali vt not. Barto. in l. fin. colum. ii. C. de 2

a possit. Vide latissi. Ias. in. §. sic. itaque col. 5. versicu. gloss. in verbo, magis, &c. quē de vea. ad verbum refert. Benedictus de Vadi. in addi. ad Socinum intra. falle n. in reg. c. & late ēt per Feli. in c. inter dilectos, de fiu. instru. H. C.

Reuocabiliter Alex. consi. 100. nu. 6. lib. 7. late Andre. Tiraq. in tract. retract. proxi. §. i. glo. vij. num. 69. cum seq.

C. de sacrosanct. eccle. & in l. j. C. commu. de leg. & in l. ideq; in princi. ad fi. supra qui pot. in pig. hab. cum simi. vt Alexan. tradit in l. j. colũ. fin. de leg. j. Aret. in consi. cxlvi. longa est col. ix. & in l. existimo de verb. obl. col. ii.

4 ℭEt ad prædicta facit † quia res mea potest mihi acquiri ex noua acquisitione, quando prima causa acquisitionis est dubia, vel quando per secundum pinguior acquisitio sit. vt not. Dom. post Io. Mod. Io. And. in cap. cum personæ. §. quod si talis de priuileg. in vi.

ℭSecundo noto, quod depositum nec precarium in re propria fieri potest, & idem in commodato. l. qui rem. supra deposi. & idem in locatione: vt hic dicitur, & in l. qui rem. C. loca. Et ista conclusio intelligitur & procedit si agatur actione depositi, commodati, vel locati, nam repellitur actor quia, contractus non valet. Secus si agatur conditione legis. leg. si quis conductionis C. loca. quia tali casu actor non repellitur exceptione proprietatis, vt not. Alexand. dicit in l. si aliquam rem col. pen. supra de acquiren. poss. & idem prius voluit Paul. de Castr. in d. l. qui rem. supra deposi.

a ℭSed ista limitatio videtur dubitabilis [a] quia ex quo contractus non valet, non videtur habere locum; quod dicitur in dicta leg. si quis conductionis vel saltem dictum Alexan. & Paul. de Castr. videtur intelligendum, quando scienter ab ipso domino facta conductio fuisset, secus si ignoranter, vt declarat Franc. de Cur. consil. lxx. super controuersia. col. sexta versic. non obstant.

a Dubitabilis. Immo est vera, ex quo conductor. vult sic intercipere possessionem quã non habeat.

ℭItem regula procedit; quando fuit factus contractus respectu proprietatis, secus si respectu possessionis quam non habebam quia tunc tenet locatio & commodatum. l. si quis aliquam rem de acquirenda possessione, & ita Paul. de Castro. dicit in d. leg. qui rem in fin.

5 ℭTertio & vltimo noto, † quod emptio rei proprie non valet ad idem test. l. cum res. C. de contrahen. emptio. & in l. suæ rei supra de contrahen. empt. vbi dicitur hoc procedere, siue sciens, siue ignorans quis hoc facit. & in l. si seruum supra de condi. indebit. l. debitor supra de pigno. actio. Et ratio videtur quia emptor emit ad istum finem vt dominium acquirat. l. cum manu. sata §. fi. supra de contrahen. emptio.

ℭSed cum sit dominus, vlterius effici non potest. leg. sequitur §. lana de vsucap. Et ista conclusio intelligitur quando quis ratione proprietatis emit rem suam secus si ratione possessionis, quæ apud vẽditorẽ reperiatur, quia emptio valeret. si in emptione. §. rei suæ supra de contrahen. emptio. Et tali casu pretium possessionis erit minus, quam pretium rei leg. si mulier §. qui possessionem supra quod met. cau. l. si duo in fin. supra vti posside. Et quod dictum est ratione possessionis, idem est ratione alterius iuris deficientis, vt not. per gloss. & Bald. in d. l.

in d.l.eum res. Ista tamen non sunt propriè fallentiæ, quia emptio fit de iure, eum non est apud emptorem, & regula loquitur de re propria emptoris.

¶ Vltimo † regula habet locum in emptore qui rem suam emeret, secus si alteri mandaret emendam, quia potest per alium quod per seipsum non potest. l. si tibi mãdauero. §. si hi quorum ff. manda. vbi Paul. de Castr. dicit, quod intelligitur ibi quod facit mandatum illi qui emit nomine suo; non nomine mandantis. Sed tex. ibi facit in contrarium, dum dicit. quod rei propriæ non valet emptio, ergo videtur quod emptio ibi esset facta nomine domini. Sed toleratur ex æquitate duobus concurrentibus. Primo quia res erat venalis. Secundo ne priuetur dominio rei suæ, & etiam dici potest quod ibi esset suo reuocabiliter secundum resolutionem factam. 6

¶ Et ad illum tex. de re venali notandũ est singulariter, quod si post certum tempus ex conuentione res vendi potest res non sit vendita, si venditio impediri potest si debitor debitũ offerat vt notabiliter tradit Cardina. in clementin. 1. §. nos itaque in vi. quæst. de iureiuran.

## §. Priuatorum.

PRIVATORVM *conuentio iuri publico non derogat.*

¶ DE quo dictum fuit in l. nec ex prætorio supra eod.

## In L. Quod à quoquam. Argumenta.

1 *Solutum nomine pœnæ, non reperitur iure.*
2 *Pœna an posit retineri in foro conscientiæ.*
3 *Pœna delicto est commensuranda.*
4 *Obligatio qua delictũ punitur, de iure naturali esse dicitur*

### REGVLA XLVI.

QVOD *à quoquam pœnæ nomine exactum est id idem restituere nemo cogitur.*

¶ NOTA quod † solutum nomine pœnæ repeti non potest: ad idem text. in l. id quod supra de solut. cum similibus allegatis 1

allegatis in gl. ad idem tex. in l. pœna supra de cond. indeb.

2 † Et ista regula procedit in foro contentioso. Sed in foro a conscientiæ pœna [a] retineri non potest, quia non debetur in foro conscientiæ, vt tenet glo. xij. quæstio. ij. fraternitas in gloss. fin. & not. Bald. in l. post decisionem in fi. C. de fur. in l. iubemus. §. sane. colum. j. versi. sed nunquid in foro conscientię. C. de sacro sanct. eccle. & in authen. ad hæc. colum. v. versi. sed dubitatur. C. de vsur. cum simi. vt late prosequitur Felin. in c. j. char. antepenul. de constit. & Alexand. in consil. ix. viso processu, colum. 4. lib. v.

a Pœna. Cōse. in sing. vers. pœna. vide Decium. c. i. de cōstitu.

3 † Sed ad declarationem dictæ glo. quæ communiter approbatur considerandum est, vt dixi in d. c. j. colum. antepen. Quia si pœna sit commensurata ad delictum, non videtur quod glo. bene dicat, debet enim pœna delicto commensurari. cap. quæsiuit. de his quæ fiunt a ma. par. cap. c. felicis. §. illud. in fin. de pę. in 6. xxiiii. quæstio. j. cap. non afferamus stateras. & tali casu lex videtur iusta quę fundata est in vtilitate publica, quæ est vt delicta puniātur. l. ita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. cap. vt famæ de senten. excommu.

b Et cum lex iusta sit, etiam obligat in foro conscientiæ [b] vt not. per glo. in cap. quæ ecclesiarum vbi Bald. de constit. & no. Abb. in cap. i. de consti. & in proœ. Decreto. Rex pacificus. in secunda quæst. Pet. de Anch. in consilio. xiiii. videretur prima facie. Bald. in authen. ingressi colum. 8. C. de sacrosan. eccl. Alexand. in consilio. xxix. statuti, colum. 4. lib. 2. cum simi. vt dixi in d. cap. i. colum. vii.

b Conscientię Late do. And. Tiraq. in præfa. tract. Retra. nu. 73.

c Et ideo iuste [c] captus, peccat si aufugit, vt not. per glo. i. dist. in cap. ius gentium in versicu. seruitutes. & in clem. pastoralis in versicu. per violentiam de re iudi. Et quod dixi comprobat,

4 † quia obligatio ad pœnam delicti, est de iure naturali, vt not. Bartol. in l. ex hoc iure. colū. fina. supra de iusti. & iu. gl. in l. seruus supra de his qui. no. infa. facit tex. in l. fin. vbi Ange C. de collat. fund. patri. lib. xi. in l. eius qui delatorem. supra de iure fisci. ergo pariter in foro conscientiæ videtur, obligari quia conscientia secundum ius naturale iudicatur. Nam conscientia non ligat, quos natura non obligat, vt dicit Bald. in l. prima in fin. C. de vectig. & commiss. not. Abb. in cap. primo in fin. de restit. in integ. glo. in d. cap. fraternitas, potest saluari, quando pœna delicti esset excessiua. Et tali casu lex esset iniusta quæ in foro conscientię non obligat, vt not. Abb. in d. c. primo de constit. cum simil. vt dixi ibi. Ex quo infert, quod lex quæ pœnā imponit ratione pœnæ, non plus vel minus conscientiam astringit. Sed vis tota in hoc consistit an lex iusta sit, vel iniusta, & secundum hoc regula hic procedit etiam in foro conscientiæ quando pœna iuste imponitur. Secus si iniuste imposita est. & de hoc latius dixi in d. c. i. de constit. vbi videndum est.

c Iuste. Secus si iniuste. And. Tiraq. in præfat. Retrac. nu. 68. vltra quem adde Bald. cōs. 115. lib. Ias. l. si duo patroni. in fi. supra de iure iu. dec. consilio 691.

## In l. Consilij. Argumenta.

1 *Consilium modo non fraudulentus, non ligat consulentẽ.*
2 *Assessor, & qui pro officij ratione consulitur, de malo consilio tenetur.*
3 *Doctor qui imperite consuluit, damnum passo satisfacere tenetur.*
4 *Consilium præbens quando teneatur & quando non.*
5 *Consulens in atrocioribus pari pœna punitur.*
6 *Consulens quando pœna speciali plectatur.*
7 *Consulens non tenetur si de interdicto vnde vi agatur.*
8 *Consulens indistincte punitur, si eius nomine delinquat.*
9 *Consulens alicui præsumitur causa mouens principaliter & quare merito punitur.*
10 *Consulens tunc punitur si ex consilio delictum sequatur.*
11 *Consulens ex consilio non punitur, in consilium præcessisse delictum probetur.*
12 *Consilium non punitur, nisi ad malum tendere probetur.*
13 *Consulens non damnatur si principalis absoluatur.*
14 *Consulens non tenetur consilio in tempore reuocato.*
15 *Consulens nõ punitur statuto pœnam facienti imponẽte.*
16 *Consulẽs quãdoq; mitius punit qualitate attẽta faciẽtis.*
17 *Consilium præstare quando quis dicatur.*

### REGVLA XLVII.

CONSILII *non fraudulenti nulla obligatio est cæterum si dolus & calliditas intercesserit, de dolo actio competit.*

EX ista regula sumitur illa quæ habetur eod. tit. in sexto quem idem dicit, † quod nullus ex consilio dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur. 1 Et huius conclusionis glos. ibi rationem adducit, quia consilium non necessitat. xiiij. quæstio. j. in cap. quod præcipitur. & in c. cum olim de arbitris. Et explorare quis apud seipsum debet an consilium sibi expediat l. ii. §. fin. supra mandat. Exhortatur enim ille qui dat cõsilium & exhortatio liberã volũtatẽ excitat, vt dicitur iiij. dis. in fi.

Et ex ista ratione inferri videtur, quod regula habeat locum, dato quod ille cui datur consilium non fuisset alias facturus

a Peruf. vbi dicit. quod in contractibus vel quasi quis non tenetur de consilio, siue ille cui præstetur consilium fuisset illud alias facturus, siue non, licet Dy. ibi contra & per Ias. vbi contra morem suum tantum remissionis fuit contentus in. §. omnes insti. de act. 2. uersi. 6. no. & d. Philip. Dec. in c. fi. de off. de le. col. 7. versi. 12. & vl. &c. & Rom. singu. 762. H. C.

b Assessore vide Iaso. in d. §. omnes de act. instit. 2. col. & l. 1. C. de ser. fu. 4. colū. & latius eundem domi. Philip. in cōsi. viii. incip. viso puncto, & diligenter examinatis. H. C.

c Aduocato. Tho. Parpa. rep. l. exigendi col. 4. C. de procurat. Hieron. Cag. repe. l. dicto functo colū. ii. de off. assesso.

d Iudex vide Roma. in cons. 228. vbi dicit. quod iudex nō tenetur seq. cōsilium sapientis electi de cōsensu partium si uideat illud esse iniustū & per Abb. c. cū in ueteri. de elect. 6. col. & an talis sentētia data secundum prædictum transeat in rem iud. vide Abb. causam quæ ii. colum. de re iu. Hierony. C.

cturus, quia militat eadem ratio, quod consilium non imponit necessitatem, & confirmatur opin. gloss. hic quæ ita tenet & idem concludit Peruf.[a] post Ioan. And. in d. reg. nullus.

Secundo ex ratione prædicta inferri videtur, quod si consilium necessitaret, quod ex tali consilio consulens obligetur, quod tamen non videtur verum, quia si bona fide dedit consilium, non debet obligari.

Et hoc in contractibus, prout regula loquitur & intelligi-
2 tur. † Secus est in consilio quod præstatur ratione officii puta in assessore,[b] quia ipse de malo consilio tenetur l. ii. supra quod quisque iur. de quo dixi in consilio. 8. col. ii. & idem est in aduocato,[c] saltem quando consilium dedit ei cui alias facturus non fuisset, vt concludit Peruf. in d. reg. nullus.

3 Et notandum est. † quod ille doctor qui consuluit per imperitiam si lata sit sententia tenetur satisfacere illi contra quem lata fuit sententia, vt no. Abb. in c. tua nos de homic. in princ. post Ant. de Butr. ibi & Io. de Ana. ibi dicit illud esse verum, quando iudex[d] qui iudicabit tenebatur sequi consilium, alias secus.

Sed tamen idem videtur in consilio quod non sit sequendum dummodo ille qui iudicauit motus sit ex consilio, alias non facturus. vt no. Peruf. in d. reg. nullus.

Et de consiliariis dominorum quomodo teneantur, no. Abb. in c. sicut dignum col. fi. de homic.

Secundo ista regula non habet locum in consilio doloso, vt expresse hic dicitur. Et tali casu quis ex dolo obligatur, licet dolus sit causa impulsiua vt Bal. dicit in d. regu. nullus, & sequitur, ibi Peruf. in prin. Et de cōsilio doloso exemplum habetur in l. quod si cū scires, & in l. si quis affirmauerit supra de dolo.

4 Tertio † regula non habet locum in delictis[e] simpliciter. Sed secundum communem opinionem distinguitur quod si is cui consuluitur non erat alias facturus consulens pari pœna tenetur. Sed si erat facturus absque consilio, mitius[f] punitur vt probatur in cap. sicut dignum. §. qui vero de homic. in l. non

e Delictis, Vide eundem c. i. de off. dele. col. v. in fi. ver. in secundo membro &c. & Fel. c. sicut dignum de homi. in vi. col. versi. nota ibi animum, ibi etiam dicit hanc communem & in dic. i. col. 4. versi. secundum membrum. H. C.

f Mitius. Vnum teneas perpetuo menti, quod vbi pœna delicti ex aliqua causa venit alleuianda, quæ tamen erat mortis, quod tali pœna non potest puniri.

l.non solum.§.si mandato in ver.& Attilicinus infra de iniu. & ita tenet glo. in.§. ope. in verb. certe instit.de oblig.quæ ex delicto in l.j.§. persuadere in ver. facturus supra de ser.corrup.& in l.sæpe in versi.etiam vbi Bar.de verb.signifi.

Et dicit Albe.in l. ob hæc verba supra de his qui no.infa.ꝙ doctores communiter ita tenent & Bald. ibi idem sequitur col.ii.& in l.data opera col. xvii.C.qui accus.in l.j.col. ii.C. de ser.fugi. Sal.in l.i.col.viii.C de rapt. virg. Abb.in cap.j. de off.deleg. Imol.in cap.quærelam in fin. de elec. & Mathesilanus in notabili 97.nota quod is cuius consilio vbi propter hoc reprehendit Barto. in l.non solum.§. si mandato col.3.supra de iniur.vbi indistincte tenet quod consulens teneatur sicut principalis,& dictum Barto.sequitur Imo. in clemen.j.col.v. de pœnis Ang.Are.in tract.Malefi.in versi. mandatorem.col. fin.in versi.vigesimosecundo quæritur.

Sed dictum Bar.saluari & concordari potest,vt intelligatur secundum distinctionem supradictam quæ communiter approbatur.facit quod no.Ang. in l. is qui opem.col.j. supra de fur. dum alleg.Io.And.in cap.fęlicis de pœnis in vi.& idem Ang. in l.in furti.§.ope.eo.ti. de furt.Barth. Veron.in consi.27.requisitus colum.pen. Et secundum prædictam distinctionem intelligitur tex.in.§.ope. dum absolute dicit quod fuerit non tenetur.Nam intelligitur eadem pœna, minori tamen pœna puniri potest arbitrio iudicis, vt no.Ange. in locis supra proxime alleg.& ita etiam declaratur quod not.Barto.in consi. 165. in q. quæ vertitur.

†Prædicta distinctio non habet [a] locum in attrocioribus, 5
in quibus consulens indistincte pari pœna puniũtur d.cap. fęli- a
cis de pœn.& in clemen.j.eo.ti. Dicit tamen Feli. in cap.j. de offi.deleg.quod forte dicta iura debent restringi secundũ distinctionem supra factam, per text. in d.c. sicut dignum ubi ita distinguitur in homicidio quod videtur esse de grauioribus & ad hoc videtur tex.in d.cap.fęlicis iuncto.§. illud vbi nudo consilio pœna mitigatur. Sed tamen limitatio prædicta defendi potest per dicta iura quæ loquuntur in homicidio qualificato cardinalis vel archiepiscopi, & facit tex.in l. vtrum supra de parric.in l.quisquis.C. ad leg. Iul. Et hoc videtur velle Bal.in l.j.col.ij.C.de ser.fu.vbi inquit,quod in attrocissimis, cõsulens punitnr,licet principalis fuisset alias facturus.

Non obstat tex.in cap. sicut dignum, quia loquitur in homicidio simplici. Non obst.§.illud quia loquitur de consilio nudo quod nihil addit & glo.ibi dicit.Secus videtur in consilio quod augeret maliciam,licet alias esset facturus & de duplici.consi. not.per gl.in cle.in ver.consiliarios de foro compe.

Secundo prædicta distinctio†non habet locum quando spe- 6
cialis [b] pœna consulenti imponitur, quia tunc dispositio le- b
gis de qua constat,attenditur l.j.C.de rapt.virg.vbi Sal.in 8. col.

delinquens, sed alia mitiori quę non sit pœna mortis ita Rochus de Cur. in rep.c.fi. de consuet.col.ij.ver. contra tamen, ubi dicit hic singulare pro liberando amico a pœna mortis. ex quo infertur ꝙ tunc iudex non poterit arbitrium suum extendere vsque ad mortem, & sic limitabitur glo. in.§.in sum.instit.de iniur. de qua vide latissime de Phil. principẽ subtilitatum in c.ex literis de cõsti. vbi ponit plures limit. ad d.gl. inter quas sẽtit istã 4.lim. pe.& fi.colum. H.C.

a Habet. Adde eundẽ do.Phil. in d.c.j. col.vj. versi. prędicta distinctio &c. & idẽquod tenet Felin. in d. ca.i.tenet in d. c.sicut dignum.

b Specialis. Idẽ tenet in c.i. in vii.fallẽ. & ibi Feli.in ii.lim.

col.ver. secundo quæro & not.Bar.in l.is qui opem. supra de furt.vbi allegt text.in l.i.C.de nili agger.non rump. & hoc modo procedit tex.in l.i.§. persuadere supra de ser.corrupt.secundum Sali.in l.i.col.ix.de raptu virginum.

7 ¶Tertio predicta distinctio non procedit † id interdicto vnde
a vi.[a] in quo ex consilio quis non tenetur; vt not.Innoc.in cap. querelam de elect.per ca.cum ad sedem.de resti.spol. sequitur Angel.in d.l.is qui opem,circa fin. supra de furt.Bald. in l.ii. colum.x. versicu. sexto quæritur.C.de serui.& aqua. Abb.in capitul.sicut dignum col.fina.de homi. vide tamen Roman.in in singulari 762.in contractibus,vbi dicit contra Inno. fuisse determinatum per dominos de Rota,per cap.sicut dignum de homicid.

8 ¶Quarto non procedit † quando ille cui fuit datum consilium
b nomine[b] consulentis deliquit, quia tunc consulens indistincte tenetur, vt no.Bald.in l.metum in fi.C.quod met.cau. allegat.cap.cum quis de resti.spol.Et licet ipse loquatur in mandante, idem videtur in consulente, quia apparet quod sit motus ex consilio.

9 ¶Et ad predicta notandum est, † quod in dubio[c] præsumitur
c quod principalis motus sit ex consilio, & quod non fuisset alias facturus quia in dubio non præsumitur delictum l.merito supra pro soc.c.j.de scrutinio,ita Feli.dicit in c.i.colum.v. versicu.vtrum autem de offic.delega.Sed ratio præalleg. videtur facere in contrarium;quia hoc modo consulens plus punitur, & principalis non propter hoc magis excusatur.Idem tamen quod dicit Fely.tenet Bald.in l.data opera.colum.xvii.C.qui accus.vbi allegat l.j.C. de rap. virg. & idem expresse dicit Ang.in leg.prima.in prin.in ver.vltimo est videre supra de eo per quem factum erit & Io.de Ana.post Card.iiii c.ad audientiam in v.col.in fi.de homic.& dicit Bal.in l.i.colum.ii.C.de ser.fug.quod an esset alias quis facturus,in probatione facti cōsistit.Ex coniecturis tamen pōt probari,vt no.Bal. in d.l.i. colum.quarta facit quod no.Bar.in l.si ventri.§.si,supra de priuileg.credi.Bal.in c.i.§.iniuria col.8.versi.quæro si Titius,de pace iur. firman.& in l.multum interest col.3.C.si quis alte. vel sibi,cum simil.Sed cessantibus coniecturis præsumendum est in dubio ꝙ non fuisset alias facturus: vt supra dictum est.

¶Et vlterius ad declarationem supradictorum notandum est
10 primo, † quod ad hoc vt ex consilio quis teneatur requiritur
d quod delictum sequutum sit:[d] vt no.Cardin.in clem.i.in prin. in quæst.12.de pœnis. In ipso actu debet consilium præstari vt tradit Signorolus in consi.135.in q.circa fi. Et hoc quod dictum est intelligitur nisi consiliū per se consideretur: quia etiā per se est titulus criminis,& indistincte punitur: vt no.Bal. in leg.data opera col.17.in princip.C.qui accus.vbi alleg.l.i. §. persuadere supra de ser. corrupt. & idem dicit Bartol. in l.

a Vnde vi.Idē vbi supra v.fallen. & ibi Fel. versicu. limita quarto. & Ias. remissiue in.§. omnes ĩstit. de actio.ii. col.& l.i.C.de ser.fugi.iii.col.H.C.

b Nomine.Idē tenet vbi supra in vi.fallen.

c In dubio. vide eundem,vbi supra colū.vii. ver.& est notādum,& Fely.c. sicut dignū iiii. col.versi.tertia conclusio.& vide Bald. in sua Marga.in ver. consilium, vbi dicit quod quando quis locutus est alicui,et iuit & commisit delictum in breui spatio,quod pręsumitur fecisse de cōsilio illius quod no.H. C.

d Sequutū sit Idem in d.c.i. col.6.ver.4.ad hoc,&c.

in l. non solum. §. si mandato supra de iniur. & sequitur Ange. Aret. in d. ver. mandatorem. in fin. & tali casu punitur etiam facto non secuto, vt not. Sali. in leg. i. colum. iii. in i. quæst 10. C. de rapt. virg.

¶ Secundo notandum est, † quod ad hoc vt quis ex consilio 11
obligetur, probandum videtur quod consilium præcesserit, delictum,[a] vt not. Bal. in l. i colum. iii. C. de ser. fug. allegat gloss. in leg. si vero non remunerandi. §. si vero post creditum supra mandati. sequitur Alexand. in consil. cxcvi. circa columnam i. lib. iii.

¶ Tertio requiritur, † quod consilium sit ad malum,[b] & quod 12
constet de malo consilio: alias in dubio debet interpretari quod bonum sit consilium, vt consulens non teneatur. vt no. Bal. in l. prima colum. iiii. versicu. & not. quod consilium. C. de ser. fugi. & sequitur Alex. in consi. cxxvii. quoniam abunde libr. iiii. facit text. in leg. merito supra pro socio. facit quod no. in l. i. C. de his quib. vt indig. de verbo, vindicta, & ibi Paul. de Cast. & Alex. & de verbo, auferri not. Ang. in l. postquã. circa fin. de pet hære. cum simil. vt dixi in c. in præsentia de proba.

¶ † Quarto consulens non potest condemnari si principalis fuit 13
absolutus: vt not. Innoc.[c] in cap. sicut dignum de homici. vbi Abbas & Ioan. de Ana. sequuntur. & Pet. de Ancha. in regula accessorium. in xi. char. col. i. versi. iuxta prædicta quæro. de reg. iur. in vi. & dixi in consi. viii. col. iii. in fine.

¶ † Quinto consulens non tenetur si consilium reuocauit,[d] 14
vt no. Inno. in c. ad audientiam. de homi. cum similib. vt tradit ibi Ioan. de Ana. col. iii. & declarat vt per Angel. Aretin. in d. verbo, mandatorem in fi. Et dictum Inno. sequitur Bal. in dicta l. non solum. §. si mandato col. iii. de iniuriis. cum simil. vt tradit Alexand. in consi. lxv. visa. colũ. iii. lib. 4. Felin. in d. cap. ad audientiam. in fi.

¶ † Sexto, statutũ quod imponeret pœnam facienti non habe- 15
ret[e] locum in consulente. Et hoc in simili in mãdante tradit Bal. in l. non ideo minus col. vi. ver. ego reuertor. C. de accusa. & late Alex. in d. cõs. lxv. lib. iiii. supra allegato facit quod no. Bar. in l. i. supra de sicar. Abb. in c. inter sollicitudinẽ. de purg. vulga. no. in c. mulieres de senten. excommu.

¶ † Septimo, propter diuersam qualitatem facientis consu- 16
lens quandoque in minori pœna[f] punitur. l. qui seruo. §. idem placuit: & quod ibi Bar. supra de fur. §. hi qui versic. si vero ope. instit. de oblig. quæ ex delicto. Sali. in d. l. i. colũ. viii. in ii. q. C. de rapt. virg. facit tex. cum glo. fi. in c. tanta. lxxxvi. dist. & no. Io. de Ana. in d. c. sicut dignum. §. ille etiam de homi. & facit quod not. Barto. per illum tex. in l. huius actionis supra quod falso tuto.

Vltimo est videndum † quando quis dicatur[g] consilium 17
præstare de quo not. Bal. in l. i. in iiii. oppo. C. de ser. fugi. Bar. in d. l.

a Delictũ. Idẽ vbi supra colũ. vi. versic. iii. limitatur. & Ias. ĩ d. l. i. in v. col. versi. ii. diligenter not. &c.

b Malum. Idẽ tenet vbi supra ver. ii. cõclu. in vi. col. & Ias. in d. l. i. col. v. versic. iii. multum no. &c.

c Inno. Caue. quia Innocen. ibi nõ loquitur de absolutione iudicis, sed patris. Idem tamẽ vult Deci. in c. i. col. vii. de offic. deleg.

d Reuocauit. Vide Felin. in d. c. i. vers. limita quinto. & ibi domi. Philip. in xi. fall. vii. col.

e Habere. Idẽ tenet. Feli. d. ca. i in fi. iii. col.

f Pœna. Idem tenet vbi supra in vii. col. vers. octauo fallit.

g Dicatur Vide eũdem. in d. c. i. colũ. vii. in fi. versi. postremo, &c.

in dicta l. non solum. §. mandato in fin. Ange. Aret. in versi. mandatorem in fin. & not. quæst. tradit Ange. in consi. xxij. pro decisione quæstiones. Bald. in consi. cxx. in quæst. lib. 3. Bartholomæus Vero. in consi. xxvij. col. i. Et plura de materia consilij scribit Lucas de Penna in rub. C. de silentia lib. xij.

## In §. socij mei socius. Argumenta.

1 *Vassallus vassalli mei an sit mihi vassallus.*
2 *Baronis regis homines non dicuntur regis homines.*
3 *Amicus inimici mei non statim mihi est inimicus. & nu. 4.*

## SOCII mei socius, meus socius non est.

Et gloss. hic dicit. Regula ista colligitur in l. qui admittitur. ff. pro socio. cum l. sequen. vbi ista duo verba ad literam habentur. & facit text. in l. Modestius supra de verborum significatione vbi dicitur quod libertus liberti mei non est libertus meus. glo.
1 ibi per ista iura arguit quo'd † vasallus vasalli mei non dicitur vasallus meus. & idem not. per gloss. in l. de accessionibus, in gloss. mag. supra de diuer. & tempo. præscript. & gloss. per illum text. in c. legitur lxxxj. distn. & rationem adducit Bald. in cap. i. §. rursus in fine. de controuer. inuest.

Et hoc de vasallo intelligitur quando est vasallus vasalli mei ratione alterius rei. Secus si pro eadem re, vt not. in cap. primo §. illud. in tit. de prohib. alie. feu per Fede. & ita Barto. concludit in dicta l. de accessionibus. in princip. & in l. Claudius col. fin. supra qui pot. in pig. hab. & idem Bald. in l. prima colum. 2. versicu. quæro testator. C. commu. de lega. vbi inquit, quod vasallus vasalli mei non est vasallus meus inspecta obligatione cōuentionis, sicut colonus coloni mei non est colonus meus. Sed inspecta re mea quæ ad ipsū pertinet, vasallus mei dici potest.

Et ex prædictis infert. Spec. tit. de feud. §. i. col. xii. in versi. 13 quæritur, quod homo hominis mei non est homo meus, ex
2 quo patet secundum eum, † quod homines alicuius Baronis regis non dicuntur homines regis, & dictum Spec. sequitur gl. in cle. j. in verb. existere. de iureiuran. facit quod not. Bald. in l. i. in fin. C. vnde legit. cum simi. vt dixi ibi.

Infertur etiam secundum Andre. de Pis. in l. quia admittitur.
3 prout Fulg. ibi refert, † amicus inimici mei non est meus inimicus licet de fide detrahatur. Barto. tamen in l. sciendum. §. si accusatio. supra de leg. dicit, quo'd non solum inimicus, sed etiam amicus vel domesticus inimici mei est mihi suspectus. Et de hoc est gloss. in capitulo si inimicus. in verbo, nolite xciii. distin. facit text. in l. liberi. C. de inoffic. testamen. & in capitu. re-

pellantur.

a Inimico, adde Feli. in c. accedens. lo 2. in prin. & Phi. in cap. postremo. 2 col. de appe. vbi late ponit ex quibus præsumitur quis inimicus & Abb. in cap. ad hæc. lo. 1. de ap. & Felin. ca. cum super de offic. deleg. vbi dicunt quod ille qui non soluat me, præsumitur inimicus qualiter intelligatur, vide per eos etiam do. Aret. in cap. repelluntur. de accus. in 1. colū. Hie. Chu.

pellantur de accusation. Et concludendum est, si sit copulata amicitia cum inimico meo [a] in perniciem meam dicitur inimicus, adeo quod feudo priuari potest, vt per gloss. in l. prima. §. cum patronus in versicu. cum inimicis supra de offic. præfect. in dicta l. liberi in verbo, amicitias, & in capitulo primo. §. porro, in verbo, assaliuerit, dum loquitur de conspiratione facta contra dominium & in capitu. primo §. primo in versicu. concubuerit quibus modis feud. amitt. † Alias vero propter amicitiā priorem vel postea simpliciter contractam non reputatur inimicus, ita quod repellatur a testimonio, sed bene detrahitur de fide, vt concludit Cyn. in l. si quis testibus columna finali versiculo octauo quærit. Cyn. a 4

## In l. Quicquid calore. Argumenta.

1 *Contractus calore iracundiæ initus, quando effectum sortiri dicatur.*
2 *Votum, nullum præsumitur, quod calore iracūdiæ emittit.*
3 *Votum, deliberationem non modicam requirit.*
4 *Iuramentum iracundiam præstitum, non ligat iurantem.*
5 *Confessio per iracūdiā facta, reuocari potest ex iusta cā.*
*Excōicatio calore iracūdie lata, timeri debet ut ualida.*
6 *Ira non excusat delictum.*
7 *Delinqens quando propter iram excusetur.*
8 *Delinquens per iracundiā prouocatus puniri debet mitius.*
9 *Delictum per iram commissum, intra quantum tempus excusari debeat.*

### REGVLA XLVIII.

QVICQVID *calore iracundiæ vel fit, vel dicitur nō prius ratū est, quam si perseuerātia apparuerit iudiciū animi fuisse, ideoque in breui reuersa vxor nec diuertisse videt.*

REGVLA ista colligitur in l. diuortium supra de diuor. quam gloss. hic adducit, & ibi verba regulæ formaliter legūtur ad idem text. 2. q. 3. in cap. si quis iratus.

Et ista regula habet locum † primo in contractibus prout loqui 1

loqui videtur, & tenet Bart. hic. & gloss. in dicto capitu. si quis iuratus per text. in l. licitatione. in princip. supra de polli. Et limitatur non habere locum in contractu facto cum ecclesia, vel ad pias causas. quia valet, & retractari non debet. xvij. quæst. quarta sunt qui opes. quem text. ad hoc allega. Roma. in singu. Dviii. incipiē. volo commentare. sed ille text. intelligitur in eo qui fuisset aliqualiter concitatus. secus si alienatus a mente fuisset propter iracundiam: quia talis contractus non deberet seruari, vt not. Ioan. Andr. & Anto. de Butr. in capitulo dudum.
a de conuer. coniug. cum similib. vt Felyn. [a] tradit in capitu. sicut ex literis, de iureiur. Et hoc idem dicendū videtur in alijs contractibus.

Aduertendum tamen est, quia text. in dicto capitu. sunt qui opes, ita legi & punctuari potest, quod nihil facit, vt dicamus illa verba tumultuario mentis impulsu, referantur ad reuocationem donationis. non autem ad donationem prius factam, & ita dicit Ioan. And. in d. cap. dudum circa fi. in ver. item scieudum. Sed iste intellectus est contra illum text. dum dicit quod prima donatio non habuit iudicium, ibi: nec prima iudicium habuit, & ideo tenendum est quod supra dixi.

2 Secundo † etiam regula habet locum in voto, vt voluit glo. not. in d. cap. dudum. in versi. calore iracundiæ. in fin. Et hoc intelligitur quando est talis iracundia quæ alienationem mentis inducit, alias secus, vt Doct. ibi dicunt, vt supra retuli. & idē Abb. ibi concludit, quia Deus vult voluntarium militem. xv.
3 quæst. j. cap. non est. & facit text. in cap. sicut, de reg. † Et quia inter alia in voto præcipue deliberatio requiritur vt not. Ioan. Andr. post sanctum Thomam quem ibi refert in capitu. literaturam de voto vbi Abb. & idem Abb. in cap. sicut ex literis de iureiur. Roma. in loco præalleg.

4 Tertio † idem dicendum est in iuramento quod si præstitum fuit calore iracundiæ, non obligat, vt tenet Roma. in not. supra alleg. per l. secunda C. ad leg. Iuliam maiest. & per text. in d. c. sicut ex literis de iureiur. vbi Ioan. Andr. idem tenet & hoc intelligitur, vt supra dictum est de voto, quia in hoc votum & iuramentum a pari procedunt, vt Abb. concludit in d. c. sicut.

5 Quarto, † idem est in confessione [b] quæ si facta sit calore [c]
b iracundiæ, potest reuocari glo. not. in cap. ex literis in verbo
c admonita de diuor. vbi Abb. & not. Abb. in cap. cum venerabilis in gloss. ij. de excep. cum similib. vt Felyn. scribit in d. cap. sicut ex literis de iureiurando. Et de acceptatione secundi beneficij facta per iracundiam, quod nō noceat. notat Abbas post alios. quos refert in cap. de multa. colum. v. versicu. extra casum gloss. de præben.

Nota tamē, quod sententia excommnnicationis lata per iracundiam, valet, c. si episcopus forte iracundus, xj. q. ij.

Præ-

a Vt Fel. Idem etiam Fely. ca. Matthæus, de simo. & remissi ue in ca. dilecti filij. de except. pen. col. Anto. Corse. in reper. ver. calore.

b Confessione. Felyn. in proœ. Gregor. colū. j.

c Calore Adde Ias. in l. si filiam 2. col. C. d inoff. testa. vbi ponit, q̄d in exhæredatione et in voto & in iuramēto, confessione, acceptatione beneficij, ī accusatione, et ī dicto uel facto calore iracūdię, & in omnibus concludit non valere, nisi postea perseuararet in eadem voluntate, & in donatione facta ecclesiæ, tenet idem quod do. Philip. & idem etiā in delictis & in blasfemia Hic. Cu.

†Prædicta regula non habet locum in delictis in quibus quis 6
calore iracundiæ non excusatur.l. si non conuitij.C.de iniur.&
ibi declarando istam materiam , dicit , quod sunt quædam quæ
iuris effectum sortiuntur, vt repudium, & votum, & alia de qui-
bus supra dictum est . Et in istis non valet quod factum est ca-
lore iracundiæ, per supradicta. † Quædam sunt quæ non sor- 7
tiuntur iuris effectum, prout sunt maleficia. & in illis non ex-
cusatur delinquens , propter calorem iracundiæ quominus pu-
niatur,d.l.si non conuitij. Alias raro propter homicidium esset
quis puniendus, quia plerunque cum iracundia committitur. Et
vt ista differentia inter dicta & alia, de quibus supra dictum est,
habeat locum dicendum est , quod in delictis non excusatur de-
linquens ex calore iracundiæ, dato quod maxima sit iracundia
propter quam alienatus sit a mente, per ea quæ supra dicta sunt,
& quanuis ex toto non excusetur ille qui delinquit , pœna ta-
men metigari debet in delicto commisso cum iracundia. vt Ro.
concludit in notabili supra allega.facit text. in.l.j C.si quis im-
perat.maledi.in l.famosi. supra ad l.Iul.maie. ꝙ idem Abb.cō-
cludit in cap.j. de iniur.colum.j.verb. puto tamen. vbi conclu-
dit, † quod ille qui prouocatus ad iracundiam delinquit, mitius 8
debet puniri, arg.l.si adulterium cum incestu.§.imperatores. su-
pra de adulte. vbi dicitur , difficilium est iustum dolorem tem-
perare. & idem Abb. dicit in cap.dilecti.colū fin.versicu.credo
tamen.de excep.cum simi. vt ibi Fely.tradit & quantum ad istā
mitigationem pœnæ quæ debet fieri ratione iracundiæ de qua
agitur , debet probari quod talis fuerit iracundia qnæ ip-
sum delinquentem a mente alienauerit, quia alias nullam habe-
ret excusationem, sed ordinaria pœna est puniendus dicta l.si nō
conuitij.& idem not. Abb.in capitu.j.secundo no.de his qui fil.
occid. & difficile est probare talem iracundiam , vt Abb.dicit
in d.c.dudum. de conuer.coniug.

†Et infra quantum tempus ille qui dicit alicui vel fecit iniu- 9
riam possit se excusare, allegando illud dictum vel factum fuisse
per iracundiam, not.Luc.de Penna in l.omnino curiales.de de-
cur.lib.x.col.ij.sed pone. Titius vbi varias refert opi. & vide-
tur residere quod infra triginta dies hoc allegari possit.& alle-
gat bonum text.xj.quæst.iij.in cap.cum apud.& in l.si vendi-
cari. C.de pecul.

## In l. Alterius circunuentio. Argumenta.

1 *Actio non quæritur domino ex serui maleficio.*
2 *Actio non quæritur non consentienti.*

REGVLA XLIX.

ALTERIVS *circunuentio, alij non præbet actionem.*

Vltra gloss. exemplificari potest in l. quod seruus supra de
1 acquiren. possessio. in fin. † vbi ex maleficio serui domino actio
2 non acquiritur. Et ratio regulæ videtur. † quia ille cui actio acquiri debet, non videtur consentire in illicitis ac. l. procurator versicu. quod si indebitum supra de condictio. indebi. l. ij. §. si procurator supra quod quisque iur. in l. pater. de his quæ in fraud. cred. & idem videtur in acquisitione quæ fit ex dispositione legis per prædicta iura.

## In l. Culpa caret. Argumenta.

1 *Seruus excusari debet, qui domino subuenire non potest.*
2 *Communitas quando ob ciuium delicta teneatur.*
*Delictum non impediens, quando ipsum perpetrare dicatur.*
3 *Procurator dominum in pœnam cadere facit quandoque.*
4 *Delicto obuiare an teneatur quis ciuili iure.*
5 *Pecunia quando licite recipiatur pro defensione alterius.*
6 *Periculum incurrere nemo tenetur.*
7 *Benefacere alteri nemo compellitur.*
8 *Offensum iuuare ualens, saltem clamando, non tenetur si non fecerit.*
9 *Maiestatis læsæ conscius punitur si non reuelauerit.*
10 *Delicto obuiare tenetur qui s Canonum iure.*
11 *Canones si à legibus diuersum sentiunt, hoc ipsum exprimunt.*
12 *Veritas sola in foro conscientiæ est attendendum.*
13 *Ius ciuile creditur iuri Canonico inhærere, vbi non discordat expresse,*

REGVLA L.

CVLPA *caret qui scit, sed prohibere non potest.*

O Facit

a Paul. consil. 423.col.pe. lib. 2.adde Angel. consi.146.Cor. consi.224.lib. Iaso.consi. 139. lib.4.Alb.Bru. consi.28. colū. fina.
b Teneatur. Quod sic. late Io.Igne.in l.i. .§.serui appellatione.nu.132. cum seq. supra ad Sillā,dixi ad Dec.c.i.de off. deleg.Idē Alberi.in d.leg. metū autem.§. sed licet.
c Tenet.Vide eundē in d.ca.i. vbi refert omnia quae hic, & ibi Felyn. secunda colum. ver.cōclude ergo,&c.et Abb. ii.col.versi. aduerte.& Barb. 8.col.ver.capio & idem Ias. in l. vt vim pen. col.in principi. ff.de iusti.& iu. & Anch.c. dicto de sentent. excom.lib.6.ii. col.ver. si quis tamen idē Are. .§.iuris precep. insti.de iure in fi.& Fely.in c. qui alios.de he ret.& sic paret hanc esse cōmunem opi.quod de iure ciuili quis non tenetur aliam defendere; nisi in ca.

¶Facit alia regula quae habetur in l. nullum crimen infra eod.vltra glo.exemplificari potest in l.i.§.occisorum versicul. hoc ideo supra ad Sillan.vbi† excusatur seruus qui domino 1
opem ferre non potuit.& ad idem text.in l. si quis in graui. in princip.eodem.titu.& in l.item quaeretur.§.exercitum.verb. Labeo ait.in l si fundus.§.fina.supra locati ibi a te aut ab eo prohibetur, quem tu prohibere ne id fiat possis.& ad idem bonus text.in l.adigere in princip.supra de iurepatrona.ibi,etiam is qui libertum iurare patiatur, & quod not. Bartol.in dicto.§.occisorum & plura similia ad hoc tradit Roman.in consil.vii.visis necessariis,colum.fina,cum similib. vt dixi in consi.lxv.colum.iii.
¶†Et de communitate quando teneatur ex delicto ciuium 2
quos prohibere potuit not.Paul.[a] de Cast.in consi.ccccxxiii. a
quia scio colum.ii & adde quod not. Bald. in l.iii. quae incip. qui seruus supra. de noxali. vbi inquit, quod ille qui non impedit maleficium,quando ad eum spectat prohibere; videtur ipsum perpetrare. Et ideo infert, †quod procurator facit incide 3
re dominum in poenam licet non habet speciale mandatum si dominus scit & patitur alleg. lege semper qui non prohibet infra eod. Et non caret scrupulo societatis occultae qui cum possit, manifesto facinori desinit obuiare. xxiii. quaestio. iii.in cap.non inferenda.&c.qui potest & in cap.quante,in fin. de sen.excom.
¶Et ad declarationem huius regulae, videndum est de duobus quae in gloss.habentur. Primo,† an de iure ciuili quis tenea 4
a Hæredē. Imo eo ipso videtur ratificare. Bar. l.i.§.si solut. matri. Alex. consi. 91.col.ii.lib.iij. cōsi.92.n.4. li.4

b Hæredis. Et adde ꝙ quando hęres aliqd facit, vel exequitur ex dispōne defuncti, quod hæres necesse facere hēt, tunc dicitur a defuncto, & nō ab hærede procedere.l.adoptiuam.§.i.ff. de iu.do. Barba. in repe. rubri.de.reb.eccle.non alie.col. 66.versi. & ex istis sequitur. et in c. literis. columna 2. de rescri.H.C.

c Tm̄ Adde ꝙ nec cum ceius est hæres excludit Deci. consi. 213. nu.8. cons. 281.Nic.Euer. in loc. leg.a natura dict. taxatiuarum.Andre. Tiraq. tract.retra.conuen.q.1. glo.6.nu.5.Boe. Deci.76.sed valde errant.

vt no.voluit Paul.de Cast.in consilio.cxcii.visis dubijs. circa fin,lib.ij.

8 ¶Postremo notandum est,† quod prædicta omnia quæ dicuntur
a de hærede,intelliguntur adita[a] hæreditate.l.iii .§. si quis ita. vbi Imo.de hære.insti,facit text.in leg.iii.§.si quis hæredi, supra statu libe.& in l.si in diem.in princip.& quod ibi Bartol. supra de condi.& demon.Et iden substitutio facta de hæredibus,intelligitur si hæreditatem.adiuerint l.si plures.in fin.vbi
9 gloss.& Bartol.supra de vulg.& pupil.†Et hæres datus executor in testamento,intelligitur si hæres sit cum esse ita quod adeat hereditatem.leg.Lucius.la j.vbi Bar.C.de fideic.lib. & not.Bart.in l.codicilis.§.i.supra de ann.l.Pau. de Cast.in dicta l.si plures & no.Bar.in d.l.si.in prin.C.si pen. app.mors inter
10 ue.†vbi inquit,quod hæres quis non dicitur antequam testamentum aditione hæredis confirmatum sit.alle.l.si seruus communis Mæuii.in prin.de stip.seruo.

a Adita.Alex. consi.xxvi. nu.2.lib.4.

## In l.Semper qui non.Argumenta.

1 *Mandare quando quis præsumatur.*
2 *Absens quando consentire dicatur.*
3 *Possessio quando emptori a domino censeatur tradita.*
4 *Donatio causa mortis nudo pacto fieri potest.& nu 5.*
6 *Ratihabitio retrotrahitur,& æquiparatur mandato.*
7 *Mandatum speciale an possit dari sola taciturnitate.*
8 *Delictum an putetur mãdare qui cum posset noluit prohibere.*
9 *Possessio præsumitur ratificare per fructum perceptionem.*
10 *Laudum quando censeatur ratificatum.*
11 *Ratificare nequit quis quod non suo nomine gestum est.*
12 *Ratum habere quis potest,quod in sui præiudicium nomine alieno est gestum.*
13 *Ratificatio intra quod tempus fieri debeat.*
14 *Homicidium semel commissum licet rursus fieri nõ possit, ratum tamen haberi poterit.*
*Declaratio semper fieri potest.*
15 *Ratum haberi potest quod homine impediẽte fieri nõ potest.*
16 *Ratificatio nulla est eius,quod nullum est.*
17 *Ratificatio non sufficit vbi mandatum lex requirit.*
*Ratificatio non est uere idem cum mandato.*
18 *Aequitate cessante ratificatio non facit mandatum valere.*

## REGVLA LX.

*SEMPER qui non prohibet pro se interuenire mandare creditur. Sed si quis ratum habuerit quod gestum est, obstringitur mandati actione.*

¶DVO sunt dicta, circa primum gloss. & bene exemplum ponit. secundum l. qui patitur supra mandati. Et ista regula & tex. in dicta leg. qui patitur. intelligitur † quando quis est præsens, 1 & non contradicit, vt not. Bald. in leg. i. supra de negot. gest. & sequitur Alex. in l. sæpe. in char. ix. col. xxxiiij versi. vii. saluari potest supra de re iudic. & Bar. hoc idem dicit in l. est pecuniam. C. de neg. gest. Et verba satis conueniunt. quia illud verbum, patitur, arguit præsentiam. & eodem modo verbum illud non prohibet.[a] 2

¶Sed tamen considerandum est, quod ista regula, & d. l. qui patitur. intelligitur quando tractatur de vtilitate eius qui patitur, & non contradicit: vt notat per glo. in dicta l. qui patitur. & not. Bartol. in l. i. supra de nego. gest. † Et tali casu idem videtur in absente. Quia si fiat actus in quo agatur de vtilitate absentis, statim quod ille absens scit, & non contradicit, consentire videtur, vt not. Bartol. in l. quo enim supra rem ratam hab. allegat l. si absentis & quod not. per gloss. & Doct. C. si certum petatur, & sequitur Abbas. in c. nonne. in fin. de præsumpt. & sic data scientia in vtroque non videtur differentia inter absentem & præsentem. Nam sicut præsens qui tacet videtur consentire, quia de ius vtilitate agitur, eadem ratio videtur in absente postea quam scit, & non contradicit. Et secundum hoc regula videtur generaliter procedere. & ad istam regulam facit text. in l. prima. §. magistrum autem supra de exercit. ibi: si scit, & passus est eum in naue magisterio fungi ipse eum imposuisse videtur. & ad idem facit text. in l. secunda. C. de acquirē. possess. vbi † possessio emptori tradita videtur a domino qui 3 scit, & patitur illum esse in possessione.

¶Et secundum istam regulam in notabili questio. consuluit Petrus de Anchar. in consil. lxiii. motiua iudicis in versicul. quo ad quartum, & Alexand. in consi. cxx. ponderatis. libr. quinto colum. ii.

¶Et per dicta l. qui patitur. concludit Socin. in consilio cxii. multum abunde, columna quarta quod † sola præsentia 4 donatarii tacentis facit valere donationem causa mortis, quę hodie potest fieri pacto nudo, iuxta gloss. in l. cum pater. §. Mæ-

vio.

[a] Prohibet. pro quo facit text. l. l. Sabin. supra cōi diui. q̄ text. not. probat etiā conclusionē, q̄ præsens & tacens q̄n agitur de eius pręiudicio, dicitur aliqualiter cōsentire. & sic non in totum. H. C.

a Contrarium. Idem Dec. in rub. in fin. C. de pact. & quos late citat And. Tiraq. repet. l. si vnquam, ver. donatione largitus, nu. 128. licet contra alleget, nu. 139. C. de reuoc. dona.

b Retrotrahitur. Vide Fel. in c. sicut. lo. ii. de simo. fi. col. vbi ponit reg. cum ix. fall. & latas remissiones in materia, vltra quem vide Abb. & Felin. in capitulo nonnulli de rescrip. colum. tertia & in cap. causam. de iudi. colum. penul. versicu. sed de ueniendo, &c. vbi ponit quod secūdū magis cōmunē opi. sententia lata cōtra falsum procuratorem potest ratificari. quod tamen limitat xii. modis. & idē in c. i. col. pe. & vlt. de re iudic. & Anch. & doct. in d. regu. ratihabitionem li. vi. & idē quod Feli. in d. c. causam dicit Ias. in l. licet. C. de procura. vbi ponit 13. limit. in pe. col. vers. in vl. parte gl. & Ias. in l. qui in aliena, de acquiren. hæ. col. 4. versi. gl. in versi. rem ratā haberi. ubi dicit quod ea quæ a principio non possunt explicari per procuratorem, non possunt haberi rata, & eundem in l. nec is. §. primo de acquiren. hæred. colum. secunda vbi dicit, quod ratificatio non extenditur ad ignorata, & quæ sunt necessaria ad hoc

uio. de leg. ii. quia cum agatur de vtilitate sua præsumitur consentire. d. l. qui patitur. & hoc idem voluit Ange. in terminis in consil. clxxxv. ex themate prædicto. columna secunda in hoc
a tamen contrarium [a] voluit Aret. in l. ii. versicu. circa secundam qualitatem &c. de leg i. Et secundum opinio. Aretin. consului dum essem vltra montes, quia sicut Barto. in l. iurisgentium. §. quinimo. colum. quinta & in l. sicuti. in princ. de pact. interpretatur. l. si quis argentum. C. de donatio. vt non habeat locum in pacto præsumpto, quia concurrerent duo specialia. quod fieret donatio pacto nudo & præsumpto, sic etiam dicit Aretin. in d. l. secunda licet hodie pacto nudo etiam fieri possit donatio causa mortis. secundum glo. in dicto. §. Mæuio. hoc intelligitur in pacto nudo expresso. & non in præsumpto. & quia dicit: ipse quando quis donat præsenti & tacenti; non videtur pactum, sed pollicitatio, l. ex pollicitatione. de pollicit. & hoc confirmatur ex his quæ dixi in rubrica. C. de pactis allega. Hostien. in sum. de pact. in princip. ibi, in idem placitus & consensus. & in l. pactum supra de pollic. ibi, duorum consensus atque conuentio. & licet quandoque etiam ex consensu vnius a lege pactum inducatur, vt not. Barto. in l. ii. C. de pact. cum si. vt tradit ibi Alexander illud non est pactum simpliciter, sed secundum quid, sicut distinguitur contractus a quasi contractu, quia in contractu consideratur expressus consensus, in quasi contractu, tacitus. insti. de obliga. ex quasi contractu.
5 in princ. † Et ideo in proposito. licet nudo pacto hodie etiam possit fieri donatio causa mortis, intelligitur de pacto nudo verbis expresso, & non videtur habere locū in isto casu. In quo videtur potius pollicitatio, quam pactum, vel saltem est pactum tacitum & præsumptum, in quo non videtur habere locum quod dicit glo. in d. l. cum pater §. Mæuio de lega. secundo secundum Aretin. in d. l. secunda colum. ii. & dixi in consilio
6 245. Secundum dictum est in quo alia regula continetur, † quod
b ratihabitio, retrotrahitur [b] & mādato æquiparatur, vt habetur in regu. ratihabitionem. eod. tit. in vi. Ad idem est tex. in l. fin. C. ad maced. in l. licet supra de iudi. in l. si pecuniam. C. de neg. gest. & in c. fi. de iureiu. in vi.
7 † Et ista regula etiam habet locum in requirentibus speciale

ad hoc vt ratificatio teneat vide Barb. cap. nonnulli. §. sunt & alii de rescript. colum. vij. in princi. vbi etiam tractat istam materiam. & quibus modis fiat vide eundem in cap. ex parte decani de rescriptis colum. x. & circa id quod dictum fuit de procuratore falso, vide Felin. cap j. & vlt. colum. de re iudic. & in c. post cessionem vii. colum. versi. secundo declarat, & c. de probat. & quando habeat locum, vide per eundē in cap. pruden tiam de off. de leg. col. penult. versi. nunquid. & ibi Barb. colum. 4. H.C.

speciale mandatum [a] vt not. Angel. in d. l. licet in princip. de iud. alleg. Ioan. And. in c. cupientes. §. quod si per viginti. de elect. in vi. & tex. in c. j. de homi. in vi. vt probatur in d. c. si. de iure iur. in vj. & idem tenet Bald. in l. si maritus. C. manda. per tex. quod si de speciali supra de minor. Alexand. in consi. 18. viso col. iij. lib. 5.

8 † Similiter ista regula habet locum in delictis [b] cap. cum ad sedem de restitu. spol. j §. deiecisse. versic. sed & si cum quis supra de vi & vi arma. & ibi glo. & Bart. & glo. in cap. quam sit in ver. petere. de elect. in vi. & no. Bald. in d. l. fin. in fi. C. ad Maced. & in l. non ideo minus col. 7. versi. vndecimo quæritur C. de accu. Pau. de Cast. in consi. ccccxxij. quia scio in 4. colū. in antiquis & Soc. in consi. 148. iustissime iudex in fin. Et talis ratificatio fieri non potest non solum verbis, sed etiam facto, vt text. dicit in l. Paulus respondet supra rem ra. hab. nam plus est facere, quam pronuntiare l. si tamen. §. ei qui supra de ædil. edict. & plus est aliquid facere facto, quam verbo, vt dicit tex. in cap. dilecti. el. j. de app. Et ideo si vniuersitas soluit expensas factas in lite per syndicum non legitime constitutum, videtur gesta per eam ratificare, vt no. Spec. in tit. de synd. in versi. sed pone quod vniuersitas colum. 2. vbi alleg. d. l. Paulus & l. pen. supra de deci. in fi. & c. quo ad consul. de re iud. Et dictum Spec. sequitur Alex. in consi. 227. viso instrumento col. j. & in consi. 176. perspectis verbis in fi. lib. 6.

9 † Et ex perceptione fructuum probatur ratificatio possessionis, vt tradit Alexan. in consi. 88. quoniam colum. fi. in prin. eo. libr. vbi alleg. decisionem Rotæ 146. item licet amicus. Et per receptionem census ratificatio contractus inducitur, vt notat Bald. in consi. 184. ad intelligentiam lib. 2. secundum nouam formam alleg. l. si præteritus. C. de contratab. & l. si proponam. §. primo vbi bonus text. supra de inoffic. testamen. & respondens alicui de fructibus, videtur ratificare contractum, vt idem Bald. dicit in consilio ciij. videtur in princ. in tertio libro. Et agens ex contractu videtur ratificare contractum, vt

a Mādatum. vide Felin. d. c. sicut. fin. col. in fine. vbi refert tenentes hanc opin. & Ias. l. si quis mihi bona. §. iussum. de acquiren. hæredi. col. vj.

b Delictis adde Bal. post gl. in l. si pupillus. §. si Titij. ff. de nego. gest. latissime Salic. post Bald. in d. l. nō ideo minus hic alle. Canon. in capitul. ij. de ordi. cogn. Angel. Aretin. in tract. Maleficiorum, in vers. Sempron. mandat, ibi per additi. in versi. nunc quin decimo, et quid operetur in delictis, vide Abb. capit. cum nos de his quæ fiunt a prælatis &c. & finaliter vide Ange. in l. Iulianus j. colum. supra qui satid. cog. quod si mando tibi quod occidas talem, & tu iam occidisti, quod non teneor, nec ex mandato nec ex aliqua ratihabitione, de quo per Ias. in repe. l. quo minus supra de flumi. Hierony. Chucalon.

vt no.Bald.in consi.xiiij.punctus libr.v.& idem Ange.in consil.cli.viso colum.fin.Et qui exigit rationem administrationis, videtur ratificare gesta per illum qui administrauit,vt no.Pau. de Cast.in consi.j. secundum nouam formam in antiq.

10 †Et quando laudum ratificatum dicatur,tradit Socin. in consilio. ccxx. viso compromisso col.pen. & talis ratificatio potest fieri etiam pendente iudicio,vt not.Alexand.in consilio supra alleg.cxxvij.viso instrumento colum.i.lib.v. & talis ratificatio potest fieri etiam parte absente,vt notat Barto.in l. quo enim in fin.supra rem rat.habe. & in l.Pomponius colum. secunda versic.item & eodem supra de nego. gest.quia pendet a sola voluntate ratificantis, ideo potest fieri parte absente & idem Barto.in authen.sacramenta puberum colum.2.C. si aduers.vē di,cum simili.Alexand. scribit in consilio 126. visis in fin.lib. v.& per ratihabitionem actus attribuitur ratificanti, vt notat Barto.in l pecuniam,C.de nego.gest. Socin.in consilio.158.viso processu. col.3.

11 † Prædicta regula intelligitur quando fuit gestum nomine ratificantis, alias non potest ratificari, vt habetur in alia regu.ratum eod.tit. in vi. & ad idem text. in l. si pupilli.§.sed si ego.ubi Barto.supra de negot.gest.& in l.si seruus supra de prec car. & in cap. cum quis de sent.excom. in vi. Et ista conclusio procedit, quod ratificatio non potest fieri isto respectu quod negotium ad me trahatur. Secus, est quo ad præiudicium

12 meum, † quia in præiudicium meum possum ratum habere quod nomine meo gestum non fuit, vt not. Barto. per illum tex.in l. si fundus.§.primo supra de pignor. & not. per glo.in d.regula,ratum: Et hoc solum habet locum in casu. d.l. si fundus.§.j.quia res non poterat habere effectum sine tali ratificatione, quia erat pignorata res aliena in qua ius pignoris constitui non potest, nisi domino consentiente, secus si res absque ratificatione potuisset sortiri effectum. quia tunc etiam in præiudicium ratificantis non potest ratificari quod non fuit gestum nomine ratificantis, & fuit ista distinctio aliquorum, vt Barto. refert in d.l.i.§. sed & si cum quis supr. de vi & vi arma. & sequitur Peruf in d.regu. ratum per text. in d.cap.cum quis, de senten.excom,in sexto vbi patet, quod non possum ratificare etiam in præiudicium meum quod nomine meo factum non fuit Barto.tamen.in d.l.i.§.sed & si quis breuiorem tradit doctrinam, quod gestum nomine alterius non possum ratificare trahendo ad me negotium, ita quod ego dicar commisisse illud delictum, vel illud negotium fecisse. Sed si volo habere ratum in præiudicium alicuius iuris mei, possum d. l. si fundus.§.i. & in l.mater tua.C. de rei vend. vbi si quis vendit rem meam nomine suo: possum ratum habere vt mihi præiudicem in domini & rei vendicatione, sed non possum agere ex vendito contra emptorem.

¶Secundo

a Tēpus vide Iaſ. in l. is qui pro emptore de vſuc. col. 37. verſi. 2. articulus eſt de extr. &c. vbi late declarat materiā ratihabitionis, et do. Philip. in reg. contractus ſupra eodē ver. quarto limitatur, &c. et adde vnum, ꝙ actus medius impertinens impedit ratihabitionem retrotrahi. gloſ. eſt ſingu. in l. indebitū. §. j. ff. rem rat. hab. & ibi Bar. & i l. ſi uxore. §. ſi quis vxorē. de adul. Bal. in l. fin C. ad Mace. H. C.

Secundo † regula principalis limitatur, dummodo fiat ratificatio infra tempus [a] infra quod actus qui debet ratificari fieri potuiſſet, vt eſt textus in l. bonorum ſupra rem rat. habe. ad idem textum in l. j. in princ. ſupra de app. recip. vbi ratificatio appellationis interpoſitæ debet fieri infra tempus datum ad appellandum vt not. per glo. in d. regu. ratihabitionem & in cap. quam ſit de elect. in ſexto. & per illum tex. in d. l. bonorum infert Abb. poſt Anto. de Butr. ibi in fin. in cap. cum veniſſent. colum. ſecunda de reſtitu. ſpol. quod ſi quis tanquam geſtor negotiorum meorum, nomine meo accepit poſſeſsionem, & ſit ſpoliatus antequam habuerit ratum, illa ratificatio nihil operatur, & ſequitur Alexand. in l. quod meo in princip. colum. ii. de acquiren. poſſeſ. & Corn. Peruſin. in conſilio. 110. in iudicio divitorio col. pe. in prin. lib. ii. Et facit quod not. Barto in l. ſi vxor. §. ſi quis vxorem ſupra de adult. vbi per illum tex. in d. l. bonorum dicit quod ratificatio poteſt fieri re exiſtente in eodem ſtatu alias ſecus & not. Sali. in l. fin. poſt Bald. C. ad Maced. cum ſimi. vt tradit Alexand. in conſi. 78. viſo col. pen. libr. v. & in d. l. quod meo in prin. col. ij. 15

Et hoc quod dicitur de re integra, limitatur, vt in notabili caſu ſcribit Corn. Peruſin. in conſilio. xxxvii. nemini colum. fin. libro ſecundo.

Item quod dicitur in d. l. bonorum habet locum in ratificatione quæ reſpicit fauorem ratificantis, ſecus vero eſſet in odiū & præiudicium eius quia ratificatio fieri poteſt, licet actus principalis fieri non poſsit, vt patet † in homicidio ſemel commiſſo quod iterum fieri non poteſt, & tamen ratificari poteſt c. j. de homic. in 6. & in d. l. j. §. ſed & ſi eum quis. de vi. & vi ar. & not. Ange. in l. bonorum. 14

Item & ſecundo d. l. bonorum non habet locum in declaratione quæ ſemper fieri poteſt, vt not. Bald. per illum tex. in l. ſed & ſi quid. §. interdum in ver. quod ergo ſupra de vſuf. & refert & ſequitur Aretin. in l. j. §. ſi quis ita colum. iiij. de verbor. obli. & hoc idem dicit Ang. in l. cum proponas col. j. in gl. fi. C. de bo. auth. iud. poſſ. vbi ſimpliciter alleg. l. hæredes pal. verſi. ſed ſi notam ſupra de teſta.

Tertio quod dicitur in d. l. bonorum procedit quando actus non poteſt fieri propter diſpoſitionem legis prout loquitur, † ſecus autem ſi facto hominis actus fieri non poteſt, quia ratificatio tamen non impeditur l. cum decem. §. fina. & in lege ſi quis offerenti. §. fina. ſupra de ſolu. & ita Barto. dicit in dicta l. bonorum. 15

Quarto limitatur, vt Alexan. tradit in conſi. lxxxviij. quoniam, col. fi. in prin. lib. 5.

Quinto limitatur, vt per Cuma. in conſilio cxvi. Innocentius ſeptimus.

Vltimo limitatur, vt per Bar. in l. i. C. qui admit.

¶ Tertio

¶Tertio, regula principalis fallit vbi agitur de præiudicio
a tertii, quia ratificatio fieri, non potest, ita quod in alterius[a] prçiudicium retrotrahitur arg. leg. si partem. §. fina. supra quemad. ser. amit. vt Bartol. concludit in l. cum indebitum §. si procurator & in dicta. l. bonorum supra rem rat. hab. ii. not. Ang. in consi. cclxxvii. tutor in fin. Alexan. in consil. lxxviii. viso colum. quarta. lib. v. & idem Bart. in l. aliena res supra de pig. act. in prin. vbi cōcludit, quod ratificatione domini facta de obligatione facta per alium eius nomine, non prçiudicat illi cui ipse dominus rem vendidit vel obligauit. Et circa hoc notabilem quçstionem ponit Bal. in rub. extra de sum. Tri in. col. pen. ver. sed incidit quçstio de facto.

26 ¶Quarto, †regula principalis intelligitur quando actus qui debet ratificari validus fuit secus si nullus fuisset, quia ratificari non potest, vt not. scribit Pet. de Anch. qui ponit istam regulam in consil. cxxiii. vnus ex procuratoribus, & idem notat. Bartol. in leg. obseruare supra de officio proconsu. in prima oppon. vbi inquit, ratificatio non potest fieri de actu nullo ita quod actus confirmetur a tempore quo nulliter factus fuit sed actus nullus bene potest ratificari, ita quod ex nunc valeat tempore ratificationis, & sequitur Alexa. in consil. lxxviii. viso colum. penulti. libr. quinto supra alleg. Et videndum est ad prædicta quod Aretin. tradit in consilio 127. eximie domine. col. ii. & ibi de materia, & consil. sequenti.

27 ¶Quinto fallit, † quando mandatum pro forma[b] a lege vel
b statuto requiritur, quia tunc non sufficit ratificatio, vt Bald. dicit in l. executorem colum. 4. versi. sed si notarium C. de execu. rei iudi.

¶Et similiter regu. non habet locum in materia stricta, quia si statutum velit quod mandatum testibus probari non possit, ratificatio tamen poterit probari, vt not. Baldus in leg. obseruare. §. fina. in xi. quæstio. supra de offici. proconsul.

¶Vltimo regula procedit secundum fictionem quia in veritate aliud est mandatum, & aliud ratificatio, vt not. Barto. in lege is qui pro emptore colum. iii. supra de de vsucapio. Et talis fictio fundatur in çquitate lege postliminium, supra
28 de cap. † & ideo cessante çquitate ista regula non habet locum, vt Alex. concludit in consil. lxxvii. colum. penul. in v. lib. supra allega.

a Alterius. Vi de Ias. in l. filio quem pater colum. i. de lib. & posthu. & in l. is q pro emptore, de vsucap. colum. xxviii. versi. tertia rō vbi late tractat materiam ratihabitionis. & an possit fieri die feriata in honorem Dei ibi col. 37. in fi. Hie. Chu.

b Forma. Adde Bart. post Bal. i c. ex parte de cani. de rescri. col. xxx. vers. item dicit hic. Bal. &c.

## In l. domum suam. Argumenta.

1 *Aedificare qui uetatur reficere domum non prohibetur.*
2 *Reficere non dicitur, qui rem penitus lapsam restaurat.*

Nonum

3 *Nouum dicitur quod prius distructum reparatur.*
4 *Aedificare potest quis in suo libere, modo in alienum nil immitat.*

## REGVLA LXI.

DOMVM *suam reficere unicuique licet, dũ nõ officiat inuito alteri quo ius non habet.*

¶ISTA regula intelligitur in casu in quo quis non habet potestatem ædificandi de nouo; † nam prohibitus ædificare non prohibetur reficere: vt hic dicitur. Et vltra gloss. exemplificari potest in cap. consuluit. de Iudæ. vbi Iudæi qui prohibentur sinagogas de nouo constituere, non prohibentur antiquas reficere, quia aliud[a] est facere, & aliud est reficere. l. iii. §. reficere supra de iti. actuque priua. Et ideo prohibitus facere de nouo, non prohibetur reficere: vt hic, & dicto cap. consuluit. & in leg. quarta C. de ope. publ. & in l. i §. si quis ædificium, supra de oper. nou. nun. facit quod not per gloss. in c. i. in verbo, domum. de relig. do. in vi. in clemen. fin. de rescri. in verbo, creatum. Ex his comprobatur quod dicit gloss. in leg. prima. §. pen. in verbo reficere supra de mor. infer. & sequitur Bar. in d. l. i. §. si quis ædificium, quod propria & stricta differentia est inter verbum facere & reficere. 1

a Aliud Alex. consi. cxc. nu. 7. nu. 22. lib. ii.

¶Et ista conclusio limitatur, † nisi res in totum fuerit destructa: quia tunc reficere rem in totum destructam est proprie facere, quia de totali reparatione iudicatur idem quod de noua constitutione vt notatur per gloss. xviii. q. ii. in cap. de monachis. & in cap. iii. de iure patro. & not. Bal. in l. si vt proponis. la ii. C. de nup. Host. in summa de ecclesi. ædifi. in fin. & facit text. in l. qui tamen. in princ. supra quib. mod. vsusfruct. amit. in l. si ita legatum. §. fina. de leg. i. cum simi. vt late tradit. Alex. in dicta. l. si quis ædificium. & Felin.[b] in cap. cum accessissent. in fin. char. de consti. 2 b

b Feli. & idem Feli. in d. c. consuluit. de Iud. et Ias. in repe. l e. quominus. col. pen. de fluminibus, vbi p duas col. tractat materiam nostræ reg. & eundem post alios in l. i. §. si quis ædificium. supra de noui oper. nun. & d. Phil. in d. c. cum accessissent, col. fi. in fi.

† Sed tamen considerandum est, quod licet res in totum destructa sit, remanent tamen vestigia prioris ædificii, vnde facilius reparatio permitti debet arg. l. fin. supra de decur. & quod not. Bartol. in l. i. de aduo. diuer. iud. & facit glos. in c. accessissent. vbi fit reparatio dignitatis in totum destructæ. Et non est nouum quod alias statutum fuit, licet renouetur. xxii. q. i. in cap. Acarius. & xxxiiii. q. i. in c. non satis. facit text. in l. rem non nouam. C. de iudic. Vnde quod in totum res destructa reficiatur, non videtur res noua. & in casu cap. consuluit. Iudæi qui prohibentur nouas sinagogas erigere, non videtur, quod prohibeantur reficere synagogam in totum destructam. 3

sicet Abb. ibi aliter velit, ex quo ecclesia tollerat Iudæos, & verba dicto capitulo satis conueniunt, dum dicitur. Si corruerint antiquę, tolleratur quod eas reędificent. Ista enim verba etiam ad totalem destructionem adaptari videntur, vnde secundum subiectam materiam hoc debet iudicari, quia secundum subiectam materia statutum quod loquitur de faciente, habet locum in reficiente, vt Alexand. tradit in consi. cix. visis, colum. penulti. lib. iii.

4 † Secundo regula etiam intelligi potest in eo qui haberet po-
a testatem ædificandi, [a] secundum regulam altius. C. de seruitu. quę habet locum dummodo ille qui ędificat in suo, non immittat aliquid in alienum, vt gloss. hic dicit per legem sicut. §. Aristo. supra si serui. vend. Et alias limitationes ad dicta l. altius. tradit Barto. Vero. in tracta. de ser. vrb. pręd. in titu. de solo & area. Alexand. in consi. clxxiiij. opportune considerans. lib. secundo & quod not. Barto. in l. fina. in fin. C. de ser. & dicta l. altius, ampliatur vt per Abb. in consi. lvii. in quęstione columna quarta lib. primo, Corneus in consi. xc. viso col. v. lib. 2. & Soc. in consi. in prin.

a Aedificandi. Adde Iaso. in l. ex hoc iur. col. ij. de iusti. & iure, et domi. Philip. in regu. nullus videtur, & quę ibi dixi.

## In l. Hæreditas. Argumenta.

1 *Hæreditas successio dicitur, possessio vero bonorum, ius succedendi.*
2 *Hæreditas etiam dici potest ante aditionem.*
3 *Aditio sola non sufficit vt hæreditas dici possit.*
4 *Petitio hæreditatis quando hæredi uel fideicomissario detur*
5 *Petitio hæreditatis non datur hæredi, qui possessionem semel apprehendit.*
6 *Hæreditas an desinat dici per solam possessionis apprehensionem.*
7 *Filia renuntians hæreditati patris, non excluditur ab hæreditate fratris.*

### REGVLA LXII.

HAEREDITAS *nihil aliud est, quàm successio in vniuersum ius qd defunctus habuerit tempore mortis,*

1 Hęreditas † ergo ex succesio, vt hic dicitur, & in l. nihil supra de verbo. signifi. Et bonorum possessio est ius succedendi,

vt

vt not. Bart. in l. tertia. §. bonorum supra de bono. poss. De quo videndum est quod dixi, in rub. C. qui admit. col. antepenul. Et istam diffinitionem hæreditatis quam Iurisconsultus hic posuit, declarat Bart. in rub. supra de acqui. hære. dicens quod ista diffinitio loquitur de successione iuris; quia mortuo testatore succedit quoddam ius quod hæreditas appellatur, & personam defuncti sustinet in omnibus iuribus quæ habuit defunctus l. hæreditas in multis supra. de acquiren. rer. domi. l. mortuo supra de fideiuss. & idem Barto. in l. nam & seruus. §. qui in negotia supra de nego. gest. dicit, quod hęreditas representat personam defuncti, & non hæredis futuri.

Et hæreditas dicitur † antequam adita sit per hæredem, & adita hæreditate, amplius non dicitur hęreditas, vt not per glo. in l. 1. §. veteres in glo. ma. supra de acqui. pos. in l. hęreditariis de acq. re. do. in l. hęres per seruum de acq. hęre. in l. eius qui in ver. hęreditari supra si cer. pet. & not. Bart. in l. 3. in prin. ad si. supra de bono. pos. vbi inquit, quod postea quam adita est hęreditas confunditur cum patrimonio hæredis l. sed si plures. §. si filio supra de vulg. & pupil. & vbicunque post aditionem appellatur hęreditas, est impropria loquutio vnde in tit. de pet. hęredita. dum dicimus petere hæreditatem; intelligitur nos declarari esse hæredes l. licet minime supra de peti. hæredita. & idem Barto. dicit in rubri. supra de acquiren. hæredita. & in dicta l. eius si cer. peta. 2

Et ista conclusio intelligitur post aditam hæreditatem, & apprehensam possessionem, † quia sola aditio non facit quominus etiam hęreditas dicatur, vt not. Aret. dicit in rubri. supra de acquiren. hæredita. vbi ad hoc alleg. Barto. singulariter in l. fin. supra de fideicommiss. hæredita. pet. vbi Barto. sequitur gloss. in l. prima eod. tit. in verbo, hęreditas. quæ dicit, quod solum hęredi vel fideicommissario datur petitio hereditatis antequam sit consecutus possessionem bonorum hęreditatis. Sed post acquisitam possessionem si desinat possidere habet rei vendicationem, & non petitionem hæreditatis & Barto. rationem adducit, quia post quam hæres adeptus est possessionem, desinunt esse res hæreditarię, vt supra dictum est. & sic Bartol. videtur hoc intelligere post acquisitam possessionem vt ista ratio conueniat quæstioni & dictum glossæ. & Bartol. tenet Alexander in consilio lxxxix. viso puncto in principio libro secundo & in consilio xciiii. in causa & lite in secunda colum. lib. secundo. ex quo infero vbi concludit. † quod petitio hęreditatis, & interdictum quorum bonorum non datur hæredi qui semel apprehendisset possessionem, per illam rationem quia per apprehensionem desinunt esse res hæreditariæ, & ideo gloss. not. in capitu. primo de conf. f. in vj. glos. mag. circa fin. instruit agentem petitio. hæreditatis. vel interdicto quorum bonorum, quod non dicat se possedisse post mortem defun-

ctis 3 4

cti, quia illa remedia nõ competerent post acquisitam possessionem. & idem sequitur Anto. de Butr. in consi. lxiij. viso libello, in prin. vbi refert rationem Barto. & sequitur. Et sic conclusio prædictorum videtur, quod hæreditas dicatur, & res hæreditariæ dicantur ante possessionem acquisitam, & sic per aditionẽ solam non desinit esse hæreditas.

Et hoc confirmatur secundum Aret in d. rub. de acquiren. hęredi, quia licet per aditionem dominium rerum hęreditaris vnitum sit cum patrimonio hæredis, d. l. sed & si plures. §. filio de vulga. & pup. quia tamen adhuc non est facta incorporatio retinet nomen hæreditatis, sicut in simili videmus in fisco, cui licet bona vacantia ipso iure acquirantur. l. j. §. an bona supra de iure fis. tamen ante incorporationem non censetur eodem iure cum alijs bonis incorporatis, vt not. Bart. in l. in omnibus supra de diuer. & temp. præscript.

Contrarium tamen expresse tenet Pau. de Cas. in dicta. l. prima supra de fideicom. hæred. pet. dum inquit, quod ratio Bart. 5 non est bona, quia illud quod ipse dicit, † quod per apprehensionem possessionis desinat esse hæreditas, etiam habeat locum ante adeptam possessionem, quia per solam aditionem videntur a res desinere esse hæreditariæ, & pariter desinit esse hæreditas,[a] & hoc verius videtur, quia per aditionem dominium & omnia iura transeunt in hęredem. l. cum hæredes, in princ. supra de acquirend. posses. & ideo statim desinit esse hæreditas. quia bona sunnt hæredis qui adit. Et non obstat simile de fisco, quia dato quod plus iuris habeat fiscus, & etiã hæres in bonis incorporatis & apprehensis ratione possessionis, hoc non tollit quin desinat hæreditas esse per aditionem, ex quo dominium transfertur in hæredem, vt dictum est.

Et retenta ista conclusione, quod post aditionem non dicatur esse hæreditas, consului vltra montes Valentiæ in Delphicatu 6 † quod renunciatio quã fecit filia patri de hære. patris non excludebat illam ab hæreditate eius fratris quia mortuus erat adita hæreditate paterna, quia post talem aditionẽ non dicitur hęreditas patris, sed fratris per supradicta. Et in terminis de renũtiatione consuluit Angel. consi. lij. do. Gillius. col ij. & sequitur Alexand. vbi alia similia inducit. l. j. §. veteres supra de acquir. posses. colum. ix. ver. expressius. Angel. & idem in terminis de renuntiatione tenet Paul. de Cast. in l. Paulus. §. j. de acquir. hæredi. vbi dicit Oldr. ita consuluisse, & sequitur ibi Aret. per text. in l. qui filij supra de ijs quib. vt indig. & idem Aret. in consil. cxj. in præsenti consul. & idem Ro. in cons. cxlviij. circa primũ. Bene. Capra, in consi. xij. & si viso, & Cor. Perusi. in cõs. cccv. in hac consul. lib. iiij.

a Hæreditas. Hanc opi. tenet Ias. in rubri. de acq. hęre. ij. col. ver. tu dic quod immo &c. & in l. j. §. veteres. de acq. pos. col. x. ver. circa cõclusionẽ &c. & ponit qõ d. Phil. Dec. licet loquatur in statuto. & dicit hanc esse cõem opi. & in 13. col. ponit. q. de muliere prohibita nubere extra ciuitatem cũ hæreditate, prout est Mediolani, an post quam est adita hæreditas. si cõtrahat, perdat hæredit. & qđ hæreditas post aditionẽ non dicitur proprie hæreditas, tenet Flo. in l. veniunt. ff. fam. erciscun. & Ias. in l. eius. §. quod si stipulatus. si certum pet. & pet. eundem d. Phil. in consi. 69. col. ij. visis duobus. Hic. Cu.

In t.

## In l.Qui sine dolo.Argumenta.

1 *Culpa lata est dolo aequiparanda.*
2 *Moram incurrere non dicitur, qui obligandi causam iustã habere inuenitur.*

### REGVLA LXIII.

*QVI sine dolo malo ad iudicium prouocat, nõ videtur moram facere.*

IBI, sine dolo malo.subaudi, vel late culpa, vt not.per glo. & Bar.in l.quod te.col.iij.in verbo, venio ad vltimum, supra si cert.pet. & ad hoc facit, † quia lata culpa dolo aequiparatur, 1
l.quod Nerua.supra depos.l.j.§.j. supra si men.fal.mod.dix.

In tex.ibi nõ videtur dolo facere, & non est in mora.exemplum ponitur per glo.in l.si quis solutioni supra de vsu, ad idem tex, in l.sciendum e.ti.& in l.iij.§.si quis paratus.ff.quod vi aut clam. † Et hoc intelligitur quando iustam habet causam litigãdi, vt probatur in iuribus praealleg. Secus si non habet iustam 2
causam, quia tunc per interpellationem in mora constituitur, vt no.Bar.in d.l.quod te.& est te.qui ita intelligitur in l.nemo.§.j. supra de verbo. obliga. dum ibi dicitur moram committi ab eo qui voluit litigare, & not.Bar. in l.si seruum.§.nunc videamus. in l.qui Romae.§.Seia. de verb.obli.

Secũdo regula intelligitur anteq̃ mora sit cõmissa. Sed post moram cõmissam mora non purgatur, licet quis velit ad iudiciũ ꝓuocare.l.fi.supra de condi. vbi Pau.de Castr. ita concludit.

## In l.Ea quae rarò.Argumenta.

1 *Leges ad ea quae vt plurimum accidunt, applicari solent.*
2 *Leges etiam fiunt de his, quae naturaliter contingunt.*
3 *Iure speciali quod cõceditur, in cõsideratione esse nõ solet.*
4 *Matrimonium inter prohibitos, valet, sub conditione, si Papa dispensabit.*
5 *Ratio eius nulla habetur, quod à principis voluntate sola pendere noscitur.*

### REGVLA LXIIII.

*EA QVAE rarò accidunt, non temere agẽdis negotijs computantur.*

accidere

Nota

1 ¶ Noto † quod de his quę raro accidunt, regulariter nulla ratio habetur apud legislatorem. Ad idem text. in l. nam ad ea supra de leg. cum simi, vt glo. in c. per literas de dispons. imp. Nã rarum & nunquam æquiparantur. c. coram de offic. deleg. Et quod ratio contingit, miraculum est vt dicit tex. in authen. de consulib. colla. iiii.

¶ Et quod raro fit. sicut etiam vetus sapientia docet, non obseruant legislatores. Sed quod fit plerunque. & respiciunt & medentur, vt inquit text. in authenti. vt sine prohi. ma. §. quia vero multum colum. vi. & in l. antiquis. supra si pars hære. peta. Et ideo casus insolitus qui raro contingit de mille annis semel, vt Bart. dicit in l. Seio §. medico. per illum tex. de ann. leg. non est in consideratione & idem Bar. in l. fistulas. §. frumenta supra de contrahen. emp. cum simi.

¶ Et regula ista videtur procedere in his quæ raro accidunt
2 & habent in se miraculum, vt supra dictum est † Secus est si naturaliter contingant quia a l. recipiunt. l. si maior quinquagenaria. C. de leg. hęre. vbi filius qui nascitur ex maiore quinquagenaria, legitimus dicitur, licet raro illud contingat & omnia alia quæ raro contingunt, sunt sub lege, & regula communi, nisi exprimantur, vt Christophorus Porcius dicit in. §. insulam per illum tex. insti. de rerum diuis.

3 ¶ Et ad prędicta etiam consonat regula quę dicit † quod illud quod de iure speciali conceditur non debet considerari. l. quarta. §. primo vbi Bald. supra de fideicom. lib. & not. Bartol. in l. ii. colum. v. versicu. sed circa hoc dubitatur supra de vul. in l. fin. col. ii. C. de sent. passi. & in l. quandiu. la j. de acquiren. hęred. cum similib. Et hoc intelligitur nisi de illo iure speciali expresse dictum sit, quia tunc attenditur. l. quidam relegatus de reb. dubiis valet legatũ si restitutio impetretur a principe. Et ideo valet institutio de filio spurio sub conditione si legitimetur a principe, vt not. Bal. in l. prima. in vi. quæstio. C. de instit. & substit.

4 Et hoc videtur † quod valeat matrimonium inter prohibi-
a tos sub conditione. si Papa [a] despensabit. de quo Abba. post alios in cap. super eo. de condit. oppo.

Secundo quod dictum est non considerari quod de iure speciali conceditur verum est antequam actus sequatur, secus est eueniente postea illo casu speciali qui admittitur. l. non quocunque. §. si ex boni de leg. i. cum simi. vt tradunt Moder. in l. i. col. viii. de vulga. & pupil. & facit quod supra dictum est per l. si maio. quinquagenaria. C. de leg. hære. ibi. eueniente casu quod raro contingit.

5 Similiter etiam ad supradicta dicimus, † quod non attenditur quod pendet a voluntate solius principis quia impos-
b sibile illud reputatur. l. apud Iulian. §. constat [b] de leg. i. not. Bart. in l. si quis sub conditione. colum. ii. de testam. tute. &

a Papa. istam opin. tenent ibi Ant. & Gas. & Prępo. qui late eam disputat licet reliquãt cogitandũ contra tamen Inno. & Abb. & Card. ibi Cal. in cõsi. i. sub tit. despõsali. & Aretin. in cõsi. 142. incipien. ex facto proponitur & cons. c. col. iiii. versicu. sed est eã etiam tenet idem Aret. quã dicit cõem. et l. apud Iul §. constat. col. 4. ver. & ad materiã de leg. vbi Ias. videtur inclinare in aliã partem. de qua et vide Anc. in c. ex publico de conuer. coniu. H. C.

b Constat. vbi Alex. Ias. adde Deci. l. i. colum. vii. de offi. eius cui mand. est iurisdi. c. eccl. [2] colum. fi. de cõsti. An. Tir. tract. retract. px i. §. 32. nu. 59. vltra quem Aymo. consi. liiii. in fi. cõsi. cxxi. n. 10.

in l.continuus.§.cum quis de verbo,oblig.& hoc intelligitur ni si consueta sunt concedit.vt not.Alex.post alios quos refert in dicto.§.constat.per illum tex.ibi distrahi non soleant,cum sim. vt per eum ibi,& Moder.& latius tractat Soci.in d.l.quidam relegatus c col.iiii.

## In l.Ea est natura.Argumenta.

1 *Cauillatio quæ,veluti superuacua,a iure reprobetur.*
2 *Cauillatio quandoque tolerari potest.*
3 *Aduocatus iustam causam fouens cum malitia licite aduersarium conuincit.*
4 *Testes de falso suspecti solicite sunt examinandi.*
5 *Testis suspectus etiam de circunstantijs interrogari debet.*
6 *Iudex inuestigande veritatis gratia cauillationibus uti potest.*
7 *Iudex delinquenti impunitatem promittere potest.*
8 *Priuato etiam fides seruari debet.*

### REGVLA LXV.

E*A est natura cauillationis,quã Greci σό..ισμα appellant,vt ab euidenter ueris per breuissimas mutationes,disputatio ad ea quę euidenter falsa sunt,perducatur.*

¶Ad idem tex.in l.natura cauillationis.supra.titul. pro & not.Ioan.And.in cap.venerabilis declarando tex. in versicu. cauillationis de iudic.& ad textum hic bene facit tex.in authe. de tabel.col.iii.in verb.& non fugant tabelliones.vbi dicitur. quod nihil est inter homines sic indubitatum vt non possit suscipere quandam solicitam dubitationem , licet illud sit iustissimum,& hoc fit per cauillationem quæ reprobatur & a iure. dicto c.cum venerabilis†talis cauillatio videtur superuacua, 1
& nimia subtilitas , quæ a iure reprobatur & a iudice reiicitur,l. actio. supra de negot. gest.l. sicut.§.si debito. quib. mod.hypo.soluatur. Et hoc est quod dicitur,quod nimia subtilitate [a] res subuerti non debet.l.si quis hæredem in fi.de instit. a
& subst.& in l.penul.C.ad Treb.in l.fi.C.de leg. vbi de tali subtilitate ridet imperator & illam consti.

¶Quandoque tamen etiam † cauillatio toleratur , quia malitiis 2

a Subtilitate. Abba.in c.dilecti.in iii colum. De.l.si quis hæredem.num.4. C.de institu.& substitu.

a Simulatio. Cauta & prouida admittitur, ita Abb. post gloss. & Hosti. in capitu. i. quod met. cau. colum. v. vbi dicit secundum Hostien. quod aduocatus fouens iustam causam, potest malitijs & cauillationibus aduersarium conuincere, dum tamen sine mendatio hoc fiat, ad idem facit quod teneor in hoc in capitu. olim. lo i. in secunda colum. in medio vbi dicit, quod si ex defectu iustitię quis non potest rem sibi subtractam furto recuperare, quod licet sibi propria autoritate furtum subtrahere; quando tamen hoc fiat sine mendatio ego tamen credo quod nullus aduocatus hoc faciet sine mendatio, de quo etiam vide Hippo. de Marsi. in sing. clxxvij. hominum. vbi multa cumulauit, quæ addas ad apostil. super litera d. Hierony. Cucha.

b Iudex idem Deci. in l. vnica colum. tertia. C. de sen. quæ pro eo quod inter. Sed contra Hippo. Marsi. in. §. quæstionis. in fin. de quæstione in l. si quis obrepserit ad leg. Cor. de fal. & in practi. ver. postquã nu. 15. & in singu. 21. ad Luc. de Pena in l. 1. de numera. lib. 12.

tijs est obuiandum. l. in fundo. ff. de rei vendicatio. capi. sedes. de rescrip. ideo aduersus malitiam quis cũ malitijs resistere potest, vt not. per gloss. in capitu. cupientes in principio in versicu. malignantium. de electio. in sexto & pro dicta gloss. est text. in l. cum pater. §. Titio. in fin. de leg. ij. quem ad hoc alleg. Ange. in l. penulti. supra de vsu. & dicit gloss. not. in capitu. dominus no-

3 ster. in glo. i. in fi. 23. quæstio. ij. † quod si aduocatus fouet iustam causam, potest etiam cum malitia aduersarium conuincere, & bene facit quod not. Anto. de But. in capitu. primo de mut. peti. vbi voluit; ꝙ si in veritate mutuum reddi, possum etiam cum iuramento affirmare me nihil a te habuisse & not. Bald. in rub. C. de fide instrumen. colum. vii. in versicu. incidenter etiam quęro in istis enim & similibus cauillatio admittitur ad obuiandum malitijs & fraudibus.

4 † Eodem modo propter suspicionem iudex debet diligenter examinare testes suspectos de falso, & eos inuoluere si potest vt not. Bald. in l. prima. §. editiones in secunda not. C. de eden.

5 † Et quod si testis est suspectus interrogari debet etiam de circunstantijs in quibus substantia rei non consistit, vt not. Azo. in sum. columna penultima. C. de test. & Specu. in titu. de. sti. §. iam de terrorijs versicu. & not. cum similibus vt dixi in capitulo licet causam in viii. not. de probat.

6 † Similiter & iudex ad veritatem inuestigandam potest vti cauillationibus, & etiam simulare, vt probatur in capitulo afferte. de præsumption. & ventesimasecunda quæstione secunda capitulo non enim volebat Deus. Nam propter vtilitatem pu-

a blicam ad bonum finem permissa est simulatio. [a] capitulo vtilitatem. ventesimasecunda quæstione secunda & per illum tex. dicit Vgutio & Andre. & post eos Dom. in capi. nos in quen-

7 quam. an fin. 2. quæstio. i. † quod iudex [b] potest delinquenti

b promittere impunitatem & liberationẽ, si confitetur delictũ, & poterit tamen iudex ex tali confessione postea illum condemnare, & iudex excusatur. & refert. Ancharan. in dicto cap. vtilitatem Alexandrum tertium ita fecisse cum quodam episcopo

a Fely. Hanc etiam tenet Imo.in l.is qui reus fin.colum.de pub.iud.& Fel.c.accedens lo.2. vt lit.non conteſt.quę opi.licet ſit communis, ego tamen non credo veram, per ea quę hic dicit do.Phil.ſubtiliſsime, & per text.in c.ad aures. quod metus cau.vbi iuramentum & fides ęquiparantur, & iuramentum ſemper eſt obſeruandum vbi poteſt ſine interitu ſalutis ęternę, vt in capitu. cum dilectus. quod met. cauſ. & in ca. ſi vero de iureiurā. vbi late Doct, ergo idem eſt dicendum in fide, quia ęquiparatorum a lege, quod ſtatuitur in vno & in alio, &c. glo.& Doct.in l.ſi quis perſuaſerit.C. de ſur.& in l. quod vero contra.ff.de leg.vbi etiam per Barto.cum fides iſta non poſsit rumpi ſine interitu ſalutis ęternę, vt fatentur prędicti Doctor.dicentes quod in foro conſcientię non eſt licitum talem fidem rumpere, & dato quod prędicta opinion.ſit vera, quod iudex non teneatur fidem ſeruare, tamen non poterit ex tali confeſsione condemnare confitentem, niſi eam iterum ratificaſſet, per ea que dicit ſin.Imo.in dicto conſi.cix.incipien.viſa inquiſitione, &c. ęquiparando eam confeſsioni factę in tormentis cuius opinio.vltra do.Philip.hic, ſequitur etiam Hippo.de Marſi.in l. prima.§. queſtione columna ſecunda in fin. verſicu.modo redeundo.ff.de queſtio.& latiſſime in ſingu.clxxvij.inci.malitijs hominum.& in ſing.201.inci.in confeſſum. vbi alleg.plures tenentes hanc opinion. & ſic ſi confeſsio non fuerit ratificata, iudex non poterit eum punire, cum ſit nulla quantum ad punitionem, quia ēt dato quod eſſet valida requireretur ꝙ pluries in confeſsione perſeuerauerit, not.verbum.Cum in conſi.cxxxviij. in prima colum.verſi.quantum ad primum quod eſt commend.requiritur etiam vt præceſſerit accuſatio ad hoc vt confeſsio prętudicet.ita gloſſ.in l.fina.C.de li.cauſa quam commend.Barto.in ſua Mar.in verſicu.in confeſsio.verſicu.duodecimo ſed ego non teneo illam gloſſ.per ea quę dicit Anch.in capit.i.de accuſ.lib.ſexto.ii.col.verſi. ſolutio regulariter, &c. vbi dicit quod verum eſt quod regulariter quis non eſt condemnandus ſine accuſatore, vt in l.reſcripo.§.ſi quis.de mun.& hon.ſupra hoc tamen fallit in pluribus caſibus.de quibus per eum inter quos ponit iſtum, quando crimen eſt notorium ꝙ ſit per confeſsionē factam in iudicio, vt ibi per eum.& adde quod dicunt Doct. poſt Bar.in l.i.§.nō fuit de dolo.& in l.conuentionem.de pac. quod publica perſona tenetur ſeruare fidem etiam hoſti. quod iſta doctrina eſt limitanda per dictū ſing.Bal.in c.i.§.fi.col.pen.in fi.de pace iur.firman.qui tenet, quod vbi aperitur via ad delinquendum vel ad impunitatem delicti iuramentum non eſt ſeruādum, quia non tenet tale iuramentum. & ſic ꝙ a pub. perſona non ſit ſeruanda fides, vbi agitur de impunitate delicti, quod facit pro eo quod notatur de ſaluo conducto dato bannito, an ſit ſeruandum, de quo per Fel.in d.c. accedens.& per Imo. in d.l.is qui reus, vbi facit vnam, not. diſtinctionē. Tamen caueant iudices per ea quæ ſupra dicta ſunt, ne ſint homicidiæ animarum ſuarum, quia omnes ſupra dicti Doct, tenent in foro conſcientiæ non eſſe licitum rumpere fidem. H.C.

ſimoniaco. & ſequitur Fely. [a] in dicto c.afferte. de prę ſump. a
Adde tamen quod contrarium in terminis tenet Imo.in conſilio centeſimonono viſa inquiſitione prędicta. vbi concludit ex pluribus, quod virtute illius confeſsionis extortę per dolum reus condemnari non poteſt per not. in capit. ſane.de renunt.& per gloſſ.l.item ſi in pretio.§.fina.ſupra locati.vt latius ipſe ibi inſiſtit, & verior videtur opinio: quia fides data ſeruari debet l. prima in principio l.iuriſgentium .§. prętor ait ſupra de pact. l.j,

l.j.in prin.de consti.pecu. Et etiam hosti fides seruanda est.24. quęst.j.cap.noli ęstimare. Et ideo iudex præsertim quia publicã personam gerit fidem seruare debet, ex eo quod not. Bart. in l.j. .§.non fuit supra de dolo.& in l.conuentionum supra de pac.& facit tex.in epistola inter claras, C.de sum, Tri.

Nec obstat quod Barto. in d.l.conuentionum & in l.j.§.non fuit de dolo per illum text. dicit, quod a priuato non sit fides seruanda hosti, quia in casu nostro agitur de iudice qui publicã personam gerit,

8 Præterea illud dictum Bart.non videtur verum. † Quia etiã priuato debet seruari fides, periura supra dicta quæ generaliter
a loquuntur. [a] Non obst. text. in dicta l. prima.§. non fuit quia non videtur probare illud Bar.dictũ, quia ibi de fide data verbum nullum. Sed solũ dicitur, quod quis vti possit solertia machinatione contra hostem iuxta illud Vergilij. Dolus an virtus quis in hostæ requirat? Et ista notanda sunt, quia sæpius occurrunt.

a Loquuntur, ideo generaliter sunt intelligenda.l.d pretio.ff. de publ.quę tamen regula fallit multis modis, vt per Soci. in tract.fallent. in reg.229. vbi ponit 56.fallen.

## In l. Marcellus ait. Argumenta.

1 *Debitor quis propriè dicatur.*

2 *Desinere non dicitur is, qui non incipit.*

### REGVLA LXVI.

MARCELLVS *ait, Desinit debitor is esse, qui nactus est exceptionem iustam, nec ab æquitate naturali abhorrentem.*

1 Ipsa regula de plano intelligi potest, † quia debitor ille intelligitur a quo inuito pecunia exigi potest.l.debitor supra ti. primo.ergo tutus iusta exceptione non videtur esse debitor, vt hic dicitur, et facit alia regula. Non videtur cepisse qui per exceptionem remouetur a petitione. Ad idem regu. nihil interest infra eod, ubi dicitur nihil interest quis actionem non habeat, a n per exceptionem infirmetur.

Et regula ista intelligitur opposita exceptione. Secus videtur ante oppositam exceptionem per ea quę dicta sunt in d.reg.nõ videtur supra eod. vbi videndum est.

Et ideo text. hic bene dicit, desinit, quia ante exceptio
2 nem oppositam erat debitor. † Quia non videtur desinere ille qui non incipit, l. Titio supra de conditio, & demonstra.l.nulla. de su.& leg. Et in reg.non potest.videri desiisse infra eo. Et de hoc proprie intelligitur, alias vero proprie etiam desinere dici-

a Verba. Adde quod verba debent intelligi secundum naturam dispositionis super qua ponuntur etiam ea impropriando. de quo per Ias.in proœ.feud.colum. xxviij.ver.ii.quia &c.& in l.is qui putat.de acquiren.hæredi.colum.fin.& in l. pro hærede.§.si qui.supra.ij.col.eod.tit.

b Subiectam. Deci.in rub.de iurisd.om.iud.l.j.colum.vj.l.fin.colum.iiij.C.qui admit.cõsi.388.

c Operentur. Vide Socinum in tract. fallent. in reg.340. Cano.in cap.si Papa de priuil. l.vj.Ias.in l.si legati. seru. de le.j.Fel.c. Rodulphus. de rescri. col.ij ver. et obclusionem, &c. & in c.j.eo.tit. dom.Phil.Dec. in c. pastoralis. in princ. de appella. Hie.Cuc.

d Delicti. Adde quod verba ambigua in delictis debent capi in mitiorẽ partem,ut per Ias. qui plura accumulauit iu l. diuortio.sol. mat. columna tertia versicu. ex istis infero.

e Personę. Adde quod verba debent intelligi secundum qualitatem personæ adeo quod verba priuilegij interpretantur secundum qualitatem personæ, de quo per Iaso.in authen.ingressi.vij.col.C.de sacrosan.eccle.& Barba.in cap. §pro debilitate hic alleg.colum.xiiij.

tur quod non incipit, vt not.per gloss.in d.regu.non potest, per text. in l.iiij.§.desinere supra vsufr.quemad.cap.vbi glo.

## In l. Quoties idem sermo. Argumenta.

1 *Verba secundum naturam contractus sunt intelligenda.*

Et de donatione recepta per notarium not.Bal.in l.cum a socero circa finem. C.de iur.dot. Roman.in consil. 513. in casu propositæ consultationis in fine & facit quod habetur in decisione Delphinali 49.in processu ibi concludit, †quod in donatione facta absenti mediante notario qui stipulatur, dominium transfertur. Et in tantum ista conclusio procedit, quod ante ratificationem eius cuius nomine notarius stipulatus fuit, non potest ille qui semel donouit,vel vendidit constituto apposito, interim alteri donare vel vendere, vt notabiliter tradit Corne. Peruſ. in consilio 50 allegato. colum. v. de quo videndum est quod dixi supra eodem in regu. contractus in v. limitta. constituti. vbi tenui contrarium, allegando Paul.de Castr.in consili. 191. visis his quæ narrantur in ii.dubio, & in consil. 172.in præsenti casu in nouis. Et ad supradicta notandum est, †quod licet quis alteri directo stipulari non possit, potest tamen sibi quis stipulari nomine [b] alterius,cui postea ratificanti acquiritur, vt not. Barto.in d.§. alteri in prin.Abb.in consili. 86.visis lib.ii.

b Nomine. Sed tũc opus est ratificatiõe et cessione Ias.l. huiusmodi ĩ prin. col.iiii. nu. 17. de leg.j. scilicet ad agendum,sed exceptio stari quæritur sine cessione Alex. consi.xl.nu. 8. lib.v.

## In l.non debet alteri. Argumenta.

1 *Odio alieno grauari nemo debet.*

Puniri

a Testamento. Vbi Iaſ.ponit. quando habeat locum iſta regula in ciuilibus, & quando in criminalibus, & doct.in reg.non debet & in reg.ſine culpa de re. iur.lib.6.vbi Dy.
b Puniatur Intellige pœna pecuniaria,non tamen corporali, ita Iaſ.in d.l. ſi quis in ſuo.§.legis.& do.Phi.in d.c.ii.de conſt.col.ii.verſi.& Prędicta concluſio.de quo vltra eũ,& Mod. ibi vide Fel.in c.ius generale. i. diſt.& Ang. tract.maleſi. in ver. Sempronii & So.in l. Modeſtinus. ff. de excep.vbi hoc declarat quãdo eſſet cõmiſſum intra territoriũ ſtatuentiũ alias non,& adde  tale ſtatutũ non põt fieri a mercatoribus, ita Soc.ibi de quo tñ vide Iaſ.vbi ſupra q allegat plures tenentes contrarium, & Are.in cõſ.xci. inci. viſa cõſultatiõe.& Elor. i l.noxali.i.co. ſupra de noxa. act. Areti.in.§. actiões,inſt.de act.i 4.col.et latiſsime Iaſo.ibi antep.col. cum duabus ſeq. & bar.cõſ.17. 12. co.in princ. incip.clementiſsimi Dei patris &c.&Soc.in l.cũ filiusf.de ver.ob.ſupra & late Io.de Ana. in c. reterente de delic.puer.col 4.verſic.& ſic vult &c.& ibi adde Abb.qui ponit an valeat ſtatutũ, q qs puniaẽ pęna pecuniaria ꝑ homicidio vel ꝑ furto.H.C.
c Princeps. Vide remiſsiue per add.ad Dy.in reg. ſine culpa in ver.res in litera,a,& do.Phil.in c.ex parte el 2.de offic.dele.3.col.in fi.

2 *Puniri nemo debet ſi nullam admiſit culpam.*
3 *Statutum puniens alium pro alio, an ſit ualidum.*

## REGVLA LXXIIII.

NON *debet alteri per alterum iniqua cõditio inferri.*

IVRA concordantia ſunt in glo.facit text.in l.cohæredibus.C.famil.erciſ.in l.ſi vnus.§.ante omnia.ſupra de pact.
1 & 14.q.v.in c.denique. Et † vnus non debet odio alterius
a prægrauari l.ſi quis in ſuo.§.legis C.de inoff.teſt.[a] & in leg.
2 ſancimus.C.de pœn.cum ſimilib.ibi alleg.in gloſſ. Et † ſine culpa non eſt quis puniendus: vt in regu.ſine culpa de regu.iur. in 6.in c.ii.de cõſt.cum ſim.ad iſtam regulam: vt tradit And. Sicul.in conſi.18.col.7.libr.2.& in conſi.24.in fi. col.eo.li.ii.
Et ſicut non debet eodem modo non poteſt ab altero priuato conditio iniqua inferri: ſecus videtur autoritate publica
3 quia † valet ſtatutum,quod vnus pro alio puniatur [b] de quo
b videndum eſt quod dixi in d.c.ii.de conſti. Et princeps [c] &
c ciuitas poſſunt ius alterius auferre: vt dixi in c.quæ in eccleſiarum de conſtit.& facit text.in l.quid ergo.§.qui hæres, de legat.i.in l.qui ſeruum,in prin.de verb.oblig.vbi facto debitoris liberatur debitor in præiudicio creditoris quia ita diſponitur a lege.

## In l. Nemo poteſt. Argumenta.

1 *Conſultor quando conſilium ſemel datum mutare nequeat.*
2 *Variatio in conſilio iure improbatur.*
3 *Variatio & incõſtantia eſt in principe reprobanda maxime.*

Prin-

4 *Princeps circumuentus præsumitur a quo factum proprium reuocatur.*

## REGVLA LXXV.

NEMO *potest mutare consilium suum in alterius iniuriam.*

¶VLTRA glo.hic gloss.in reg.mutare[a] consilium eod. titu. in vi.exemplificat in l.per fundum supra de seruitu. rustico. pręd.& in cap.publicato de elect.

¶Et per istam reg.dicit Bald.in d.reg.mutare consilium,vt Perusi.ibi refert, † quod consultor cuius consilio causa fuit com 1
missa.si semel dedit eius consilium non potest postea illud mutare,& facit tex.in leg.quia arbiter supra de arbit.vbi arbiter etiam si errauit, non potest errorem suum corrigere.Et hoc dictum videtur procedere in consilio necessario secus est in voluntario; quia excusatur doctor qui consuluit contrarium eius quod alias consuluerat vt not.Bald. In leg.de tutela.C.de in integ.restitu.& in l.fina.§.cum in secunda in fine. C.de furt.& in c.ne innitaris.in fi.de constit.vbi refert simile de August. qui fecit librum Retractationum.Et de doctore[b] not. Angel.in l. b
Labeo.in fi.de ser.rust.præd.& facit text.in l diui fratres supra de iure patrona. vbi Iurisconsul. mutauit opinionem,& hoc quandoque fecit Bartol.vt colligitur in l.si pater.C.de instit. & substit.& in l.qui Romę.§.duo fratres in tertia quæstione de verb.oblig.nam sano vtitur consilio qui reuocat quod male fecit cap.cum cessante de appel.cum simil.ib.vt dixi ibi.Et ideo se excusat And.Sicul.quod mutauerit opin.in consil.prima cha. 7.libr.primo & in consi.x.colum.ii.eo.lib.primo & in c.i.col. xxii.de cōstit.Cauendum[c] tñ est doctoribus in consulendo ab c
ista mutatione opinionis quantum ab igne quia ob maligaitatem linguatum talis mutatio in malam partem accipitur:vt dicit Angel.in d.l.Labeo in fi.

¶Et quantum ad regulam hic si capiatur consilium pro voluntate,recidit in idem quod dicitur in regula.quod semel placuit eod.tit.in vi.& in alia regula quæ dicit † quod variatio repro 2
batur leg.in l.causę in princip.de procu.capit.cum in multis in fin.de rescri.in sexto clemen.i.de renun.de quo not.Bartol.in l. de rebus.ff.rer.amot.cum simil.vt tradit Alexan.in l.si ex toto.§.fina.de leg.i.& Feli.in c.cum olim col.i.de reg.iur.in ca. pręsentata col.ij.de testib.& tradit Angel.in.§ & his itaque in glo.in inst.verbo aduertit.de iust.& iur.

¶Illud non videtur prętermittendum, † quod maxime in 3
principe variatio & inconstantia reprobatur. Quia in princi-

pe

a Mutare de materia nostrę regulæ vide latissime Dyn.in d. reg. mutare. & in reg. quod semel & ibi per eius addi.de regu.iur. lib. vi.

b Doctor. Vbi per Fabrum & Ange. in .§. his ita inst. de iust. & iure Ias. in l. Galus .§.ille casus col.ii. de li. et posth. et Fel. ca. ne innitaris. de const. & Bolog.in repe. authen. habita.C. ne fil. ꝓ patre col.xxii.

c Cauendum Dec.l.pre cibus col.ii.C. de impu.& aliis substitut. consilio 377.col 4. adde Corne. consil. 145.lib.i.consi. 7.lib.iiii.

cipe, tanquam in fronte iustitia debet esse constans voluntas & principibus conuenit ilud verbum. Semel locutus est. Deus, & Quod scripsi, scrpsi. et ideo princeps debet habere vnum calamũ & vnam linguam, & non plures, quia scriptum est. Quæ processerunt de labijs meis, non faciam irrita, vnde esse immobilis, sicut lapis angularis & sicut polus in cœlo, verba sunt Bal.
4 in consi. cclxxvij pridie enim consuli lib. tertio, † ibi concludit, quod quando princeps etiã motu proprio reuocat illud quod prius fecit, fingitur circumuentus, adeo quod contrarium probari non potest, & ita ampliare videtur quod dicitur in capitu. cum olim de re iudic. Et idem de secunda concessione alteri facta, quod non valet contra primam, late probat, & tenet Rom. in consi. ccxviij. circa primam, & idem Paul. de Castr. in consi. clvj. viso & examinato puncto cum similib. vt in simili casu Alexand. scribit in consi. tertio ex his quæ in themate. libr. v. & in consi. xxiii. & viso processu colum. tertia eo. lib. v. Andr. Sicu. in consi. xiii. libr. iii. & dixi in consi. cxxj. & adde quod istam quæstio. de secunda concessione contra primam an valeat. late disputauit Luc. de Penna. in l. prædia. C. de loc. præd. ciui. lib. xj. vbi in vtranque partem. xxx. facit argumenta. & in xviii. argu. partis negatiuæ multa dicit de variatione q̃ in principe magis damnatur.

## In l. In totum. Argumenta.

1 *Consensus si requiratur, error interuenire non præsumitur.*
2 *Obligatio per accidens cõtrahi potest extra id quod agitur.*
3 *Delictum obligat, etiam sine proposito & voluntate.*
4 *Error elegari non põt, ubi quid ex certa sciẽtia fieri dicitur.*
5 *Clausula sciens se non teneri qualiter debeat intelligi.*
6 *Cõtrariũ probari põt, nõ obstante clausela ex certa sciẽtia.*
7 *Princeps si ignorare præsumatur, clausula ex certa stientia, nil operabitur.*

### REGVLA LXXVI.

*IN totum, oĩa quę animi destinatione agẽda sunt non nisi vera & certa scientia perfici possunt.*

IBI, in totum gloss. exponit, id est, omnino, referendo ad illa verba, nisi vera & certa scientia. Sed magis conuenit quod verbum in totum referatur ad illud quod de animi destinatione dicitur, & erit sensus quod illa quæ in totum animi destinatione

natione agenda sunt, non nisi vera scientia perfici possunt. hoc tamen verbum, in totum, parum operatur, vt in simili probatur in capitu.cupientes.§.cæterum.de electio.in vj.& in effectu erit regula, † quod vbi consensus requiritur, ille actus ex certa 1
scientia fieri debet, & non per errorem, quia errans non consentit.l.si per errorem supra de iurisdictio.omnium iudic.l.secūda in prin.supra de iudi.l.si quis vxori.§. cum Titio.in fi.supra de furtis.l.non idcirco.C.de iuris & fac.igno.l.ad probationem. C.locati.

Quandoque tamen † etiam extra id quod agitur obligatio ac- 2
cidentaliter contrahitur.l. si is quem.in fin. supra commo. & in .§.quoquo.in fin.quib.mod.re contrah.oblig.& in.§.item is cui insti.de oblig. ex quasi contract. Et † etiā in delictis quis obli 3
gatur, licet non ex proposito & voluntate.l. scientiam.§.pen. supra ad leg.Aquil.cum similib.ibi allega.in gloss.& late tradit Bar.in l.diuus supra de sica. & ī l.respiciendum.§.delinquunt.in fin.supra de pœn. & not.Bald.in l.si quis non dicam rapere.col. penul.C.de episco.& cle.Et per istum text.ibi,non nisi vera & certa scientia perfici possunt.probatur quod dici solet † de clau- 4
sula, [a] certa scientia, quæ facit quod error [b] allegari non a
posit, vt not.Bald.in l.secunda in septima quæstione in fin.C. b
de rescin.vendic. ibi hoc tradit pro cautela, vt dicatur illud factum fuisse ex certa scientia. & idem Bald. in l. mater.colum. tertia.C.de rei vendica.& subiicit ibi,in versicu.quid ergo si tabellio, quod creditur tabellioni asserenti de tali scientia, & intelligentia.& tradit Alexand.in consi.lxj.viso processu.colum. secunda lib.ij.

a Clausula. Quotuplices sint clausulæ. Barb.in c.mandatū.de rescrip. j. colum.

b Error. Vide latissi.Iaso.in l. error.C.de iuris & fac.ignor.in princ.

Et idem de ista clausula,† sciens se non teneri [c] not.Bartol. 5
in l.fin.§. idem quæsiuit. de conditio. indebit.l. si dari.in fin.de c
verbo.obliga.cum similib.vt ibi tradit Alexand. in princ & in consi.xlij.super promisso,colum.v lib.primo & in consi.liij.visis.colum.viij.lib.iij.

c Teneri. Vide Alexā. in l.sed & si quis.§. itē q̄ritur.ff. si quis cau. vbi melius quam alibi reperies declaratum.

Notandum tamen est, † quod talis clausula ex certa scientia 6
non excludit quominus contrarium probari posit, vt not.Bal. in l.sed & si quis.§.fina. supra si quis cau.cum similib. vt tradit Alexand. in dicta.l. si dari. Et quando talis clausula ex certa scientia, apponitur a principe, factum ab eo in dubium reuocari non potest, vt not.Bartol. in conficiuntur.§.condicilli supra de iur.codicil.& idem Bart. in consilio cxcvj. ciuitati Camerini. Oldr.in consi.cclvij. factum tale est colum. quarta. Et in notabili casu in donatione tradit Paul. de Castr.in consi.cv. donatio prædicta.vbi in secunda colum.concludit, quod per talem clausulam ex certa scientia apparet quod princeps voluit præiudicare illi cui erat ius quæsitum alleg.gloss.in capitulo ad hæc. de rescrip.& Idem Ioan. de Ana.in consi.lxxxj. viso instrumento.col.ij. Alex.in consi.ccxv. nec arguendi sumus.colum.sexta versi.sexto confirmatur.lib.ij.& in cons.primo,ponderatis his. col.xv.

9 Plenitudine. Adde eundem in cap. primo colum. v. de confirma. vti. &c. in c. porrecta. eo. tit. penul. co. vbi ponit quinque modos per quos cognoscitur clausula ex certa scientia cui adde Ias. in l. si quis iniquum 2. colū. ff. quod quisque iur. & ad de distin. Aret. in c. ad hæc. 2. col. in fine de rescrip. & Barb. consi. lv. col. 4. volu. 4. & in cōsi. 34. vol. secundo colum. sexta in medio, sed an poisit probari per testes. gl. Io. And. quas refert Phi. in c. statutum. de rescrip. lib. vi. col. iij. tenent, ꝙ & ista est cōmunis opi. quā sequuntur Ange. Alex. et Ias. l. si quis iniquum. ff. quod quisque iur. Abb. cle. ii. de rescrip. & in c. inter. i. col. de excep. Bald. in præludijs feud. xiiii. col. contrariū tamen tenet Domi. de Rota decisi. 332. incip. licet. Rom. in tit. de probatio. fol. 4. Domi. in d. c. statutum. col. viij. & vide finaliter Barb. in cle. & si principalis, de rescrip. col. xij. versi. vtrā autem scientia &c. vbi dicit in xiiii. col. ꝙ decisio Rotę est in obseruantia. finaliter tamen colum. xv. lib. v. & dicit Bal. in capitu. primo. §. si quis autem. in princip. per illum text. de pace Constā. quod nō debet quis audiri contra illud quod princeps facit ex certa scientia, sed debet repelli, & illi perpetuum silentium imponi. quia quod

a princeps, facit ex certa scientia, videtur facere de plenitudine [a] potestatis, vt not. Bald. in l. eos in princip. C. de appella. Abb. in cap. ad hæc. per glos. ibi de rescrip. in capitu. cum inter. colum. i. de except. in c. cum olim. colum. 6. & de re iudi. Et in notabili casu Roma. tradit in consi. ccclxix. circa primum. in v. dubio circa fi. & dixi in consi. cxcj.

7 Notandum tamen est, † ꝙ talis clausula non operatur in his de quibus princeps præsumitur habere ignorantiam, vt not. Bald. in l. fin. colum. penulti. C. sen. rescin. non pos. sequitur Alex. in consi. 53. viso processu. colum. penulti. lib. v. & Abb. in ca. pastoralis. §. præterea. de offi. deleg. in gloss. in verbo, certa scientia. & Pau. de Cast. in cons. clix. quæstio ista vertitur in fin. vbi inquit, ꝙ clausula ex certa scientia nihil operatur in his quæ apparent ignorata, & Fran. de Cur. in cons. lxv. super præmissa narratione. colum. viij. Et hoc verum videtur quando constat vel probatur de ignorantia, alias præsumitur scientia

b propter illa verba. ex certa scientia [b] per supradicta. & ita cōcludit Alexan. in consi. xv. visis narratis. colum. secunda lib. 5. & ideo quod dicit Bald. in d. l. fina. intelligitur quando constat de ignorantia, non autem sufficit ꝙ præsumatur, vt ipse dicit quia illa præsumptio remouetur propter illa verba, ex certa scientia. Sed quando constat, vel probatur de ignorantia, verba ex certa scientia, non attenditur, quia in claris non est opus coniecturis l. continuus. §. cum ita. de verb. oblig.

## In l. actus legitimi. Argumenta.

1 *Actus dicitur generalis terminus multa significans.*

2 *Actus legitimi qui meritò dicantur.*

Actus

facit quandam dist. tacendo autorem, quam videas per do. Aret. in cap. ad hæc. de rescrip. pen. col. ver. tu vero &c. Hie. Cuch.

b Scientia quos effectus habet, vide Abbatem & Aret. in capitu. ad hæc de rescri. capitu. pastoralis. §. præterea. de offic. deleg. Aret. in cap. sicut Roma. de rescrip. 3. col. Fely. in capitu. nonnulli. eo. titu. viij. col. & tracta. clausularum fol. 3. col. xij. versicu. clausula ex certa scientia, &c.

3 *Actus fieri potest sub conditione, qui & pure,*
4 *Legitimatio sub conditione fieri potest.*
5 *Actus non ualens fieri pure, præmittitur sub conditione,*
6 *Actus qui neque diem, neque conditionem recipiant.*
7 *Conditio executionem respiciens, non uitiat actum.*
8 *Conditio tacita actum non vitiat.*
9 *Sententia ferri non potest sub conditione extrinseca.*
10 *Expressio nil operatur eius quod tacite præsumitur inesse.*
11 *Cōditio de præsenti aut de præterito quando actū vitiet.*
12 *Beneficium conferri potest sub conditione si vacat.*
13 *Cōditio de p̄senti vel p̄terito quib casib apponi nequeat.*
14 *Conditio de præsenti vel præterito, non dicitur proprie conditio.*

## REGVLA LXXVII.

*ACTVS legitimi qui nō recipiunt diē uel cōditionē, veluti emācipatio, acceptilatio hæreditatis aditio, serui optio, [a] datio tutoris, in totum uitiātur per tēporis vel conditionis adiectionē. Nonnunquam tamen actus suprascripti tacite recipiunt: quæ aperte, comprahensa uitium afferunt. nam si acceptū feratur ei, qui sua conditione promittit ita demum egisse aliquid acceptilādo intelligit̄ si obligationis conditio extiterit quæ si verbis nominatim aceptilationis cōprehēdantur, nullius momenti faciet actum.*

a Optio. Iaso, consil. 162, col, 4. lib, ij,

ACTVS † terminus est generalis l. Labeo in princip. supra de verb. sig facit text, in l. eum actum supra de neg. gest. in l. cum seruns in fin. de condictio. & demonstratio. Et quandoque accipitur pro special e seruituiis, vt probatur in l. prima supra de ser. rustic. præd. & hic generaliter accipitur, vt colligitur ex his quæ in text. notantur. † Et actus legitimi dicuntur omnes inuenti vel probati a lege quacunque parte iuris scripti, vt in. §. constat, instit, de iur. nat, & ita dicit Dyn. in regul. actus eodem titul. in sexto facit text, in l. legitima supra de pact. in l. Gracchus, C, de adult, Et videntur actus omnes legitimi qui non

non prohibentur a lege, facit tex. in l. necnon, §. quod eis supra ex quib. caus. ma.

Et ista regula restringitur in casibus hic expressis, ita quod
3 regula in contrarium est quia † regulariter quod fieri potest, pure pariter & sub conditione fieri potest. §. emptio. institu. de emptio. & vend. l. secunda supra de in diem a die. §. omnis stipulatio. instit. de verbo. oblig. cum simi. vt prosequitur Dyn. in d. regula. actus. Et istam declarationem Dyn. tradit gloss. in d. §. omnis. in verbo in diem, & late sequitur Cuman. in consilio lxxxviij. supposito tenore, colum. prima vbi propter hoc in-
4 fert, † quod legitimatio fieri potest sub a conditione, quia non
a est de hic numeratis, & idem Cardin. in consilio. 103. casus super quo colum. penult. versicu. ad secundum. vbi propter hoc cõcludit, quod acceptilatio fieri potuit sub conditione, quia non est de hic numeratis, & idem sequitur Alexan. in l. a diuo Pio. §. in vendione. colum. vi. in fin. de re iudica. Et pro ista declaratione facit relatiuum, qui, cuius natura est restringere. l. omnes populi supra de iusti. & iure. Et secundum resolutionem supradictam specialiter in casibus, hic expressis quod iure fieri potest. non potest fieri sub conditione. facit tex. in capitu. se-
b cundo de elect. in vj.[b] † Et econtra quandoque quod pure fieri
5 non potest, permittitur sub conditione. l. in fuga. C. ad l. Iul. de plagiar. & glos. fina. ibi ad idem text. in l. si socius supra de hæred. insti. l. si rem meam. de verb. oblig. in l. an tempus supra de hæredi. instit. Et quandoque etiam quod non licet pure, non licet sub conditione. l. Seius & Augerius supra ad leg. Falcid.
6 Et quantum ad propositum nostrum hic, † quod actus hic expressi non recipiunt diem, neque conditionem, hoc intelligitur, in conditionibus quæ in facto consistunt, secus si in iure, quia valet aditio hæreditatis si quis dicat, adeo hæreditatem si possum de iure, vt not. Bald. in l. potuit. in octaua quæstio. C. de iure delibe.

Secundo hoc limitatur quando conditio respicit substantiã
7 actus, secus vero si respicit executionem, † quia talis conditio etiam expressa non vitiaret leg. mutuo §. sub conditione supra de tutel. prout illum text. declarat Barto. in l. prima colum. prima versic. secundo de condi. & demon. facit quod not. Barto. de conditione quę respicit executionem in l. item quia supra de pact. in l. ita demum supra de arbit. cum similib. vt dixi in capit. ii. de rescrip.
8 Tertio hoc limitatur † non habere locum in conditione tacita, quæ ex natura actus intelligitur, vt text. hic dicit de acceptilatione facta de debito conditionali, quia tacite intelligitur si conditio obligationis purificata sit, & hoc est quod Bald. dicit in l. si quis a certo in versicu. opponitur quod acceptilatio supra de condic. ob. caus. dum inquit, quod actus de

a Sub. Curt. Iunior. l. cum quid. col. v. nu. 14. supra si cer. peta.

b In vi. Vbi videas doct. qui dicunt qđ matrimonium carnale potest bene cõtrahi sub conditione, vt in c. super eodẽ. de condi. apposi. an autẽ possit contrahi ad tẽpus nõ nisi, per dispensationem Papæ vt ibi p eos & Imol. in cle. j. de cõsang. & affi. & vide Alex. in consil. 75. in j. volum. et Ias. in l. Iulianus. 2. colũ. de leg. j. & Imol. in l. gerit. fina. co. de acquiren. hęr. & doct. in d. regul. actus H. c.

de quibus hic dicitur, non recipiunt conditiones extrinsecas secus est in extrinsecis & legalibus, & idem Bal. in l. 3. de lega. j. vbi eodem modo distinguit inter conditionem extrinsecam. & intrinsecam & idem Bald. in l. cum iudex C. de sent. post glo. ibi, † vbi loquitur in sententia quæ non potest fer 9
ri sub conditione extrinseca l. ij. §. biduũ, quando appel. sit. Secus est in intrinseca quæ respicit ipsum negotium, & idem not. Barto. in l. a diuo Pio. §. in venditione in princip. de re iudi. cum si. vt tradit ibi Alex. col. v. vers. quarta solutio. & idem Ro. in cons. 601. vt declarationem col. ij.

Et est aduertendum ad illud quod hic dicitur, quod ista tacita conditio vitiaret si expressa sit quia cum exprimatur illud quod tacite intelligebat, expressio non deberet vitiare, † quia 10
expressio eius quod tacite inest, nihil operatur l. 3. de lega. j. Bal. ibi opponit de isto tex. & respondet quod hic expressio continet vitium formę, ideo per expressionem actus vitiatur, quasi velit, quod in actibus hic expressis sit datum pro forma quod conditio non exprimatur, & idem dicunt Imol. ibi & Moder. & idem not. Bar. in l. in diem in fi. supra de acceptil. vbi dicit, quod est peccatum in forma quando in acceptilatione apponitur dies vel conditio, & in isto casu ex quo expressio vitiat, non est par virtus taciti & expressi, vt no. Alex.[a] in cons. 59. a
attentis verbis col. pen. lib. iii.

Vltimo quæritur, † an quod dicitur hic de conditione in 11
istis actibus, intelligatur etiam de conditione de præsenti, vel de præterito. Ioan. Fab. in §. conditiones institu. de verbor. obliga. videtur tenere quod in talibus conditionibus non habeat locum iste text. & ad hoc facit. quia cum isti casus sint speciales & contra regulam, vt supra declaratum fuit, stricte intelligi debent. Et ideo in conditione propria intelliguntur, quæ est de futuro, & suspendit, secus videtur in conditione, de præterito vel præsenti, quæ non dicitur proprie conditio, vt not. per gloss. leg. si sic. §. primo in verbo. demonstrationum, de lega. j. facit text. in l. itaque supra si cer. pet. in l. cum in secundo. i. de iniust. rupt. & in l. si ita stipulatus fuero hanc summam. de verb. obli.

Et ideo † valet[b] collatio beneficii facta sub conditione, si 12
vacat, vt not. per glo. in cap. ii. de elect. in 6. & per Bal. in l. pe. b
circa fin. C. de sent. quæ sine certa quantitate, & facit quod no. Bartol. in l. cum propter de lega. præstan. cum simil. vt tradit Alexand. in l. iudex postquam in l. fin. de re iudi. & plenius Roma. in consil. 551. supra alleg. & latissime Fely. in c. cum contingat de offi. deleg.

Sed tamen his & similibus non obstantibus contrarium de iure arbitror, † quod etiam conditio de presenti vel præteri- 13
to in casibus hic expressis apponi non posit, & moueor per istum

a Alex. nu. 15. vide Dec. cap. clericũ colum. fin. de iudi. cõs. 416. col. 3.

b Valet, & bene, quicquid Decius dicat.

istum text vbi etiam conditio quæ intrinseca sit de natura actus exprimi non potest, vt patet hic in acceptilatione in qua tacita conditio intelligitur, quæ tamen exprimi non potest: quia est datum pro forma quod isti actus fieri debent pure & absque conditione & ideo hic expressio eius quod tacite intelligitur, vitiat. Secus est in alijs casibus hic non expressis. vt supra dictum fuit & ad hoc facit text. in leg. eum qui. §. final. supra de acquirend. hæred. & glo. ibi quæ relata ad textum extēdit regulam, vt habeat locū in conditione de præsenti. Non obstant

14 allegata supra in contrarium, & primo dum dicitur quod † conditio de præsenti vel de præterito non est proprie conditio quia verum est quantum ad effectum suspensionis, tamen in sui apparentia est conditio quæ primo aspectu non habet certitudinem, quia opus est inquirere & inuestigare de veritate conditionis & ista ratione gloss. & docto. communiter in d. cap. secundo de elect. in sexto tenent non valere electionem factam etiam sub conditione de præsenti si vacat, quia data est forma, quod isti actus debeant pure & simpliciter fieri. Non obstent quod valet sententia sub conditione intrinseca, etiam si expressa sit, quia non est sentētia de actibus hic enumeratis, & licet per alia iura prohibeatur sententia ferri sub conditione, illa prohibitio non est ita stricta; quia licet prohibeatur sentētia ferri sub conditione, lata tamen valet. l. i. §. biduum. supra quando appel. sit.

## In l. Generaliter. Argumenta.

1 *Fraus quid proprie dicatur.*

2 *Dolus a fraude differt uelut genus à specie.*

3 *Possessor malæ fidei tam de fructibus perceptis quàm de his qui potuerunt percipi, tenetur & nu. 4. & 5.*

6 *Possessor malæ fidei titulum habens, non tenetur de fructibus percipiendis.*

### REGVLA LXXVIII.

GENERALITER *cum de fraude disputatur, non quid habeat actor sed quid per aduersariū habere non potuerit, considerandū est.*

1 ¶ IBI de fraude disputatur, Nam † fraus proprie dicitur, quando permissum simulatur, & re vera prohibitum, agitur. vt not. Bald. in titu. si de feu. fue. controuer. inter domi. & agna. in §. beneficium, in princi. vbi ad hoc alleg. Ioan. Mona. in cap.

a Bartol. Adde auaritiæ de elect.in vj. facit tex.in l.fraus supra de leg.in leg. Al.in regu. seq.in fraudem. supra de his quæ in fraud.cred. Et fraudem dicitur committere ille, qui ad exceptionem alterius, & ad sui commodum, aut verum tacet, aut falsum exprimit ita Abb. dicit in consil. lxviii. videtur primo dictum magistrum colum. prima Allegat not.in l.iurisgentium.§.do lo malo.&.§.sed si fraudandi supra de pact.

¶Et fraus proprie dicitur contra fidem secundum Bald.in leg. quæ fortunis col.ii.in versi. permitte ad euidentiam.C.de pign. acti.Et differt †dolus a fraude, tanquam genus a specie, vt 2
not.per glo.& Bartol.[a] & Doct.in d.l.iurisgentium.§.sed si a fraudandi vbi Alex.tradit Corne.in consi.clxxxi.viii copia colũ.in lib.iii.de quo dixi in c.ex tenore in iiii.not.de rescrip. Cum ergo de fraude disputatur, considerandum est non quid habeat actor sed quod per aduersarium habere non potuit vt in regula hic dicitur.

¶Et sensus est, quod non debet considerari quid actor fraudatus habeat, quia nihil habet qđ ipse possideret. sed illud quod per aduersariũ habere non potuit, hoc est illud quod percipere potuisset actor si rem habuisset. Et sic in effectu ille qui ratione fraudis cõuenitur & de fructibus quos actor percipere potuisset tenetur, l.ait prætor.§.hanc actionem.supra de his quæ in fraud. cre.& idem est secundum glo.hic†in malæfidei possessore qui 3
non solum de fruct.perceptis, sed etiam de his quæ percipi potuerunt, tenetur. l. si nauis.§.fina.supra de rei vendi.cum similib.al leg.in glo.ad idem text.in leg.domum.C.de rei vendica.in l.i. C.de pet.hær.& facit tex.in l.apud.Iulian.§.i.de leg.i.ibi, quos legatarius percipere potuit.

¶Et aduertendum est, q hic videtur quod teneatur de percipiendis ab actore, ibi, habeat actor & in d.l.si nauis.§.fina.ibi an petitor & in d.l.apud Iulia.§.i. ibi quos legatarius percipere potuit, & in l.sed & partus supra quod met.caus. ibi, non solum qui percepti sunt, verũ si plus ego percipere potui.

¶Sed cõtrariũ videtur probare tex.in l.pomũ. .de rei vẽdi. 4
† vbi cõsideratur quãtũ reus & ipse possessor malæfidei percipere potuit. Pet.& Vltramõta, in d.l.domũ dicũt ꝙ malæfidei possessor tenetur ante morã de illis quos ipse reus percipere potuit d.l.dom. Sed post morã tenetur de percipiendis ab actore, Bar. ibi hoc reprehẽdit, qa malæfidei possessor semper est in mora. vt no. in l.j.C.quod met.cau. Sed replicari potest illud esse verum respectu inter ius, sed non respectu fructuum percipiendorum, de quibus agitur, in quibus congruum est quod post moram sit magis grauatus, ita vt dicamus quod post moram teneatur si actor plures percipere potuisset quam ipse reus.

¶Bar.tñ in d.l.domũ aliter concludit dicens † quod aut qs vult 5
referre ad id quod ex singulari industria percipi potuisset. & tunc consideratur p̃sona actoris, & nõ rei. Quia si reus potuisset

plus

Abb.in c.ex tenore. de rescri. & ibi Mod. & quot modis cõmittatur, vide doc. in c.quãto. de priuil. Phili. Frã.in reg.cert. de reg.iur lib. 6. Abb.cõsi.72. incumbit onus probandi allega.leg. quoties & ibi Doct. supra de probati. qualiter probatur, vide Phili. Franc.in c.si te de renũtia.libr. 6.& Iaso. in l. Titia.§. idẽ respõdit lo.i.i.colum.de ver.ob. & per Ias.in §. itẽ si quis inst. de actio.iii.col. & quando nõ ꝓbatur quãdo præsumatur in col. viii. in prin.& adde quod vbicũque fraus alleg.põt adiri iudex ecclesiasticus, quãdo agitur de cã pauperum vel miserabilium personarum, Ita Anch. in regula, ea quæ 19. colum. in medio, de reg.iur.libr.sexto & aperit etiã viam petendæ

plus percipere ex eius singulari industria,ille nõ esset ex re:sed sua negot.l.2.§.i.supra ad leg. Fal. & non esset restituendum. Si vero quis vult se referre ad illud quod communiter percipi potuisset,tunc siue dicas; quantum percipi potest per reum, siue per actorem;idem est,ex quo relatio fit ad illud quod communi æstimatione percipi potest,& ista opinio Barto. magis communiter approbatur.vt Alexand.dicit in d.l.apud.Iul.§.i.

restitutio . post quadrienniũ ita Anchar.in c.eccle. de restit. in integ.eodem li. in i.col.& in fi. Hie.Chuc.

Sed tamen considerandũ est,quia primum dictum de singularitate,non videtur verum,quia non attenditur singulare interesse actoris.l.pretia rerũ supra ad l.Fal. l. si seruũ supra ad l.Aq. l.furti.in prin.de furt. Sed dictũ Bar.vr̃ bene procedere,q̃a si habet́ relatio ad cõem ęstimationẽ , non vr̃ ꝙ attendać ꝑsona rei. Et quod dictum est cõi æstimatione, limitatur dupliciter.Primo in possessore qui haberet causam a domino , quia tunc persona possessoris attenditur l.2.vbi Bald.per illum tex. C.de pig.act.

Secundo limitatur,vt not.Bar.in l.2. de fruct.& lit.expens. tradit Alex.in d.l.apud Iulia.§.i.

6 Et regula nostra hic limitatur secundum gl.hic,† nisi malæ fidei possor haberet titulnm , quia tunc non tenetur de fructibus percipiendis de quo videndũ est in l.si fundum. C.de rei vend.

## In l.Fraudis.Argumenta.

1 *Fraus duobus modis considerari potest.*

2 *Fraus ex consilio & euentu prouueniens,tunc imputatur.*

3 *Dolus re ipsa præsumitur ex enormi læsione apparente.*

4 *Renuntiationẽ dolo factam nõ valere , qualiter intelligatᵣ.*

### REGVLA LXXIX.

*Fraudis interpretatio sẽper in iure ciuili nõ ex enẽtu duntaxat sed ex consilio quoq; desideratᵣ.*

1 Et sic † fraus consideratur dupliciter,ex ꝓposito et intẽtione Et re ipsa idem colligić in l.ait p̃tor.§.demum supra de his quæ in frau.cred.in l.2.C.de ser.pig.dato manumis. Sic etiam in dolo dicitur dolus ex proposito.l.1.§.i. supra de do. & re ipsa.l.si quis cũ aliter de verbo.ob. Proprie tñ re ipsa tm̃ nõ dicić dolus vt no.per glo.in d.l.si quis cũ aliter.in ver.dolum habet. Et idẽ vr̃ in frau.vt proprie non dicatur fraus re ipsa absq; proposito.

2 † Et ideo hic in regula copulatiue requiritur,quo d fraus fieri dicatur ex consilio & euentu iuribus supra al. & .§. in fraudẽ inst.quib.ex caus.ma.non licet. & in l.in fraudem in fin.ff. qui & a quibus.

Quandoque etiam sufficit quod fraus re ipsa cõmitatur ,

vt in l. fin. C. de his qui a non domino. & in l. i. §. i. supra si qd in fraud. pa tro. & per glo. hic.

Et adde † quod ex enorme læsione quæ apparet re ipsa, do- 3
lus [a] presumitur, vt not. Barto. in l. fin. supra de præto. stip. cum 2
simi. vt tradit Alexan. in l. si superstite. C. de dolo. & idem Ro. in consi. liij. visis col. fina. in consi. xc. viso themate. in fi. And. Sicul. in consi. xlij. col. vii. lib. i. & Pet. de Ancha in consi. 38. pro clariori. vbi concludit quod c. quamuis. de pact. dum ibi dicitur, † non valere renuntiationem si dolo facta sit, intelligitur 4
de dolo etiam re ipsa tantum, aliter tamen in hoc tenet Alexã. in consi. xlii. super præmisso, col. j. lib. i. de quo late dixi in cons. clxxx vbi videndum.

a Dolus, idem quod hic Aymo. consi. 192. col. 2. Ias. consi. xviij.

## In l. In toto iure. Argumenta.

1 *Lex minus generalis inter generales pro speciali reputatur*
2 *Indiuidua quare speciei derogent*
3 *Aequiuocum quando pro specie sit sumendum.*
4 *Lex magis specialis dicitur i qua vtilitas maior inuenit.*
5 *Regula specialior præsumitur, personas respiciens quàm ea quæ casu intuetur.*
6 *Qualitas paucioribus cõpetens dispõnem reddit specialioré.*
7 *Species an deroget generi in legibus & nu 9.*
8 *Priuilegium alicui concessum per legem generalẽ contrariam non tollitur.*
10 *Generi per speciem in diuersis legibus non derogatur.*
11 *Lex generalis quomodo conformari dicatur speciali.*
12 *Species an deroget generi in contractibus*
13 *Generi an derogetur per speciem in vltimis volũtatibus.*
14 *Species in legatis quando generali derogare dicatur.*
15 *Legatum generis, & speciei relictum vni aut diuersis qualiter intelligendum.*
16 *Species causa dubitationis præsumitur adijci quandoque.*
17 *Specierum enumeratio genus respiciens, aut etiam non respiciens qualiter intelligenda.*
18 *Laudum cum efficitur, generi per speciem derogatur.*
19 *Species generi detrahit in rescriptis pariter ac mãdatis.*
20 *Priuilegiũ secundũ speciale nõ derogat primo generali.*
21 *Mandatum speciale fisci non derogat generali.*
*Mãdatũ speciale iurisdõnis nil põt generali detrahere.*

RE.

a Directum est. Habetur etiam in c. studuisti. de off. lega. vbi per doct. maxime Barb. habetur etiam in c. i. de rescri. vbi late doct. & adde vnum sing. verbũ Io. de Ana. in c. excommunicamus. §. fin. de hær. vbi dicit, quod licet si verum quod specialis commissio deroget generali per nostram regulam. est verum nisi generalis sit priuilegiata, quia tunc non, nisi specialis fieret mentio per text. in cap. veniens. de præscri. et vide Ias. in materia iurisdictionis qñ specialis deroget generali. in l. quæ in rerum. §. si qs potest delega. j. Hie. Cu.

## REGVLA LXXX.

IN TOTO *iure generi per speciem derogatur, & illud potissimũ habetur, quod ad spe-*
a *ciem directum est.* [a]

b EADEM regula [b] habetur in regu. generi. eod. titu. in vj.
1 Ad declarationem huius regu. præmittendum est † quod si leges sint generales, illa quæ est minus generalis pro specie reputat,
c vt not. Bar. [c] in l. j. §. hoc autem edictum colũ. penul. de ope. noui nun. & idem dicit Dyn. in d. reg. generi. colum. ij. Et si leges sint
2 speciales, illa quæ sit specialior attenditur, † quia indiuidua derogant speciei, vt not. Bal in l. hac consultissima colum. j C. qui test. fac. pos. & in l. executorem. col. vj. versi. & redeo ad materiam propriam. C. de execut. rei iudi vbi inquit quod paruũ genus magno generi derogat, & indiuiduum derogat vtrique, & si duo habent se tanquam excedentia & excessa, illud loco speciei habetur quod minus excedit, vt no. Corneus in consilio. lxxiij. quamuis videatur allegat Bar. in d. l. j. de oper. no. nun. & in tra-
3 cta. ad reprimen. in ver. non obstantibus. † Et quando vocabulum se habet ad genus & ad speciem, & post genus sequitur species, ne illa additio speciorum superflua sit, & vt copula ponatur inter diuersa, ratio suadet quod vocabulum æquiuocum ponatur pro specie, vt Corneus inquit, in consi. ccxxix. licet claram, col. iij. in fin. lib. iiij.
4 † Et ille lex videtur magis specialis in qua sit euidẽtior, & maior vtilitas, & ista videtur benignior interpretatio, vt no. Bart. in tracta. ad reprimen. in ver. non obstantibus colum. ij. Et illa specialior in qua maior est ratio specialitatis, vt not. Bal. in d. l. hac consultissima. col. j.
5 ¶ † Et magis specialis regula reputatur illa quæ respicit personas, quam illa quæ respicit casus, vt in not. q. tradit Bald. in l. j. in tertia quæst. supra de off. consul. & ibi alle. Bart. in loco supra alleg. & idem Bal. in l. prima. §. vbi autem. col. ij. versi. ex hoc habes. C. de cadu. tol.
6 ¶ † Et illa qualitas quæ paucioribus competit, facit dispositionem magis specialem, & illa quę pluribus potest competere facit dispositionem magis generalem, vt notat Baldus in di-

b Regula. Fallit quando generale emanat a maiori potestate Paul. consil. clxxvj. lib. ij.

c Bar. vbi vide Alexan. & Iaso. fin. colũ. vbi et ponit qñ sumus in dubio q̃ l. erit specialis, et dicit quod illa quæ est magis fauorabilis.

d.l. executorem. in loco supra alleg. & de prædictis not. Imo. in l. Gallus in. §. ille casus. col. fi. de lib. & posth. Alexã. in l. Titiæ textores. de leg. j. Paul. de Cast. in l. non est nouum. colum. fi. supra de legib. & Moder. in l. si Ruffinus. C. de testa. mili. & dixi in consi. iij. vbi videndum est.

His [a] præmissis, vt in materia huius regulæ distincte procedamus, primo videndum est, an & quando habeat locum in legibus & in statutis. Secundo in cõtractibus. Tertio in vltimis voluntatibus. Quarto, in rescriptis & mandatis, cum simi. a

a His. specialis vincit generalẽ Alex. consi. 77. nu. 6. libr. 1. sic prolatis in specie. Alex. consi. 83. nu. 8. libr. 5.

Circa primum † in legibus, probatur in l. sanctio legum. supra de pœn. & tex. dum dicit hic inquit, in toto iure, & not. per glo. in reg. generi. eod. tit. in vj. & not. Ang. in consi clx. pro decisione quæsitorum. col. j. Fulg. in consi. ccxv. in primo propositæ in prin. Et idem in statutis regula ista habet locũ. vt no. Bar. in l. sed & posteriores supra de legib. in l. quæsitũ. §. si quis fundum. col. iij. versi. hoc induco ad quæstionem de fundo in serui. & in consi. c. a domino. Cyn. in tertio dubio. Ange. & Fulgo. in consi. supra proxi. alleg. 7

Et not. Bald. Imo. & Alexan. in l. cohæredi. §. qui patrem. de vulga. & pup. & in pulchra quæstione tradit Angel. in l. si quis ab alio. in fin. supra de calum. & cum prædictis concordat Fulg. in consi. cxxxvj. in causa. & facit quod de statuto not. Bar. in l. Lucius. in fin. supra ad Turpil. cum simi. vt tradit Alex. in l. talis scriptura. col. fin. de leg. j.

Et ista conclusio tam in legibus, quam in statutis ampliatur siue species præcedat genus, siue sequatur, [b] vt not. Barto. in l. quæsitum. §. si quis fundum. & Fulgo. in consi. præallega. ccxv. & ad hoc facit tex. i l. si ita fuero stipulatus supra de noua. ubi paria sunt siue stipulatio sequatur numerationem, siue præcedat. facit tex. in l. tertia. C. de ædil. act. in l. petens. C. de pact. Et quãdo genus præcedit, clarum hoc videtur, vt verba regulæ sonant hic, & in dicta regula, generi per speciem derogatur. Idem tamen est quando species præcedit. ad hoc facit quod not. per gloss. in l. sciendum supra qui satisda. cogan. quæ tenet, quod dispositio authentica offeratur. quæ est generalis, limitatur non habere locum in casu speciali. dicta. l. sciendum. quæ præcedit ad idem est gloss. in. §. sed hodie. institu. de satisda. in. §. suscepto. in authentica de exhib. reis. & in dicta authentica offeratur. C. de lit. contestat. & dicit Barto. in dicta l. sciendum. hoc esse notabile pro reformationibus statutorum. Et ampliatur secundum Bartolum ibi. etiam [c] si dicatur, non obstantibus legibus in contrarium, vt not. per gloss. in authentica de hæredi. quæ ab intesta. in princip. in verbo vacantibus. & not. idem Bartol. in dicta vers. non obstantibus. & cum his concordat Fulgo. in dicto consi. ccxv. in princip. Roma. in consi. xl. visis col. ij. in cõs. lvij. in causa vertente. & in consi. 322. in casu propositæ. Abb. in consi. b c

b sequatur. etiã si dispositio cõferatur in cunctũ. Matth. Afflic. decis. Neapo. 45.

c Etiam. Iason consi. 162. colũ. fi. lib. iiij.

in consi.lj. videtur primo.colum.ii. lib.j.& Alex.in consil.30. viso.colum.3.libro j.Et ad prædicta facit glo.not.in l. decurionibus.de silent lib.xij. quæ in versic. decurionibus, concludit,
8 †quod priuilegium datum alicui, non tollitur per legem gene-
a neralem in contrarium, cum simi. vt Felyn [a] scribit in cap.j. colum.ix.de rescri. & in cap.sicut de here. & bene facit.text. in l si adulteriū.§.liberto,supra de adul.Et prædicta omnia procedunt,nisi constaret de mente legis generalis, quod voluerit speciei derogare vt not.Imo.in l.si vero.§.de viro.colum.vj. supra sol. mat. per c. contra Christianos.de hæret.in vj.sequitur Alex. in d.l.sciendum. & constare videtur de mente legis generalis, si in lege generali dicatur, non obstante aliqua lege quæ generaliter vel specialiter contradiceret,vt no.Barto.in d. versiculo non obstantibus,cum simil.vt tradit Alexand.in d.l. sciendum.

a Fely. Quem vide in iii. col. versic. valet.& in v.uers.priuilegium.& in 9. versic. secunda: &c.& Barb.colum.22.H.C.

9 Secundo † ampliatur dicta conclusio etiam si vnum sit ex legali, alterum ex hominis dispositione, quia tamen specialia generalibus derogant.vt no.Bald.in l. si quis prioris.§.certum. de secun.nup.per auth.nunc autem.eod.tit.

10 †Et prædicta regula limitatur procedere in eadem lege,
b secus [b] est in diuersis legibus, quia tunc generi per speciem non derogatur, vt not.Barto.post Cyn. quem ibi refert in l.j. .§.hoc autem edictum.colum.fin. de oper.no. nun.& in d.l.sanctio legum.colum.prima & in d.l.quæsitum.§.si fundum.& idē not. Bald. in consilio. clv. duo sunt statuta. in fin.libr. tertio. vbi inquit, quod dispositio generalis non restringitur per specialem in diuersis legibus alleg.Bartol.in d.l.sanctio legum. & idem tradit Angel.in consilio.ccxiiij. primo est videndum. & Roma.in consilio cccviij.pro habenda.& in cons.cccxxij. in casu propositæ. in princ.Bartho. Vero.in consilio xiiij. pro declaratione.colum.ii.Alex.in consi.xiij.visis.col.fin.lib.ii.& late Ang.in cons.ccclvj.q.i.col.ii.

b Secus. Albe. ii.par.statu. qō. ij.col.vi.nu.10.

11 † Et ista limitatio sane intelligitur quando lex generalis et specialis non contradicunt, quia diuersimode loquuntur. secus vero si species contraria sit generi, quia tunc semper species derogat generi, vt patet in omnibus regulis quæ exceptiones patiuntur. ita Barto. dicit in d.l. prima.§. hoc autem edictum & hoc patet ex eo quod supra dictum fuit, quod species quę pręcedit derogat generi quod postea superuenit, vt per glos. in d.l.sciendum.cum si.supra alleg. Ex quibus patet hoc etiam procedere ex diuersis legibus. Item prędicta limitatio habet locum in legibus in quibus correctio debet euitari, secus in dispositione hominis, vt no.Barto. in l. liberis quos.in prin.ad si.de alimen.& cib.leg.

Secundo regula supradicta non procedit vbi genus debet
c verificari in vna specie.[c] quia tunc generi per speciem non derogatur,vt not. Abb.per illum tex. in c.ex parte.el.j.de offic. deleg.

c Specie. adde Barb.in c. cum esses. de testa. col.24.Ias.in l. ii.ff.de li.et posthu.col.ii. post prin.

de leg.Bart. in l. si domino de leg.j.in l. si hæres de opt. lega. & in l.quęsitum.§.fin.colum.fi.de fund.instru.de quo tamen dicendum est, vt dixi in cap. pastoralis.§. quoniam de rescri. vbi videndum est.

Secundo † regula ista etiam procedit in contractibus, vt not. Dy. in d.reg. generi alie.l. stipulationes commodissimum de verb.obli.& idem not. Ange.in consi.clx.supra alleg.Fulg. in cons.ccxv.supra alleg.l.doli clausula de verbo.oblig. Et no. Barto.in l.sed & si adiiciatur supra pro socio vbi inquit, ꝙ species restringit genus ex præsumpta voluntate contrahentium. 12

Tertio † regula habet locum in vltimis voluntatibus, hoc patet primo in substitutionibus[a] in l. cohæredi.§. quia patrē,de vulg.& pup.& facit tex.in d.l.cohæredi.§.qui discretas eo.tit. Et hoc habet locum in eadem specie substitutionis. secus est in diuersa specie, vt notat Dy. in d. reg.generi.per l.fin.supra ad Trebel.vel secundum Bart. ibi ex verbis testatoris apparebat ꝙ voluit a speciali substitutione recedere & idem Bar.tenet in d.l.cohæredi.§.qui patrem. 13

Secundo † hoc idem patet in legatis[b] l. vxorem.§.fœlicissimo de lega.tertio in l.seruus vrbanus §.fin.eod.titul.vbi in legatis loquitur,& dicit quod semper species derogat generi. & facit text. in l. alimenta.§. basilicæ. de alimen. & cib. leg. & istam regulam in legatis tradit glo.in l.quęsitum.§.fin.de fund. instruct. 14

Et ampliatur ista regula siue genus pręcedat, siue sequatur, secundum Dyn. in d. regu.generi per l. seruo manumisso. de pecul leg.& supra dictum est & nota.Bal.in consi.clx. verba pactorum libr.j. Paul. de Castr. in consi.188. videtur quod prędictis.

Secundo ampliatur etiam si legatum sit inutile l. legatum.§. j.ff.de adim.leg.in l.tertia.§. minor de fund.instru. not. Barto. in d.l.quęsitum.§.fin.col.fin. vbi hoc limitatur per l. fin.§.fin. de auro.& arg.leg. vbi etiam Bart.

Et ista regula in legatis procedit quando vni legatur totum genus, & alteri species eodem respectu, secus si diuersis respectibus, vt quia vni legatur genus respectu vsusfructus, alteri species respectu proprietatis, quia tunc species non derogat generi, sed concurrunt[c] l. si alii.§. Sempronius.l. Sempronio. in prin.de vsufruc.leg.vbi Barto. & idem Bart.in l.si quis seruum §. fin.versi. quęro quando legatur de leg.ii.& quę no. Bal.in l. quoties in fin.C.famil.ercifcun.

† Secundo dicta regula procedit in legatis, quando vni legatur genus, alteri species. secus vero si eidem genus & species legata sit, quia tunc species non derogat generi in dubio quia species videntur expressę gratia tollendę dubitationis l. quęsitum.§.item, si fundum de fund. instrumen. & per illum text. ita dicit Dyn. in d. regu. generi dicens, quod ille text. 15

Videtur

---

a Substitutionibus. Cor.cōs. 44.lib.iii.

b Legatis. Vide Bartol. in l. quęsitum.§.fin. hic alleg.& ibi Ale. in addit.et Abb.c.pastoralis.§. quoniam & ibi Fely. de rescrip. Ias. in l.si quis restitu. §. apud Iulianum de lega.i. & in l.re coniūcti 18. col. post med. de legat. 3.& in l.si tibi domo.§.si testamēto col.4. de le.i.H.C.

c Cōcurrunt. Idem Dec. cōs. 590. nu. 7.

videtur loqui in dubio ad idem tex. in l. si mancipia, in prin. eo. tit. de fund. instru.

16 † Et sic videtur quod in dubio species causa demonstrationis & tollende dubitationis exprimatur, & hoc in no. q. tradit Barto. in l. Centurio. colum. xj. vers. sed quid si dixi de vulga. & pup. dum ibi concludit, quod verbum impuberi, videtur expressum causa demonstrationis & facit quod no. Barto. in l. pater. §. mense vers. quid si testator de leg. ii. & in pulchra q. tradit Pau. de Cast. in consi. liii. quia exceptiones quę opponuntur colum ii. versi. restat. nunc respondere. Et hoc quod dictum est, quod in dubio species exprimatur gratia dubitationis tollendę, procedit quando species quæ exprimuntur respiciunt actum legandi. d. l. quęsitum. §. Nerratius. dum ibi dicitur, quod legauit fundum cum supellectili. illa enim verba supp llectili, exprimendo species, respiciunt verbum lega-
17 uit, & sic actum legandi. † Secus si enumeratio specierum respiciat genus seu verbum significatiuum generis, quia tunc enumeratio specierum videtur facta causa determinationis, & legatum restringitur l. cum delanionis §. quidam de fund. instru. vbi testator legauit villam prout ipse possidebat illa verba prout ipse possidebat faciunt genus & illud genus respiciunt species nominatæ ibi dum dicitur, quod ipse possidebat cum suppellectile mensis macipiisq; &c. & ita dicit Bar. in d. l. quæsitum. §. si vbi latius prosequitur materiam. Et dicta Bart. reassumit Abb. in c. sedes de rescri.

Et prædicta faciunt quando species exprimuntur. Sed quando indiuidua exprimuntur, vt, quia testator legauit vni marmor, duas statuas marmoreas, aliæ statuæ non videntur legatæ l. hæres meus. §. i. de le. iii. l. cum delanionis. §. cui fundum de fund. instr. l. j. §. idem si duæ. ff. de au. & ar. leg. no. Dy. in d. reg. generi & Bart. in d. l. quæsitum. §. si. col. fi.

18 † Et supradicta regula etiam procedit in laudo in quo generi per speciem derogatur vt no. Ange. in consilio. 355 quæstio prædicta Ful. in consil. cxvii. Ioannes quondam col. pen. & in consi. clxxx. viso processu col. ii.

19 Eodem modo † in rescriptis [a] seu mandatis species derogat generi. c. j. de rescrip. c. studuisti. de off. deleg. & not. per glo. in d. reg. generi. & in c. pastoralis. §. quoniam de rescrip. declarando vt dixi post Abb. in d. c. j. de rescrip.

20 Secus est in priuilegiis, † quia secundum priuilegium speciale non derogat primo generali siue speciali vt not. per glo. in reg. generi per c. veniẽs de res. glo. & Abb. post alios in d. c. i. de res. & tradit Pet. de Anc. in consi. clx. viso. col. iii. Aretin. in consi. lxxvi. diligenter visis col. ii. & dixi in d. c. i. de rescript.

21 † Similiter in mandato fiscali speciale mandatum non derogat generali l. quoniam Augerio. C. de conuent. fisc. deb. libr. x. & no. Bal. in l. ii. C. quando fiscus vel priua.

a Rescriptis. Quãdo in rescriptis & priuilegiis species deroget generi, vide eundẽ do. Phil. in consilio xiiii. col. iiii. incipien. & pro te nui facultate mea, &c.

¶ Eodem

Eodem modo in mandato iurisdict. mandatum speciale non derogat generali, vt no. Barto. in l. j. per illum text. supra de off præf. vt facit text. in d.l.fin.C. de iur.om.iu.& in cap.per hoc de her.cum si.vt tradit Ro.in consi.ccciii.præsens consultatio, & late Mod.in cap.pastoralis de off.ord.& dixi in c.cæterum de re iu. Et ex supradictis infertur ad quæst. quam ponit post Dy.in l.talis scriptura de leg.j. vbi Are.col fi.Et ad aliã q.vt per Bart.in l.si ab hostibus cum si. vt tradit ibi Alex. in prin.ff.sol.mat Et aliam ponit Pau.de Ca.in consi.188.videtur ꝙ prædictus.Et aliam ponit Bar.& Imo.in l. doli clausula de ver.obl.Bart.& Bald.in l.si consul.ff.de adop.& Barto. in d.l. quæsitum §.fin.Imo.in l.cohęredi.§.qui patrem. de vul.& pupi.Et hęc satis sint pro aliquali notitia, quia profunda est materia,& in alio pelago agitatur.

## In l.quæ dubitationis.Argumenta.

1 *Dubitationis gratia quæ apponuntur nocere non præsumũtur nu 5.*

2 *Cautela abundans in testamentis non est nociua.*

3 *Fraus præsumitur si insolitæ clausulæ apponantur.*

4 *Factũ ĩsolitũ sspicionẽ ĩducit usurarũ adversus cõtractũ.*

5 *Testibus malã rationem adducentibus non creditur, non obstante statuto hoc ipsum præcipiente.*

6 *Iudex testi malam rationẽ afferenti credere non debet.*

7 *Præsumptio tunc tollitur,cum mala causa exprimitur.*

### REGVLA LXXXI.

QVAE *dubitationis tollendæ causa contractibus inseruntur, ius commune non ledunt.*[a] a

NOTA †quod dicta ad tollendam dubitationem non nocent ad idem tex.in l.qui mutuã supra mãd,in l. qui extrinsecus de ver.obli.& facit tex.in l.si pupilli.§.j.supra de neg.gest. & isto casu verba prolata ad tollendum dubitationem tolerantur,licet superflua sint,vt no.Abb.in c.tollitę.in gloss.tanquam in fi.de maio.& obe.& satis operantur,quia tollunt dubitationem.vt idem Abb.dicit in c.certificari,col.pe.de sepul.& domi.in c.si Papa,de priuil.in vi. 1

Et quandoque ad tollendam dubitationem fit inculcatio verborum[b] quę attenditur vt not. per glos. in l. certi condictio. in prin.in glo.ii. si cer.pet. Et tradit Specu. in titu. de procura. m.§. b

a Ledunt.Cor. consil. ccxcvi. lib.i.And. Tiraquel.rep.l.si vnquam versi. reuertatur. num. 22. C. de reuo. dona.

b Verborum. Pau.cõs.lxxv. ol.1.lib.1.c

in. §. hoc autem versi. sed oppo. de illa clausula, fecit, constituit, & creauit suum procuratorem, &c. & facit quod not. Abb. in q. stante statuto char. fin. col. ij. & ad text. hic facit regula quę habetur inferius in l. non solent.

Et quod dicitur hic in contractibus, idem est in vltimis voluntatibus. l. testamentum. C. de testa. vbi in testamento dicitur,
2 † quod abundans cautela non nocet. Et in legatis expresio specierum quæ sub genere comprehenduntur, quãdoque nihil operantur. l. quæsitum. §. penul. de fund. instru. l. legata. in princip. de supel. lega. Et tali casu dicitur quod non mutat substantiam veritatis non necessaria verborum multiplicatio. in l. pediculis. §. Labeo. de aur. & argen. lega. & dicunt Host. Ioan. And. & Ant. de Butr. ibi in ij. opposi. in cap. nimis el j. de exces. præla: quod verba non possunt nimis specificari ad tollendam sophisticam interpretationem & ad idem facit text. in l. fin. vbi Barto. C. de præd. dot. lib. xj.

Et regula ista procedit, nisi illud quod dicitur causa tollendę dubitationis, esse insolitum, quia suspicionem inducit vt not. per gloss. in lege si quis sub conditione. ff. de condi. instit. & Bal.
3 ibi not. illam glos. quod † clausulæ insolitæ suspicionem [a] frau-
a dis inducunt & idem not. Bald. in dicta lege testamentum cum similibus vt tradunt Moder. ibi & prius Felyn. in capitulo secundo columna secunda de rescrip. & adde Bald. in capitulo primo de feudo dato in vicem leg. commiss. colum. secunda inquit
4 † quod pactum insolitum facit præsumi contractum vsurarium & not. Petr. de Anch. in consi. clviij. si prædicta sententia colũ. fin. in versi. accidit prædictis dicens, licet soleat dici quod abundans cautela non nocet, dicta. l. testamentum, tamen in personis suspectis puta in vsurarijs, cautelæ adhibitæ arguunt contra-
b ctum simulatum [b] in fraudem vsurarum per glo. in dicta l. si quis &. tradit Bartholo. Veronen. in tract. de simula. contractu in ix. præsump.

5 Secundo regula ista limitatur nisi † illud quod causa tollendæ dubitationis exprimitur, sit vitiosum, vt not. Salice. in dicta l. testamentum & hoc modo respondet ad contraria allegata ibi in gloss. Et hoc confirmatur, quia in sententia causa non requiritur cap. sicut de re iudi.

Et tamen si ad tollendum dubitationem causa exprimatur quę falsa sit, vitiatur sententia. vt not. per Innocen. in c. in præsentia de renun. sic etiam in libello causa non requiritur, quia libellus generalis procedit parte non opponente, leg. fi. C. de anna. excep. Si tamen ad tollendum dubitationem causa exprimatur, & illa inepta sit libellus vitiatur, vt not. Bar. in l. edita colum. iij. C. de eden. in l. i. in prin. ff. de eden.

Eodem modo in testibus, nam illis creditur absque ratione si interrogati non fuerint, vt not. per gloss. in lege solam. C. de testi.

a Suspicionem. In tantum quod si apponatur in rescri. principũ etiam si dicatur motu ꝓprio papæ sint apposita inualidãt rescriptum. Ita Ias. in l. i. §. j. in j. colũ. supra si quis ius dic. nõ obt. Bal. q hoc tenet in l. fideicõ. §. si seruo supra de leg. 3. & Frã. Cur. in cõsi. 74. antepe. col. ver. x. reddi ẽ nulla, &c. vbi multa dicit per duas col. & not. qđ si iudex apponat in ꝑcepto pœnã insolitã. nõ tenetur quis comparere. Ita Ias. vbi supra et in d. l. testamẽtũ ubi cumulat plura. Hie. Cu.

b Simulatum. Adde Franc. de Cur. cõs. lv. col. v. in fi. & consi. lxvj. col. xviij. in med. & Bar. in consi. lxxv. col. j. in ij. ve. & in cons. xvij. col. v. in ij. vo.

a Vitiatur. Vide Bald. in sua Marga. in ver. testes. verss. 15. Lanf. in c. quoniam contra. de proba. versi. testes. Alex. in l. j. supra de noui ope. nun. & Docto. c. si quando de rescrip.

testi. vbi Bart. & tamen si testis malam rationē adducit, eius dictum vitiatur, [a] adeo, † quod non velet statutum, quod credatur testibus qui malam rationem adducunt, vt Bal. dicit in l. si nō a 6
speciali. circa. fin C. de testamen.

Et iudex ratione arbitrij nō potest credere testi malam rationem adducenti, vt not. idem Bal. in d. l. solam. in fi. nam in dictis casibus quando causa non exprimitur, est præsumptio pro sententia, pro libello, & pro testibus. † sed quando exprimitur mala causa, a præsumptione receditur, & habet locum glo. in cle. constitutus. in ver. de nouo. de elect. q̄ dicit, quod plus nocet inepta locutio, quam taciturnitas. & facit regula expressa, nocent. infra eo. 7

## In l. Donari videtur. Argumenta.

1 *Debitum ciuiliter tantum an possit repeti solutum.*

2 *Donatio vera non dicitur qua quid remunerationis gratia conceditur.*

3 *Liberalis dicitur, qui donat quod donare non cogitur.*

### REGVLA LXXXII.

b Donari. Adde quod ī dubio non est præsumenda donatio qn̄ potest capi alius sensus, de quo vide plura dicta per Hipp. sing. lvij. incip. non p̄sumitur.

DONARI [b] *videtur, quod nullo iure cogente conceditur.* b

IBI, nullo iure cogente. ista regula de plano procedit quando nec ciuili nec naturali iure debitum sit, & idem habetur in l. donari supra de dona. Et eodem modo habet locum regula † si 1
tantum ciuiliter debitum sit, quia illa non est potens ad agēdum cum effectu, nec ad retinendum, vt not. Ioan. Andr. & Abb. post alios in rub. de dona. & idem dicit gl. hic, quia tali casu tanquā indebite solutum repetitur. l. si non sortem. §. indebitum supra de condi. indeb. Secus si naturaliter debitum sit ex pacto, quia cum talis obligatio sit potens ad retinendum. l. Stichum. §. fideiussor accipi. supra de fideiuss. ideo videtur solutio debiti, & non donatio l. hoc iure. §. penul. supra de dona. Et ita glo. hic dicit, quę tamen concludit, secus esse in obligatione naturali ad antidora, quæ non excludit donationem. Et idem gloss. expresse dicit in l. sed & lege. §. cōsuluit supra de pet. hære. & videtur sequi Bar. in l. prima colum. ij. supra de dona. Abb. tamen in rubric. de donat. dicit, † quod donatio quæ fit causa remunerationis non est 2
vera donatio, alleg. Bartol. in proœmio. Digest. & ipse hoc sequitur, quia donatio propria est illa qua mouetur donans ex liberalitate, l. prima supra de donatio. Et hoc non est in eo qui est obligatus

obligatus ad antidora, quia potius videtur soluere debitum naturæ, ad hoc inducit l. Attilius, supra de dona.

Et secundũ prędicta dicendum est, quod illa verba, nullo iure cogente, accipiantur proprie prout verba sonant. Tunc videtur ꝙ etiam obligatio naturalis tantum non impediret donationem, quia talis obligatio non producit actionem. l. iurisgentium. §. igitur nuda de pact. & per consequens non cogitur inuitus soluere ille qui naturaliter obligatur.

Non obst. text. qui in contrariũ allegatur in l. hoc iure. §. pen. supra de donatio, quia ibi loquitur de eo qui in veritate numerauit pecuniam seruo, quo casu si restituatur sibi pecunia credita, non dicitur illam ex causa donationes recipere, quia recipit quod numerauit secus videtur quando numeratio facta non fuisset, quia ex sola naturali etiam ex pacto non videtur impediri donatio ex quo talis obligatio non habet necessitatem soluendi, & verificatur quod dicitur hic, nullo iure cogente, & a fortiori id etiam dicendum in obligatione naturali ad antidora, quæ longe minoris est ponderis.

3 † Non obstat quod dicitur de liberalitate, quia satis dicitur exercere liberalitatem ille qui dat illud quod dare non cogitur, prout est in naturali obligatione.

Nõ obstat l. Attilius regulus, quia ibi agitur de mercede prę-ceptoris, quæ erat debita & poterat peti. l. 1. §. ludi quoque literarij. de var. & extraord. cog. & ita dicit gl. in d. l. Attilius.

## In l. non videtur. Argumenta.

1 *Amittere non potest quis, quod suum non fuit.*
2 *Amissio, priuatio quædam est habitum præsupponens.*
3 *Illegitimas præcedens probatur per instrumentum legitimationis*
*Filiatio probatur per instrumentum emancipationis.*
4 *Debitum fatetur is per quem compensationis exceptio obijcitur.*
5 *Amitti improprie potest res quæ propria non fuit.*
6 *Veniam potens quando delictum fateri dicatur.*

## REGVLA LXXXIII.

### *Nõ videtur rẽ amittere, cuius propria nõ fuit.*

1 Et amitti † non potest quod acquisitum non fuit, l. i. §. i. supra quibus modis vsusfructus amit.

Et

Et desiisse non dicitur quod non incipit. l. Titio vsusfructus de conditio. & demonst. Amissio enim est † priuatio [a] quæ 1
præsupponit habitum. l. manumissiones supra de iusti. & iur. l. 2
decem. de verbo. obligatio. capitu. ad dissoluendum, de despon.
impub. & non moritur qui non vixit xxxij. quæstio. 2. capitu.
quod vero. in cap. sicut ex tuarum. de homic. cum sim. vt per gl.
in d. c. ad dissoluendũ. & in d. c. quod vero. & ideo dicitur quod
non est, rumpi non potest. l. nam & si sub conditione. §. si post su
pra de iniusto rup. l. liberos. §. fi. de capi. dimi. Sic etiam dicitur, quod qualitas nõ potest esse sine subiecto. l. eius qui in prouincia supra si cer. peta. l. si seruum. in fin. supra de actio. empti.

Et ex his confirmatur quod not. Bald. in l. secunda. C. de iure
annu. aur. dicens, quod † per instrumentum legitimationis probatur quem non fuisse legitimum. 3

Et per instrumentum emancipationis probatur filiationem & patriam potestatem præcessisse, vt not. Bald. in l. moueor. C. de ser. expor. & in l. fina. colum. 3. C. de sen. pas. & qui agit pœnitentiam, videtur confiteri delictum vt not. Bald. in capitu. literas. per gloss. ibi in versicu. confessus. de præsumpt cum similib. vt tradit ibi Feli. & prius Alexand. in l. 1. in prin. in 2. col. supra de oper. noui nun.

† Et qui opponit exceptionem compensationis, videtur fa- 4
teri debitum, vt not. Roma. in consi. 77. pater reuerende. Et nõ priuatur successione qui non succedit, vt not. Aret. in consi. 85. viso compromisso. in fin.

† Et quantum ad text. hic regula vr̃ procedere secundũ pro- 5
prietatem verborum, improprie vero & largo modo etiam dicitur rem amittere cuius propria non fuit, vt gloss. hic dicit. per l. si seruum supra ad leg. Aquil. vbi quis dicitur amisisse illud quod consequi non potuit & in l. pupillorum vbi gloss. in verbo. amisisse. C. de administratio. tuto. & adde glo. per illum tex. in capitu. consilia 17. distinctio. in princip. quæ dicit, quod etiam quis perdere dicitur quod nunquam habuit. & idem gl. 23. dist. in capitu. quorundam in verbo, admittit. & quinta quæstio. 6. in cap. quia iusta. in verb. sacerdotis 23. quæst. 4. in c. Guilisarius in verbo, sacerdotis 33. quęstio. 2. in cap. quod vero sic etiam largo modo actus nullus infirmatur l. i. vbi gloss. in ver. infirmatur supra de ferijs & in l. ex empto. §. his qui vinum supra de actio. empti. & text. in ca. si quis præsbyterorum de reb. eccles. non alien. ibi. viribus euacuetur, quamuis ab initio nullas habuerit. Et ista pendent ab illo articulo, quando sit quod priuatio præsupponat habitum, de quo not. Barto. in l. decem de verb. obligatio. Ange. Aret. in. §. seruus insti. de cap. dimi. Et quando excipiens videatur fateri intentionem agentis, dixi in capitu. cum venerabilis, de exceptio. Et ad prædicta facit glo. not. in cap.
exhibita de homici. in versicu. Venia, quæ dicit † quod pe- 6
cans

a Priuatio. ad. de Soci consil. 163. ver. secunda ratio. in secũda volu. & tex. in §. 1. institu. de liberti. vbi Io. de Plat. tradit notabilem doctrinã quãdo priuatio ponitur a Legislatore & quãdo ab homine, quem videas.

a tens veniam[a] non videtur fateri delictum, de quo in locis præallegatis.

## In l.Cum amplius Argumenta.

1 *Datio in solutum vitiatur facta pro maiori quantitate quàm debeatur & nume.2.*

3 *Datio in solutum vitiatur quando in summa debiti principalis erratur.*

### REGVLA LXXXIIII.

*CVM amplius solutum est quã debeatur, cuius pars non inuenitur quæ repeti possit, totũ esse indebitũ intelligitur manẽte pristina obligatione.*

1 NOTO regulã, quod † res data in solutum pro maiori quantitate quam esset debitum, in totum vitiatur datio in solutum, ad idem text. in l. si non sortem. §. si centum supra de condi.indebi. vbi text. rationem adducit, ne inuitus cogatur habere communionem.

Et ibi Bart. hoc dicit esse notandum pro dationibus insolutum quæ fiunt tota die: vt si in aliqua parte datio insolutum sit plus debito, tota datio insolutum vitiatur, sequitur Bal. in l.certi condictio. §. quoniam. versicu.secundus si iudex supra si cert. pet. Ful. in consil. cxxxvii. quia ex facto ius oritur. in primo dubio & in consil.clxxxvii. visis.colum.ii. Rom. in consi. cccc. præsens dubitatio in fi. & consi.ccccliiii. in re præsenti. col.iii.ver.v.dicendum est.

2 † Et ista conclusio bene procedit in decreto iudicis prout b loquitur text. in d.l.si non sortem. §. si centum[b] quia decretum est indiuiduum prout not. Bal. in l.certi condi. §. quoniam supra si cert.pet. facit text. in l.i. §. his verbis supra ne vis fiat ei. & in l.hoc iudicio supra fa.erc.

Secus est in venditione facta a creditore de pignore conuentionali virtute potestatis sibi datæ in instrumento, quia licet vendat rem valentem plus credito suo, venditio non retractatur, sed pretium quod excedit, debitori restituitur. l. si in aliquo. C.de distra. pigno. l. quamuis. §. fina. supra de pigno. act. & dato quod etiam iudex in tali casu consentiret, & decretum interponeret, non dicitur pignus prætorium, sed conuentionale, vt not. Bartol. in l.creditores in fine. C.de pign. & non habet locum text. in d. §. si centum & hic vt not. Aretin. in consili. diligenter visis & intellectis, prout dixi in d. §. quoniam.

†Se-

a Veniam Bal. l.2. C. de ingemanu. Cepo. causa cri.consil. 21.col. 8. Phil. Franc. ca. licet col.3. de senten exc.in vi.Cors. in repet. versi. absolutio. Feli. c. literas col. 4. de præsumpt. Ias. l.i.col. 5. de oper.no. nun. §. decẽ col. 11. de ver.obli.

b Centum. vbi videas. Ias. qui in omnibus concordat cum do. Phil. hic.

¶ † Secundo regula ista locum habet, quando erratum fuit in 9 summa debiti principalis. vt quia debitum erat de triginta, & data fuit res insolutum pro quinquaginta vel quadraginta. Secus si erratum fuit in æstimatione rei datæ insolutum, vt quia pro vero debito de centum data fuit res in solutum quæ valebat centum quinquaginta, quia tunc datio insolutum valet pro. quantitate veri debiti, et residuum repetitur, vt not. Bald. per illum text. in l. fi. C. de iur. dom. imp. in ii. colum. versicul. item pignor. & not. Alexan. post Paul. de Castro in d. §. si centum. & idem Bald. in d. c. quoniã frequenter. §. sinautem. vt lit. non contest. Alex. in l. 1. §. pen. de verbor. obligat. & Areti. ibi qui etiã ponit aliam limitationem supradictam de pignore conuentionali. & alleg. tex. in l. 1. §. sed si duæ. ff. quorum leg.

¶ Tertio limitatur quod hic dicitur, & in d. §. si centum vt per Bald. in leg. ordo circa fin. vrsi. quæro vtrum. C. de execut. rei iudic.

## In. §. Is natura Argumenta.

1 *Obligatio naturalis de iuregentium esse dicitur.*

2 *Obligatio naturalis considerari potest duobus modis.*

3 *Ius gentium duobus modis accipitur*

4 *Ius naturale diuersa iuris species est à gentium iure.*

*IS natura debet quem iuregentium dare oportet, cuius fidem secuti sumus.*

¶ NOTA † quod naturalis obligatio est de iure gentium[a] 1 & ita istum tex. ad hoc alleg. Bar. in l. Stichum §. naturalis in a fin. supra de solu. & gloss. ibi exponit naturalis, id est de iure gentium. Et ad declarationem notandum est, quod naturalis obligatio distinguitur, & duobus modis principaliter considera- ratur. Similiter etiam ius gentium duobus modis accipitur.

Circa primum, † de naturali obligatione consideratur dupli- 2 citer. Primo pro illa naturali, quæ oritur ex consensu, & ex illa æquitate naturali, quæ suadet, vt promissa seruentur. in l. i. in prin. supra de constitu. pecu. & ista vinculo æquitatis, quod inducitur eadem æquitate ipso iure dissoluitur. l. stichum. §. naturali. supra de solut.

Et ista cum fundata sit in consensu naturali, etiam cum seruis contrahitur. l. naturaliter. l. si id quod, supra de condic. inde. l. hæres a debitore. §. seruo suo, supra de fideiuss. & pari ratione inter patrem & filium oritur ista naturalis obligatio. l. frater a fratre, vbi glo. & Bar. supra de condict. indeb.

a Gentium. Vide Ias. in prin. institut. de act. col. ii. et in l. ex hoc iure, vbi post alios declarat bene quę sit obligatio naturalis. col. 11. in fin. versic. in eadem glo. vbi insequẽtibus col. ponit. 18. effectus naturalis obligationis antidoralis.

Secundo naturalis obligatio consideratur pro illo naturali instinctu, vt bene facienti bene faciam, de quo loquitur tex. in l. sed & si lege. §. consuluit. supra de peti. hære. in l. si non sortem. §. libertus. supra de condi. indeb. in l. si non remunerandi. §. inde Papinianus. in fi. supra mand. & not. per gl. in d. §. consuluit. & in c. i. viii. q. ii. in ver. compellitur. Et ista non solum inter extraneos, sed etiam inter coniunctos contrahitur, vt no. Ang. per illum tex. in auth. de non eligendo secundo nuben. colum. i. Et de natura istius obligationis latius Bar. tradit in l. ex hoc iure. col. iiii. de iusti. & iure.

3 † Similiter ius gentium consideratur dupliciter, secundum Barto. in d. l. ex hoc iure. col. iii. & in l. si id quod. supra de condi. indeb. Nam quoddam est ius gentium, quod fuit eo ipso quod gentes esse ceperunt, naturali ratione inductum, absque aliqua constitutione hominum: vt fidem & promissa seruare: & istud ius gentium primæuum, ius naturale dicitur. c. ius naturale. i. distinc. & in. §. i. & §. singulorum, institu. de rerum diuisi. vbi expresse dicitur quod ius naturale appellatur ius gentium, & intelligitur de illo iure gentium primæuo, de quo dicitur in d. §. i. de rerum diuisio. Quoddam est ius gentium secundarium, quo omnes gentes vtuntur ex constitutionibus eorum, non secundum rationem naturalem, immo quandoque contra, vt sunt bella, captiuitates, seruitutes, distinctiones dominorum, de quo iure gentium loquitur tex. in l. ex hoc iure. de iustit. & iur. & in l. postliminium. supra de captiuis. in princ. & ista distinctio communiter approbatur, licet Areti. conetur illam impugnare, in l. i. in prin. de acquir. pos.

Et secundum istam distinctionem declaratur text. in l. i. §. ius
4 naturale, & §. ius gentium. supra de iusti. & iur. † vbi ius naturale a iure gentium secundario differt. Eodem modo iste text. debet declarari, dum inquit, quod iure gentium obligatus ille cuius fidem secuti sumus. & talis obligatio dicitur naturalis, nam de iure gentium primæuo intelligitur quod in effectu dicitur ius naturale, vt supra dictum est. Et concludendum videtur quod illa naturalis obligatio quæ habetur ex consensu vel ex instinctu naturæ, vt bene facienti bene faciamus, est de iure gentium primæuo. & ita text. hic intelligitur, secus est in iure gentiũ secundario quod distinguit a iure naturali, vt supra dixi.

## In l. in ambiguis. Argumenta.

1 *Doti in dubio fauendum est.*
2 *Fisco fouetur perinde ac doti ipsi.*
3 *Sententia in dubio contra actorem ferenda est.*
4 *Tempus probare debet qui in illo se fundat.*

## REGVLA LXXXV.

### *In ambiguis pro dotibus respondere melius est.*

1 NOTA quod † in dubio iudicandum est pro dote, ad idē text.in l.in ambiguis.supra de iure dot.facit text. in l.si ego.§. si res.supra de iure dot.& in l.fina.C.ad Velleia. in l.i. ff. solu. mat.& ibi hoc exemplificatur, secundum Bart. post Dy. quod si reperiantur duo instrumenta eodem die confecta , & alterum sit instrumentum dotis, debet iudicari quod illud prius [a] confe- a
ctum fuerit,& pari ratione idem videtur dicendum , existentibus paribus probationibus,iuxta not. in c.in nostra . de testib. Et hoc etiam videtur habere locum in muliere agente pro dote,quia fauor causæ præponderat fauori rei,c.fin.de re iudic. l. inter pares.supra de re iudic.

Et quod dicitur de dote, idem videtur in alijs causis fauorabilibus quæ doti æquiparantur. d.c.fin. de re iudica. Et ideo in duobus instrumentis factis eodem die , præsumitur prius factū illud quod respicit fauorem ecclesiæ,vt Roma.tradit in auth.similiter.in reperi.in xiij.speciali in contractibus . Et idem in simili habetur de fisc.l.j.C.de iure fisc.lib.x. Et in fisco not.Bal. in l.j.C.de hære.vel act.vend.col.fin. vers.item in dubio. † nā 2
fiscus & causa dotis a pari procedunt.l.ij vbi glo. C. de iur.fis. & per glo.in l.dotis.C.de iure dotis .

Non obstat tex.in l.non puto.supra de iure fisci , vbi dicitur, quod in dubio iudicandum est contra fiscum .

Et generaliter ille tex. intelligitur quocunque modo dubium sit,vt not.Matthesil.in not.lxxij.no.vnam regulam.

Quia [b] respondetur quod ille text.intelligitur in fisco agen- b
te ex delicto alicuius ad pœnam , ideo in dubio fit interpretatio,vt pœna non habeat locum.argumen. l.si præsens, supra de pœnis.& ita Cuma.dicit in l.j.supra solu.matrimo. Nec obst.q iste intellectus videatur restringere illum tex.vt dicit Alexan. in dicta l.prima,quia potest responderi,quod hoc consonat. quia ibi principaliter tractatur de bonis , quæ propter delictum ad fiscum pertinent,vt colligitur in l.prima . supra de iure fisci. & tali casu loquitur l.non puto.& hoc sequitur Ange. Aret. in .§. fin.institu.quib.mod.testa.infir.& no.Saly.in l.si debitor. C.de iure fisc.vel secundo ille tex.intelligi pōt quando agitur de aliquo priuilegio fisci contra priuatum,nam in dubio debet iudicari quod fiscus non sit priuilegiatus , quia vbi fiscus non habet priuilegium , sequitur ius commune . l. quod placuit in fine. ff. de iure fisci . Vel tertio text. in dicta l. non puto,intelligi potest secundum regulam in fisco agente quia in dubio in fauorem rei pronunciandum , † Nam inter priuatos fertur in du- 3
bio

a Prius. Hæc est cōis sententia omnium , de qua ibi latissime per Moder.præmaxime. Ias.qui ponit aliquas limitationes . & Soc.in j.colū.& de alijs priuilegijs dotis : vide late Bal.Nouel. in suo tracta. de dote , qui ponit oia priuilegia cōpetentia. constan. & sol.mat.

b Quia. Deci. rubr.de iudicijs. lectu.ij. col.viij. de prob.Ias.cōs. 86.lib.j.

bio sententia contra actorem. capitu. ex literis de præben. & in tali casu idem in fisco, quia in hoc non habet priuilegium. Sed tamen hoc non videtur verum; quia fauor causæ fiscalis sicut in alijs fauorabilibus præponderat fauori rei. capitu. fin. de re iudi. & ideo respondetur, vt supra dictum est & dixi in dicto capitu. ex literis. & quod supra dictum est de instrumentis eodem die confectis, procedit quando in vtroque simpliciter dicitur de die, secus si magis specialiter in vno quam in altero tempus exprimatur, vt quia in vno dicitur de mense Maij simpliciter, sed
a in altero etiam hora exprimitur; nam etiam prioritas horæ a attenditur vt glo. in l. si ex pluribus. §. fina. in versicu. die, de solut. Bald. in l. de rebus. C. de donat. ante nup. Et ideo prior videtur. & potior illa pars dicitur, de cuius priori die vel hora apparet, vt not. Bald. post Cyn. in dicta l. de rebus vbi dicunt, quod quando vterque probat de eadem die. melior est conditio rei, nisi alter probet prioritatem horæ. Idem Ioan. de Platea in l. prima. C. de iure fisci & not. tradit Soci. in l. prima colum. prima solut. matrimo. & refert Fely. in capitu. pastoralis de rescrip. qui tamen in contrarium adducit, quod talis probatio horæ proprietatem non probat, neque ostendit, quia potuit esse prior alter qui simpliciter probat de eodem die, & sic potuit esse ante illam
4 horam vel diem, si agatur de mense. † Et ad hoc facit, quia ille qui fundat se in certo tempore, debet illud præcise probare l. matrem. C. de proba tio. Sed concordando opinio. distingui potest, quod aut ille qui probat de eadem die reperitur in possessione, & non debet priuari, licet alter probet de certa hora diei, quia verum est quod non apparet præcise de prioritate actoris, ideo melior est conditio possidentis, alias secus. vt dixi in dicto capitu. pastoralis, & hoc idem videtur velle Bald. nouel. in tract. de dote, in ix. parte, secundo priuilegio in fin.

a Horę. Bald. l. creditor. in prin. qui poti. I pig. hab. Soci. consi. 67 lib. 3. Corf. in repeti. verb. instrumētum. Iaso. l. i. §. ii colum. i. supra de eden.

## In §. Non est nouum. Argumenta.

1 *Constituta legitime durant superueniente casu, à quo initiū habere non potuerunt.*

2 *Actus perfectus non vitiatur per id à quo incipere non pōt.*

3 *Causa finalis actus deficiens, vitiat actum.*

4 *Facta plurima valere dicuntur, quæ fieri prohibentur.*

5 *Prælati non debent delegationes à iudicibus secularibus suscipere.*

6 *Notarius non matriculatus, si rogatus instrumentum fecerit, non reijcitur.*

7 *Probatio facta per testes, parte nõ opponente valet, statuti contrario non obstante.*

8 *Excommunicatus in iudicio esse prohibetur iudicium validum accipere potest si non opponatur.*

*Iudicium cum milite valet si non sit oppositum quòd in iudicio esse non posit*

9 *Iudicium criminale valet admissa exceptione defectus proprietatis*

10 *Exceptiones aut probationes non admittuntur contra sententiam quæ transiuit in rem iudicatam.*

11 *Renuntiari potest fauori suo in annullatione actus.*

*Actus est nullus, qui per legem alio fauore quam partis est annullatus.*

12 *Factũ aliquãdo facilius destruitur, quã fieri impediatur.*

*NOn est nouum, vt quæ semel vtiliter constituta sũt durẽt licet ille casus extiterit, à quo initium capere non potuerunt.*

NOTO † regulam, quod ea quæ semel vtiliter & legitime constituta sunt, durent, licet superueniat casus a quo initiũ habere non possunt ad idem est regula factum legitime eodem ti. in sexto. Et hoc exemplificari potest in l. patre furioso supra de his qui sunt sui vel alie. iuris in l. prima. §. casum supra de postulando. in l. is cui supra de testamen. Et ideo facilius quis repellitur ab obtinendo. quam ab obtento capitu. supra his de accusat. & gloss. hic dicit, quod multa impediunt ordinandum quæ non impediunt ordinatum. 1

¶ † Et ista regula procedit quando actus fuit perfectus & consumatus vt hic cum similibus præalleg. secus eit si actus non esset consumatus, quia tunc destruitur quando deuenit ad casum a quo inchoari non potest. l pluribus. §. & si placeat de verbo. obligatio. in l. inter stipulantem. §. sacram. & in l. estimo. eo. tit. & in l. si metallum. §. si seruo alieno. supra de his quæ pro non scriptis in l. pro parte. supra de serui, in l. post finitam. supra de suspe. tut. in l. si sub vna. §. si quis via de verbo. obligatio. & hoc vltimum verum est, nisi casus superuenies tenderet ad eundem finem [a] quia tunc actus quamuis non fuerit consumatus non viatur, licet ad eum casum deueniret a quo incipere non potest, exemplum est in. §. econtrario versiculo quod si viuo. instit. de legatis in l. verbis legatis in fin. supra ad leg. Fal. & bonus tex. in l. sciendum. §. fina. supra quis satisd. cog. 2

a Perfectus. Idem Dy. in d. regula, factum ver. sed dicẽdũ est. Phil. Fran. in prin. & Dy. in reg. i. eo. tit. in versi. quinto quæri potest & ibi Anch. ii. colum. Bal. Alberic. & Mo. in l. patre furioso. de his qui sunt sui & ibi Ias. 3. col.

3 Secundo regula limitatur non habere locum. † quādo res deuenit ad talem casum quod causa finalis deficeret: vt no. Barto. per illū text l. Vranius. §. sed cum duo de fideiuss. & quēadmodū incipere alias non possunt ita nec remanent. & Bartol. ibi col. i. supra de fideiuss. & de his late tradit Bar. in d. l. pluribus. §. & si placeat. de ver. ob.

Et quia regula hic loquitur quando aliquid vtiliter & legitime factū est, ampliatur. §. etiam quādoque ad illud quod legitime factum non sit. quia contra prohibitionem iuris tamen va-
4 let, quia † multa prohibentur fieri, quæ tamen facta [a] tenent. l. ij.
a . §. biduum. supra quando appellandum sit. vbi sententia prohibetur ferri sub conditione: lata tamen tenet, quia lex vlterius procedit ita disponendo. vt not. Barto. ibi. & in l. non dubium. C. de legibus. columna tertia & est text. in c. ad apostolicam. de regularibus. facit text. in l. relegatorum. §. ad tempus. supra de interdict. & relig. cum similibus ibi allegatis in glos. & in l. i. §. i. supra de ferijs.

a Facta. Vide late Iaso. in d. l. patre furioso, colum. 3. in fin. & ibi Bal. & Alb. qui ponūt plura brocardica.

Et hoc in pluribus casibus vtiliter exemplificari potest. nam si actus sit prohibitus propter honestatem, non obstante prohibitione actus tenet. vt not. Federic. in consi. ccxciii. factum tale est. colum. fina. vbi concludit, quod executio testamenti facta per Gordianum sancti Francisci valet, licet sit prohibita. clem. exiui. de verb. sig.

5 Et idem est † in prælatis, qui prohibentur delegationes a iudicibus secularibus suscipere. xj. q. i. in c. te quidem. si tamen suscipiant, valet iudicium. quia illa prohibitio est facta propter honestatem, vt not. Albe. post alios in cap. ii. de iudi. & dixi ibi. Sic etiam in clerico. qui licet notarius sit, prohibetur instrumenta conficere. cap. sicut. ne cleric. vel monac. si tamen rogatus facit instrumentum, valet: vt not. Ioan. And. in dicto capitu. sicut. vbi Abb. post alios, & not. Bar. in l. vniuersos. C. de decurio. lib. x. Ange. in l. si quis decurioni. C. de fal. cum similibus, vt tradit Alexander. in l. prætor ait. §. is etiam, supra de edendo. & idem Rom. in consi. cccc ix. quo ad primum in secundo dubio.

Et an idem sit in monacho & religioso, late dixi in c. decernimus. col. x. de iudi.

6 Sic etiam dicit Ange. in d. l. vniuersos. quod † si notarius non matriculatus in loco prohibitus sit instrumenta conficere: si tamen rogatus confecerit, instrumentum valet, & hoc intelligitur, nisi statutum vlterius procederet annullando instrumentum, vt idem Angelus tradit in consilio cxliiii. visis processibus. columna prima.

7 Et in simili † si a statuto prohibeatur probatio fieri per testes: si tamen facta sit patre non opponente, valet, vt not. Bald. in l. certi condictio. §. quoniam. circa finem. in versic. sed ponamus, supra si cer. peta. & sequitur Alex. ibi, & Barth. Vero. qui

plura similia adducit in cautela.255. dubitari potest.

¶ † Et in simili idem est in excommunicato qui prohibetur esse in iudicio. cap. intelleximus. de iu. Et tamen facit iudicium si non opponatur. cap. primo. §. si vero de excep. in vj. no. Abb. post alios in d. cap. intelleximus. cum simi. vt dixi ibi. & facit l. filiusfamilias. §. veterani supra. de proc. vbi prohibetur miles esse in iudicio. & tamen si non opponatur. valet iudicium. idem in iuramento calumniæ. cap. j. C. de iur. calum. in vj. no. in l. iii. §. sed quia veremur. C. de iura. calum. 8

¶ † Et idem in procuratore qui prohibetur, in causa criminali interuenire, & tamen illo interueniente si non opponatur, valet iudicium, vt not. per glo. in cap. primo. in ver. criminalis de iud. in vj. & in l. quamuis indubitati. C. de adul in vers. præsentiam. & ista est communis opin. vt not. Bald. dicit in l. ita demum. col. secunda. C. de procur. cum simi. vt tradit Fel. in cap. meminimus. col. penul. de accusa. & idem sequitur Roma. in consi. ccxv. duo sunt. & ibi alia similia adducit. 9

Et simile est in iudicio possessorio si admittatur exceptio defectus proprietatis quæ non debuit admitti, valet tamen processus parte non opponente, vt not. Bartol. in l. naturaliter. §. nihil commune. in pen. char. in vers. secundo quæro vtrum. de acquir. possess. & in l. si quis a se fundum. C. vnde vi. & text. in cap. primo de restitu. spol.

¶ † Similiter contra sententiam quæ transiuit in rem iudicatam exceptiones vel probationes admitti non debent, quia res iudicata pro veritate habetur. l. res iudicata infra eod. Si tamen probationes factæ & admissę sint parte non opponente, valent, & si apparet de iniquitate sententiæ, debet reuocari, vt not. Inn. in cap. cum dilecta. de rescript. in cap. cum Bertoldus. de re iudi. Anto. de But. in cap. quoniam contra col. fin. & in consi. xxvij. visis. colum. iij. cum simi. vt tradit Alexã. in l. iudex postquam. de re iudi. in ver. sexto fallit. idem Alexand. in consi. lxxvij. in causa & lite col. fi. lib. ij. & in consi. ccxii. viso in prin. eo. lib. ii. & Abb. in consi. lxxxix in quæstio. col. iii. lib. i. Roma. in cõsi. clxxiiii. amplissime doctor in fin. & Aret. in consil. lxxiii. diligenter. colum. ii. 10

Et prædictæ decisiones & similes videntur procedere quando iura vlterius procedunt ita disponendo, vt supra dictum est, vel quando agitur de exceptionibus dilatoriis quæ post litem contestatam opponi non possunt. l. ita demum. C. de procura. & in capitu. pastoralis. de except. vel quando tractatur de fauore eius qui non opposuit exceptionem quæ sibi competebat. quo casu tacendo videtur renunciare fauori suo, cui regulariter quis renuntiare potest. capitu. ad apostolicam. de regularibus l. penul. C. de pact. † Et etiam si actus annulletur, in fauorem partis. 11
renuntiari potest, vt per gloss. in l. eleganter. in prin. supra de dolo, vbi Barto. cum simi. vt tradit Alexand. in l. iurisgentium. §.

præ tor

prætor ait. in prin. supra de pact. & facit tex. in c. dilecto, vbi Abb. de præbend.

Secus videtur si lex annullaret actum alio respectu quam propter fauorem patris, & validitati resisteret, quia tunc actus esset omnino nullus. vt not. per gl. per illum tex. in l. a diuo Pio supra de ritu. nup. cum simi. vt Alexand. dicit in d. §. ait prætor. Et tali casu supradicta non haberent locum & istam declarationem tradit Pau. de Cast. in consi. ccxvj circa primum quæsitum. in prin. vbi declarando l. j. §. j. supra de fer. dicit, quod quando gesta tempore feriato sunt nulla ipso iure, talibus feriis renuntiari non potest, quia si posset renuntiari, gesta contra præsentem & non opponentem exceptionem, non essent nulla, sed valerent. l. §. 1. de fer. Et sic talibus quæstionibus supradictis vis tota videtur consistere, an renuntiari possit, vel non.

2 Et ad regulam hic adde, † quod quandoque econtra, facilius destruitur quod factum est, quam quod de nouo fieri impediatur. l. non distinguemus. §. sacerdotio supra de arb. & plura exempla ibi habentur.

Sed hoc facit diuersitas rationis, nam in. §. sacerdotio, soluitur compromissum, quia verisimiliter in tali dignitate noluisset tractare negotia secularia, merito datur illi facultas abstinendi, & soluitur compromissum quæ ratio cessat quando illo existente in sacerdotio factum sit in eum compromissum, & facit quod gl. hic de assignatione liberti.

## In §. Quoties. Argumenta.

1 *Regulæ iuris ex causa iusta negliguntur.*
2 *Pupillus homicidium committens non decapitatur.*
3 *Magistratus licite potest legem transgredi metu periculi ac scandali.*
4 *Iurãs statuta se seruaturũ, iusta causa potest ea negligere.*

QVOTIES *æquitatem desiderij naturalis ratio aut dubitatio iuris moratur: iustis decretis res temperanda est.*

GLOS. exemplificat istum. §. pluribus modis. Et primũ exemplum de l. interdum. de verbo. obliga. non bene adaptatur, quia actio ibi non est nata, prout expresse ibi colligitur. Cuius contrarium videtur præsupponere gloss. hic. Et vltra gl. exem-

gl. exemplificari potest per tex. in l. qui cum hæreditate supra de act. & obli. in l. secunda supra de excep. rei iud. vbi exclusus a iure quod tertio competebat, illo iure cessante admittitur, & videtur etiam posse exẽplificari iste tex. ex eo quod dici solet † quod ex causa a regula [a] iuris communis receditur, vt 1
est dictum Inno. in c. j. de const. in glo. vlt. & per illud dictum a
Bal. in l. & si seuerior colum. ii C. ex quib. cau. infam. irrog. in versi. ex prædictis † q̃ si pupillus committat homicidium licet 2
sit doli capax, non tamen debet decapitari.

Et per illud dictum Innoc. infert [b] Bald. in l. si quis filio §. b
illa autem in fin. supra de iniusto rup. † quod propter metum 3
periculi vel scandali, interdum permittitur magistratibus legem transgredi, & idem Bal. in l. obseruari. §. proficisci. in xi. q. supra de offic. proconf. & facit tex. not. in l. si hominem supra mand. & ibi Barto. & in notabili casu tradit Pet. de Anch in consi. lxxxiii. prima facie & Roma. in cons. ccccxxviii. in terminis in fi. cum si. vt tradit idem Roma. in l. si vero. §. de viro. in xlvi. fallen. supra solut. matri. & late congerit Felyn. in cap. 1. in iiii. char. de constit. & not. etiam Bald. in l. clari. C. de fidei commiss. † vbi inquit, quod ille qui iurauit statuta obseruare, in 4
telligitur nisi iusta causa superueniat, quia in iuramento semper intelligitur clausula, rebus sic stantibus. l. quod Seruius supra de condictio. ob caus. Et quia de nouo indigent auxilio l. de ætate. §. ex causa supra de interrog. act. & facit tex. in l. fi. qui satisda. cog. & not. Bartol. in l. ambitiosa, columnn. iii. supra de decret. ab ordi. facien. & ad idem facit text. in cap. fin. de transact. & ibi Abb. in ii. not. cũ si. vt Alex. scribit in l. nemo põt. col. i. de le. i.

a Regulis. nã poter enormitatẽ delicti licitũ est iura trãsgredi. de quo per Hippol. de Marsi. i l. i. i ix. co. & in l. unus. §. cogniturũ in xiii. col. supra de qõ, vbi per duas col. plura dicta doctorum in hac materia cumulauit. Et Ias. per alias duas col. plura dicit ĩ l. i. C. de p̃c. impe. offer. & p eundẽ Hip. ĩ sing. ccxliiii. inci. tu scis. Itẽ ꝓpter scãdalũ receditur a regulis iuris ut p d. Phi. in consi. cli. incip. maximi põderis col. iiii. versic. nam ratione scãdali.

b Infert, vide eundem d. Phi. in c. de causis. de offic. dele. in ii. col. in v. not.

## In l. non solet. Argumenta.

1 *Contestatio litis non reddit deteriorem conditionem cõtestantis.*

2 *Actor uariare nequit lite contestata.*

### REGVLA LXXXVII.

N*ON solet deterior conditio fieri eorum qui litem contestati sunt quam si non essent sed plerunq; melior.*

NOTO † quod per litis contestationem non fit deterior 1
conditio eius qui litem contestatur, sed plerunque melior & idem no. Barto. per illum textum in l. i. C. de iudic. & ad idem

sexi

tex. in l. aliam supra de nouatio. facit tex. in l. si pluribus. §. fin. de lega. i. in l. si Titius de verbo. oblig. in l. si insulam eod. tit. in l. lite supra de vsu. & ratio huius regulae videtur, quia iudicium introductum est in fauorem actoris, vt consequatur quod sibi debetur inst. de obli. in princ. vnde quod in fauorem introductum est, non debet retorqueri in odium l. quod fauore. C. de legib. & hoc est quod dicit tex. ibi in l. sequen. ibi nemo enim prosequendi &c. & regula procedit plerunque prout tex. dicit, quia quandoque conditio actoris est deterior per litis cō-
2 testationem. † nam post litem contestatam, actor variare nō potest si quis stipulatus sit Stichum de verbor. obliga. nam per litis contestationem quasi contrahitur l. iii §. idem scribit supra de pecul. ideo variatio non admittitur l. sicut C. de actio. & obliga. & in isto casu non efficitur deterior condictio actoris per litis contestationem, sed per electionem prius factam ab ipso actore a qua postea lite contestata recedere non potest.

## In l. nulla intelligitur. Argumenta.

1 *Petitio nulla est ubi nulla mora.*
2 *Morosus non dicitur, qui legitima exceptioue se tuetur.*
3 *Morosus non censetur cui dilatio a lege tribuitur.*
4 *Pœna non debetur vbi nulla mora contrahitur.*

## REGVLA LXXXVIII.

NVLLA *intelligitur mora ibi fieri, vbi nulla petitio est.*

EXEMPLVM est in l. si pupillus de verb. oblig. vbi
1 idem dicitur, quod † non est petitio vbi non est mora & not. glos. hic & adde tex. in l. lecta versi. dicebam supra si cer. pe. et
2 ibi Bar. dicit, † quod non dicitur in mora qui potest se legitima
a exceptione tueri [a] & idem Barto. per illum text. l. si pactus supra de pac. & not. Bal. in l. si constat. col. ij. C. de compens. & est reg. quae hoc dicit in reg. non est in mora eodem titu. in
3 vj. † vnde qui habet dilationem a lege, non est in mora, vt not. per glo. in l. si cum exceptione. §. quatenus in versi. tripili. supra quod met. cau. & facit reg. qui sine dolo supra eo. & quod ibi dixi. & not. Roma. in consil. ccxliiij. pro euidentia. col. ij. & ista regula intelligitur, quod nulla mora est quae inducatur. Sed ista quae prius inducta erat bene conseruatur quia dilatio non debet lucrum producere, vt dicit text. not. in lege. in fideicommissi in princip. supra de vsur. vbi gloss. ponit casum

a Tueri nam qui potest exceptione repelli. dicitur obligatus ad non petendum ita glo. & Bal. & Imo. in l. Meuia. §. fundus. ff. solu. to matrimonio.

casum. Et cum secundum regulam nulla sit mora vbi non est pe
titio, infertur [a] quod pœna committi non potest, † quia absq; a
mora pœna non debetur, vt not. Barto. in l. si pœna supra de 4
neg. gest. Et hoc verum est quando pœna ratione moræ cōmit-
ti debet secus si ex conditionis euentu, quia tunc absque mora
committitur l. pacto quo pœnam C. de pact. & in l. nuda C. de
contrahen. & comittend. stipul. [b]. b

a Infertur. Bal. cōsi. cclxxiiij. lib. j. Alex. cōs. cxxxij. lib. vii. Decius consil. dlxvj. Et quod iusta causa a mora excuset. Cur. iun. consi. xxvij. nu. 19. fac. not. supra eo. l. qui cū alio.

b Stipul. quæ nil faciunt quia ibi non ex conditionis euētu, sed ex mora, debuit autē allegare l. in illa l. hoc iure, de verb. obli. quæ citat Bart. in l. si duo. §. fin. de constit. pec.

## REGVLA LXXXIX.

*QVANDIV possit ualere testamentū, tandiu legitimis hæres non admittitur.*

ISTA regula etiam habetur in l. quandiu supra de acqui. hære. l. antequam. C. commu de succes. & in l. ex testamento. C. vnde. liberi. & limitatur non habere locum in duobus casibus.

Primus est propter voluntatem testatoris vt no. Bar. per illum tex. in l. si quis hæres institutus supra de hær. inst.

Secundus casus est in l. hac consultissima. §. si autem C. de testa. vbi Alex. in ii. no. dicit quod ibi causa intestati præualet testamento.

## In l. In omnibus. Argumenta.

1 *Impetratio benignior semper capienda est.*

2 *Aequitas modum interpretandi leges, & statuta ac etiā pacta præbet.*

3 *Aequitas inter mercatores est attendenda.*

4 *Aequitas rigori fere in omnibus est præferenda.*

*Commissum alicui simpliciter secundum æquitatem regulari debet.*

5 *Aequitas quandoque a regulis iuris recedere suadet.*

6 *Solennitas iuris & usitatus modus æquitate suadente omittuntur quandoque.*

7 *Iudex æquitatem præoculis semper habere debet.*

8 *Aequitas naturalis merito attenditur ubi ius deficere inuenitur.*

9 *Aequitatem rigori debere præferri, qualiter intelligendum & nu. seq.*

Lex

12 *Lex posterior quando priorem corrigat.*
13 *Opinio ultima rigorem continens non est primæ præferenda.*

## REGVLA XC.

*IN omnibus quidem maxime tamē in iure æquitas spectanda est.*

1 IN omnibus enim spectanda est æquitas, quia † semper benignior interpretatio fieri debet, vt in regu. semper in dubiis supra eo. Et maxime in iure, quia æquitas præfertur rigori. l. pla-
a cuit. [a] C. de iudi. & in l. si tibi supra si cer. pet. in c. fi. de trãsact.

Et no. Bal. per illum text. in l. ii. in i. not. C. de rescin. ven.

Vnde quid liceat secundum æquitatem inspicitur in c. magnæ. de voto. Et per semitam æquitatis procedendũ est, vt dicit tex. in c. quærenti. de off. leg.

Et res ad æquitatem redigitur. l. i. in fin. C. de interdic.

2 ¶ † Et æquitas est modus interpretandi leges, & pacta, vt dicit Bal. in l. si defunctus. C. de suis & leg. col. fi. in ver. & noto quod æquitas. & ibi in princ. dicit, quod statuta recipiunt interpretationem ęquitatis.

3 ¶ † Et ista ęquitas pręcipue in curia [b] mercatorum attenditur,
b vt not. Barto. in l. Quintus. in fin. in l. fideiussor. §. quędam supra mand. Bald. in l. si pro ea. col. fin. C. mand. Sali. in l. placuit. C. de iud. & Alexan. ibi, & in consil xli. viso puncto colũ. ii. lib. iii. Roma. in consi. cxciii. negari non potest in prin. in consi. xciiii. visis col. i. idem smo. in consi. cxli. visis statutis in consi. cxvi. in causa Nannis col. ii. in ver. itē quia hic sumus & dicit Bal. in l. si pro ea. quod reiiciuntur solennitates quę non tangunt veritatem negotij. & not. Ange. in consi. ccxix. punctus. in prin.

4 ¶ † Et quia ęquitas pręfertur rigori [c] vt dictum est, si dicatur
c ista lex de ęquitate loquitur, illa de rigore, perinde est ac si dica-
d tur, ista corrigit illam, ita dicit gloss. [d] not. in l. cotem ferro. §. fi. de publi.

Et si aliquid committatur alicui simpliciter, videtur committi ęquitas quæ pręualet, vt not. Bald. in l. edem. col. iii. versi. sed nunquid pro vno numero in fi. C. locati.

5 Et adeo attenditur, ęquitas quod sępenumero † propter ęquitatem receditur a regulis iuris communis. l. si me & Titium in fi. supra si cert. pet. l. si quis mancipiis. §. fi. de insti. & quod not. Bal. in l. ii. in fi. C. quod met. cau. Et propter ęquitatem receditur a verbis testatoris. l. qui filium. §. fi. supra ad Trebel.

6 ¶ † Et propter ęquitatem receditur a solennitatibus iuris. l. diuus supra de resti. in integ.

Et propter æquitatem receditur ab eo quod vsitatum est

l. impera-

a Placuit. Vbi vide Ias. qui cõcord. in multis cũ do. Phi. hic. & in l. cũ stipulati sumus. §. sequitur de verb. obli. supra colũ. ii. ī 4. no. Canõ. latissime ī c. fin. de trãsa. Fely. in c. ex parte. in j. col. de of. deleg.

b Curia Alex. cõs. 80. num. 12. lib. v. Dec. l. si tibi pecuniam si cer. pet.

c Rigori. Rigor iuris qualiter intelligatur vide Bar. in ca. si clericus laicũ de foro compe. iii. colũ. in prin. & do. Phi. in c. si duobus, de appella. col. ii. ver. viti. not.

d Gl. Adde gl. in l. ut pretor. §. si debitorē q̄ his q̄ in fraud. cred. Can. in c. fin. de trãs. ubi Abb. fi. col. Fel. in c. ii. de re iudi. in princ. Domi. in cap. disciplina. xlv. di sti. & ibi Alex. in ii. colũ.

l.imperatores.in fin.supra de appel & ideo lex erubescit statuere contra æquitatem.l.si quis in suo.§.legis.C.de inoff.testa.l.si.§.cum autem.C.de fur.

Et regula propter æquitatem limitatur, vt not.per illum tex. in authen.vt sine prohi.ma.in princ.in vers.existimamus.

Et æquitas exceptionis remouet actionem.l.qui æquitate supra de doli except.& in l.iij.C.de bo.auth.iudi.poss.

Et per supradicta dicitur, † quod prætor & iudex [a] semper debet habere æquitatem ante oculos.l.quod si Ephesi supra de eo quod cert.loc.& no.in l.inter filios.vbi glo.C.famil.ercis. 7 a

a Iudex. Quæ sit æquitas quã debet iudex habere pre oculis.vide Arch.in c.i.de cõfes.lib.vj.& æquitas quotuplex sit.vide Barb.in c.quęrenti.de off.deleg.col.pe.& in c.cum causam.de iur.calum.col.viii.& do.Phi.in d.c.ex parte.Hie.Cu.

Et hoc intelligitur de æquitate quæ informata sit a iure, vt no. Abb.in cap.ex parte.el ij.in iij.no.de off.deleg.

Et Moderni sequuntur in d.l.quod si Ephesi. Sed vt dixi d.c.ex parte ille text.parum facit, qui loquitur de æquitate iuris, ibi, iuris æquitate. vnde illa verba æquipollent, ac si dicatur de iure quia ius est bonum et æquum.l.si me & Titium supra si cer.pet.l.i.in prin.supra de iusti.& iur.

Sed tex.in d.l.quod si Ephesi, non loquitur de æquitate iuris, sed de æquitate simpliciter, quo casu † æquitas dicitur naturalis iustitiæ, & consideratur, vbi ius deficit, vt not.Bal.in cap.pastoralis.in fin.de cau.pos.& propr.& probatur in d.c.fin.de transa. vbi dicitur, quod quando ius deficit, proceditur seruata æquitate, & in l.ij.§.idem Varus.in fi.de aqua plu.arcen.ibi, æquitas suggerit, & si scripto iure deficiamus, ergo talis æquitas non potest informari a iure quod non reperitur. 8

Pro dicto tamen Abb.videtur text.in authenti.iusiuran.quod præst.ab his.§.penul.i.vbi iudices iurant seruare æquitatem, & sic de æquitate simpliciter dicitur, ibi, omnem æquitatem seruabo. & tamen intelligitur de æquitate informata a iure. quia iudices tenentur iura obseruare, vt habetur insti.de offic.iudic.in princ.

Sed ad illum tex.respondetur, quod loquitur in arbitrarijs in quibus præcipue æquitas attenditur.& ita illũ tex.declarat Imo. in cap.fin.de transact. Et hoc satis colligitur ex illo text. dum dicitur, quod seruabit æquitatem, secũdum quod iustum sibi visum fuerit.

b Præfertur. Vide Franc.Curt.cõsi.liiii.ii.col.incip.sæpe et frequenter.et Dy.& eius addi.in regu.possessor.isto titu.lib.vi.in ver.iii.opponitur.&c.Ias.in l.si tibi.ff.si cer.pet.Car.in c.fi.de cõsue.et in c.j.de alien.iudi.mut.Hie.Cu.

Et quantum ad regulam hic quæ dicit, † quod æquitas præfertur [b] rigori, primo regula intelligitur quando æquitas sit scripta, secus si scripta nõ sit, quia tunc rigor scriptus præfertur æquitati non scriptæ, vt not.per gloss.vbi Bartol.& Salice.per illum tex.in l.j.supra de legib.& idẽ gl.i l.placuit.vbi Bal.& Sal.infra de iud.per l.prospexit.ff.qui & a quib.& not.per gl.in c.fi.de transact.vbi Abb.& Imo.post alios. 9 b

¶ † Secũdo regula procedit in æquitate scripta in specie. Secus si esset scripta in genere, quia rigor scriptus i specie illi præfertur, vt not. Cyn.Bal.Angel.& Salice.in dicta l.placuit per 10

l.nam

l. nam hoc natura. ff. de condi. indeb. iuxta l. i ff. de vsuca. & no. Imo. & Abb. in d. c. fi. ad hoc facit, quia species derogat generi in reg. in toto supra eo.

11 Tertio & vltimo † regula intelligitur, quando æquitas est scripta post rigorem. secus si rigor scriptus sit post æquitatem, quia tunc rigor attenditur. gloss. not. in capitu. extirpandæ. §. quia vero. in gloss. penulti. in fin. vbi Imo. colum. 5. de præben. Alexand. & Mod. in d. l. placuit, de iudi.

Sed vide Abb. in d. capi. fin. §. quia vero, colum. vii qui videtur reprobare illam gloss. & contrarium expresse tenet Domini. in capitu. disciplina. xlv. distinctio. & refert & sequitur Feli.
12 in cap. secundo de re iudca. Non obst. quod † lex posterior a
corrigat priorem cap. i. de constitu. in sexto, quia verum est quando directo contrariatur, sed rigor & æquitas non sunt directo
13 contraria, quia æquitas temperat rigorem. † & ad hoc facit quia si plures opiniones sunt relatæ, & vltima continent rigorem, non videtur recessum a prima quæ habet æquitatem, vt not. tradit Areti. in consilio clxiij. diligenter & mature colum. sexta per glo. in l. si cum exceptione. §. sed & si quis supra quod met. caus.

a Posterior. Idē in statutis, & cōsuetudinibus, & in rescriptis, & in cōtractibus, & in pactis, & vltimis volūtatibus, & legatis codicillis, et sententijs interlocutorijs. & in constitutionibus procuratorū, & in iuramentis, & in mora & fama, & in opinionibus, & in violētijs, & omnia ista ponit Iaso. in l. si quis ante in iii. col. i ver. sic. no. primo. supra de acquir. poss. H. C.

## In l. Quoties. Argumenta.

1 *Adire non prohibetur quandoque qui non repudiauit.*
2 *Repudiatio quando ad omnia iura & hæreditatem pertinentia extendatur.*
3 *Acceptilatio simplicter facta ad omnes stipulationes precedentes est porrigenda*
4 *Iure vno sublato quando tollatur aliud, & quando non.*
5 *Iuri futuro non facile potest renuntiari.*
6 *Filia renūtians hereditati paternæ, fratri poterit succedere.*
7 *Hæreditas patris adita per filium, desinit esse patris.*

## REGVLA XCI.

QVOTIES *duplici iure deferť alicui successio, repudiato nouo iure quod ante defertur, supererit vetus.*

REGVLA loquitur in successione quæ alicui duplici iure defertur, & regula potest dupliciter intelligi. Primo quando eodem tempore defertur, Secundo, quando successiue competeret

competeret.& vtroque casu videtur regula habere locum.

Circa primum, quãdo eodem tempore defertur, regula exemplificatur, vt per gloss.in l.suum.C.de iure delibe. † vbi vocatur ad eandem successionem de iure ciuili,& prætorio, si bonorum possessionem repudiauit, non prohibetur adire. & ad hoc est regula generalis quam facit Barto. [a] per illum text.in l.si dominus supra de ser. vrbano. præd.vbi inquit, quod quando vni competunt plura iura, si vnum remittit, aliud remanere intelligitur.facit text.in l.si prius.in principio supra de acqua plu. arcen.& not.quęst.tradit Bald.in l.secunda quæst. octaua,C.de rescin.vend. 1

a Bart. & Ias. in l. nec is §. 1. in l. nota, ff. de acq.hære.

Et reg.ista intelligitur quando renuntiatio vnam speciem litis respicit, prout text.hic loquitur, ibi, repudiato nouo iure, quo casu renuntiatio videtur limitata, quę limitatum effectum producit.l.in agris supra de acquiren.rer.do. † Secus est si repudiatio referatur ad ipsam hæreditatem vel successionem, quia tunc renuntiatum videtur omnibus iuribus quæ ad ipsam hęreditatem competerent, ita not.Bart.[b] concludit in l.nec is.§.primo supra de acquiren.hæredita.alleg. l.si duo.§. idem Iulianus scribit & .§.si quis iurauerit supra de iureiurand. & idem tenet Ange.in dicta l.suum dicens, quod si quis renuntiauit hæreditati simpliciter, tunc si ex mille capitibus esset possibile illum succedere, omnibus renuntiatum videtur & ibi sequitur Alexand. post alios quos ibi refert & facit gloss.not.in l.i.§. sed videndum in verbicu.succedat supra de succes.edi.ad idem facit text.in l.pluribus supra de exceptio. † Vbi pręcedentibus pluribus stipulationibus acceptilatio facta simpliciter ad omnes porrigitur, & facit gloss.in l.empto.§.Lucius supra de pact.& quod not.Bal. in l.pactum quod dotali in sexta quæstio. C.de colla.cum similibus vt tradit Alexan.in consi.secundo viso, atque vt oportet, considerato themate colum.secunda.lib.2. 2 b 3

b Bar. Ibi Ias. in prin. iii.col. vbi dicit hanc cõmunem licet sequẽdo Barb. in rubri. C.qui admit. in vi. qõ.teneat cõtra Bar.& communem.

Secundo, † regula limitatur in pluribus iuribus separatis secus si essent iura connexa, vt quia vnum haberet dependentiam ab altero, quia tunc vno sublato etiam alterum sublatum videtur. vt in l.illud supra de acquiren.hęre. vbi repudiata hęreditate ab intestato, etiam ex testamento repudiata intelligitur. & not.per gloss.& Paul.de Cast.in d.l.si dominus. 4

Venio ad secundum, quando successiue plura iura competerent,& tali casu regula loqui videtur, ibi: nouo iure quod ante defertur. Et a fortiori hoc videtur procedere exemplum in eo qui venire poterat ad successionem successiue ex capite vnde liberi, vnde agnati, vnde cognati, si renuntiauit primo capiti liberorum, non videtur exclusus ab alijs capitibus quę successiue competunt l.prima.§.sed videndum supra de succes.edi.l. secunda in principio supra vnde leg. & hoc intelligitur quando limitate facta sit repudiatio respectu vnius capitis, secus si absolute, quia expressa repudiatio facta respectu hæredita-

reditatis, ab omni capite repudiante excludit, vt voluit gl. no. in l. i. §. sed videndum & supradictum est.

¶ Sed aduertendũ est, quia ista declaratio videtur bene procedere quando plura iura eodem tempore competerent, prout supra dictum est in primo casu regulæ: secus videtur in iuribus quæ successiue competerent: quia renuntiatio etiam expressa relata videtur ad illud caput ex quo erat succesio delata, & non

5 ad alia capita quę nondum competebant, † quia iuri de futuro renuntiari non potest l. is potest & lege. quandiu la ij. de acqui.

a here. l. fina. ita scriptum. §. si sub conditione de leg. ij. & dixi[a] in lege. j. C. qui admit.

6 ¶ Et vlterius † ista regula exemplificari potest in filia [b] quę

b renuntiauit hæreditati patris, nam non excluditur quominus possit succedere in hęreditate fraterna quæ ex persona fratris sibi deferatur cum illa ex nouo iure superuenienti sibi deferatur, vt decidit Angel. in consil. ii. dominus Gidius colum. fina. versiu. nec obstat, quod suffocauit cum simil. vt tradit Alex. in lege. prima. §. veteres colum. antepenul. supra de acquiren. possessi. & idem Roma. in consilio 165. circa primum quo quæritur, in princ. idem Roman. in consil. 40. visis & Benedict. Capra in consilio 63. cum viso & considerato in secundo dubio: & not. Bal. in l. i. col. fi. de rerum diuisio. vbi inquit, quod filia quæ renunciauit hæreditati patris, non prohibetur succedere in feudo quod sibi ex persona fratris defertur, & idem in statuto not. Bar. in l. fi. in prin. in fin. i. q. supra ad Tertul. dicens, quod filia quæ excluditur a statuto ab hæreditate patris non prohibetur succedere fratri qui hæreditatem paternam adiuit. & facit quod not. Bartol. in consil. 58. ex themate prædicto in fin. cum similib. vt tradit Alexand. & Modern. in l. i. §. veteres & nouissime late Socin. in consi. 74. super controuersia. in vlti. libr. & Corne. in consi. 105. in hac consultatione. colum. iii. lib. iiii.

7 ¶ Et licet doctores in locis præalleg. loquantur † quando hæreditas patris adita sit per filium, quo casu desinit esse hæreditas patris l. sed si plures. §. si filio de vulg. & pupil. not. in dicta l. prima. §. veteres idem tamen videtur, licet hæreditas adita non fuerit: quia satis est, quod filia veniat ex persona fratris. vt not. concludit Benedictus Capra in consi. 12. & si viso & considerato circa finem & tradit Are. in consil. 162. in pręsenti consultatione videndum est, in princip. & ad supradicta etiam facit quod not. Bald. in leg. licet. C. de iure delib. cum similib. vt Alexand. ibi scribit. Et ad regulam etiam facit: quia quando plura obstant non sufficit quod vnum remoueatur, quia aliud remanet vt not. Bal. in l. i. col. penul. in versi. vnum etiam scias, C. de furt.

a Dixi. Et in consi. 31. colum. i. incipiẽ. & pro tenui facilitate & in consil. 86. col. 4. versi. venio igitur ad secundum. incip. viso pancto. & diligenter, &c.

b In filia. Adde eundem, d. Phi. in reg. hæreditas supra eo. in finalibus uerbis.

## In l. Si librarius. Argumenta.

1 *Scriptoris error patribus nocere non debet.*
2 *Grammatica falsa non uitiat instrumentum.*
3 *Instrumentum in dubio interpretatur. vt in eo mala grãmatica non contineatur.*
4 *Notarij dicta p̃sumũtur esse de volũtate et cõsensu partiũ.*
5 *Notarius quãdo et in quibus errorẽ suum corrigere possit.*
6 *Notario errorẽ suum corrigere volenti quo casu credatur.*
7 *Notarius diem vel mensem pro alio corrigiere non potest, ni error per testes sit probatus.*
8 *Notarius errorem ad partes pertinentem ex interuallo corrigere non potest.*
*Error notarij qualiter possit probari.*
9 *Error notarij quot testibus possit probari*
10 *Testes tot probant solennitatẽ instrumẽti quot qualitatẽ.*
11 *Notarius malitiose errãs nõ põt corrigere sed puniri dẽt.*
*Falsitas quando sit in notario præsumenda*
12 *Notarius præsumitur potius errare quàm malignari.*

## REGVLA XCII.

*SI librarius in transcribẽdis stipulationis verbis errasset: nibil nocere quominus & reus et fideiussor tenerentur.*

a Error. Bald. consil. 130. libr. ii. Cald. consi. j. de fid. instru.

b Restitutionis. Adde Iaso. in authẽ. nouiss. C. de inoffi. testa. !col. versicu. quid autem si grossus.

¶ NOTO quod † error [a] scriptoris non nocet partibus. ad idem text. in l. Imperator la j. supra de statu homi, in l. errore, C. de testamẽ. facit tex. in l. ambiguitates. eo. ti. Et per istum tex. no. Bal. in cõs. cxxv. dubitatur. in fi. lib. ii. Fulg. in cõs. cxxxiiii. circa primum. col. i. 1 a

¶ Et ideo si notarius dicat quod pater reliquit filiæ iure restitutionis [b] cum debuerit dicere, iure institutionis, non nocet iste error quominus videatur filia instituta vt no. Bal. in l. si cum ante C. de dona. ante nupt. in versi. & pro hoc consului. b

¶ Et eodem modo si imperitus notarius dicat, pro sua falcidia cum debuerit dicere. pro legitima. Et si dicat, quod mulier renunciauit. beneficio Valeriani. cum debuerit dicere, Velleiani, non nocet iste eorror, quia patet, vt concludit Bald. in l. Imperator. la. i. colum. ii. versi. item quidam notarius rusticus, supra de statu hominum, Et similiter si notarius dicat,

substi-

substituo, te procuratorem, intelligitur, constituo, vt not. Bald. in l. per ul. C. de procura.

2 Et generaliter † si est error in falsa grammatica, non per hoc vitiatur instrumentum notarij. vt not. Bartol. in l. Plautius in fi. supra de aur. & arg. lega. Et speciale est in rescriptis Papæ c. ad audientiam. el j. de rescript. Secus est in aliis instrumentis notariorum, vt Abb. ibi post alios dicit, & not. Barto. hic. Angel. in d. l. imperator.

3 Et hoc intelligitur quando constat de mala grammatica. † in dubio autem debet interpretatio fieri vt non sit falsa grammatica. dicta l. Plautius. not. Bartol. in l. cum in testamento in fin. de aur. & arg. lega. & Cuma. in consi. vij. visis compromisso colū. vj. in verb. ad secundum.

Et eodem modo quod hic dicitur de errore, intelligitur quando constat. Et in dubio non præsumitur. vt not. Angel. dicta l. errore in princip. C. de testament. & Bald. in dicta l. imperator. in

a princip. Et ad hoc facit quia pro notario præsumitur [a] cap. ad audientiam de præscriptio. & not. Bald. in dicta l. errore. colum. prima & ibi dicit quod quicquid sit scriptum in instrumento, præsumitur scriptum de voluntate, & commissione eius qui rogauit, & not. Bartol. in l. si quis filiabus supra de testa. tut. Rom. consi. clxxx. amplissime doct. in j. col. ver. nec refragatur.

4 ¶ † Et quicquid dicit notarius quod factum respiciat, videtur dixisse de assertione & voluntate partium, vt not. Bald. in l. prima circa fin. de priuileg. doct. & in l. ab executione. circa fi. ver. pone statuto. C. quo app. & in l. mater. colum. ij. versicu. præterea verba. C. de rei vendi. & merito error debet liquido probari, & non sufficit iuramentum in defectum probationis, vt not. Bald. concludit in l. Imperator. colum. ij. vers. sed an poterit. Et ad hoc facit, quia cū sit præsumptio pro notario de eo quod scriptum reperitur, vt dictum est, probationes clariores requiruntur. & tali casu non recurritur ad iuramentum in defectum probationis, vt not. Angel. in l. fina. in princip. supra quod met. causa. & facit text. in capitu. quia verisimile. de præsumpt. & quod ibi. Abb.

Et quia Bar. hic prosequitur materiam huius. l. videndum est principaliter de duobus.

b Prima quando notarius possit errorem suum corrigere. [b]

Secundo, qualiter error notarij probari possit.

Circa primum habemus considerare duos casus. Primus est in pertinentibus ad notarium. Secundus in spectantibus ad partes. In primo casu ex dictis Bar. plures conclusiones colliguntur.

5 ¶ † Prima est, quod in his quæ spectant ad notarium in quibus error non vitiat, notarius potest errorem suum corrigere, puta secundum Bartol. in falsa latinitate. Et idem in exemplus supra

a Præsumitur. Deci. consi. xv. Late Andreas Alci. tract. præsumpt. regu. iii. par. 19.

b Corrigere. Vide per Fely. in cap. ex literis ibi de fid. instr. Ant. But. consi. xj. & quod potest declarare verbum obscurum Alex. cons. 146. nu. 16. lib. 5. Cald. cons. 70.

pra dictis in quibus dictum fuit errorem non vitiare & idē Bal. in l. cum proponetur in versic. vltimo quæro. de leg. ii. quia talis emendatio neminem lędit. l. actorem verba supra de re iudic. & idem Angel. in dicta l. Imperator in princip. quia pars non habet causam contradicendi quare non corrigat argu l. dotem. supra so luto matri. & ibi Bald. in prin.

Et ideo si oratio truncata sit suppleri potest per verbum subauditum, vt not. Angel. in dicta l. errore. in princip. & Bald. ibi plenius. Et plura similia ad hoc tradit Bal. in l. verbum vo lo. C. de fideicom.

Et ista prima conclusio ampliatur secundum Bartol. hic etiā si erratum sit in eo quod vitiaret instrumentum, puta si sit defectus inditionis [a] qui non vitiat instrumentum, non poterit tamē notarius errorem suum corrigere, secundum Bartol. hic. ne scribentis errorem noceat partibus, & idem tenet Bald. C. de iust. cod. confir. colum. fina. versicu. sed an tabellio. Et idem Bartol. in l. nominatim. in fin. de conditio. & demonstra. Bald. in dicta l. cum proponeretur colum. secunda Angel. in dicta l. Imperator colum. secunda versi. iuxta prędicta quęro & ibi concludit maiorem esse defectum inditionis quę nullo modo apposita sit quā si erronea inditio apponatur post Dy. in consilio trentesimoquinto quem ibi refert & Bart. hic & Roma. ibi consi. ccxxxv. quo ad primum in fin.

a Inditionis. Idem Ioann. de Ana. in cap. cū graui de crimi. fal. ij colū. post medium & hoc nisi malitiose, quia tūc puniretur tāquam falsarius. Hie. Cu.

Secundo Barto. concludit † quod si sit erratum, & non constat in quo erratum sit, vt quia omisit diem, & non constat de quo die, isto casu notario dicenti se recordari de die, credendum erit sicut officiali creditur maxime cum hoc de die sit. quid minimum quia si testes de die non recordatur, tamen probat. l. testiū cum gloss. C. de testib. & ita Bar. hic dicit. 6

In quo aduertendum est, quia ista conclusio videtur procedere quando non est vis in tempore quia dies non est de substantia instrumenti.

Secus videtur si sit de substantia instrumēti, vt in actione hypothecatia. quia tunc corrigere non potest nisi probato errore, vt Angel. dicit in dicta l. imperator. & cum autoritate iudicis vt not. Bald. in dicta l. imperator colum. tertia & idem Bald. in tit. de pace Constantię. in verbo, pacta. versicu. sed quid si opponatur solennitas.

Et ista conclusio, secundum Bar. procedit, quando erratum fuit omittendo diem, quia tunc non dicitur functus officio suo, edendo instrumentum absque die.

† Sed si erratum sit apponendo vnum diem vel mensem pro alio, quia tunc notarius non poterit se corrigere nisi constet de errore per testes vel alio modo, quia tunc videtur factus officio suo ita Bartol. dicit alleg. text. in lege quicquid astringendę. 7

gendæ, secundum vnum intellectum, de verborum obligation. Et ista limitatio Bartoli videtur de plano procedere, quando dies esset de substantia, vt supradictũ est in hypothecaria. Si vero non esset de substantia, tunc vr̃ quod error corrigi possit, quia si Bar. hoc permittit, quando dies omissa sit, vt supra retuli, a fortiori idem dicendum videtur, quando dies non fuit
a omissa, sed vna pro alia apposita sit, quia maior [a] est defectus omissionis quam erroris, vt dicit Bart. hic post Cyn. quem refert, & idem not. Bald. in d. l. Imperator. col. 3. & supra dictum fuit de inditione omissa.

Et hoc de plano videtur procedere si patri non sit datum instrumentum, vt not. Bal. in rub. C. de fid. instr. col. ix. & Barto. in d. l. Imperator col j.

b Secus [b] si fuit data copia parti, quia tunc videtur indistincte quod corrigere non possit, nisi probato errore, & de consensu iudicis, secundum Bartolum in d. l. Imperator. & in l. fina. versicu. sed quid si notarius. supra de tabu. exhib. Bar. in l. ambiguitates. in fin. C. de testa. & in d. rub. de fid. instrum. col. 6. & in l. fin. col. pen. in versic. quarto quæritur. C. de eden. & in titu. de pace Constantiæ. in verb. pacta. in fi. & idem Ang. in cons. 292. visis, colum. prima. Cuman. in consi. 23. viso, & Socin. in consi. 94. præstantissimi, colum. 4. & consi. xcviij. alias consului, in nouis.

8 Secundus casus principalis est, si erratum sit † pertinentibus ad partes, & tunc, secundum Bartolum error corrigi non potest ex interuallo, sed incontinenti sic. & idem Angel. in d. l. Imperator. in princ. & not. Bal. in rub. de fid. instru. colum. 6. & in l. cum proponeretur. col. j. versic. vltimo quæro. de leg. 2. & idem Bart. in d. l. Imperator.

De secundo principali de probatione erroris primo dicit Barto. quod error probatur de facili per originale quod reperitur, quia illud inspici debet. §. pen. in auth. de tabe. & idẽ Barto. in l. Sempronius proculo. de leg. 2. in l. si quis ex argentariis. §. prætor ait. supra de eden. cum similibus. vt ibi tradit Alexand. & in consi. cv. reuerende domine. in secundo libro. & Pet. de Anchar. in consi. cccc xxxij. præmissa. Angel. in consil. cclvij. pater stipulatus,

Secundo de facili probatur si partes confitentur errorem, vel etiam si testator hoc dicat in his, quæ ab eius voluntate pendent, vt not. Bartol. hic, circa fin. & in l. cum proponeretur. de leg. secundo.

c Tertio, probari potest testibus. [c] Sed tot testes requiruntur quot necessarii sunt in dispositione principali, de qua agitur. vnde in testamento error debet probari septem testibus, quando agitur de substantia ipsius testamenti, hoc est de voluntate testatoris. Secus est in qualitate requisita in testa-



a Maior. Immo maior est defectus in male faciendo, quam in omittendo, ideo non pōt ex interuallo, id est, postquam est redditum parti, corrigi, nisi solenniter, id est iudicis autoritate, parte vocata, & probato errore, & placet opin. Bar.

b Secus. Et bene, licet Ias. cōs. 23. lib. Alexā. consi 89. nu. 136 lib. 3. cons. 190. nu. 5. lib. 6.

c Testibus. quod per duos Alex. consi. 23. nu. 19. lib. 6.

a Dubio. Deci.c.I.col.iii.de proba.Alexan.in consi.liii.nu.16.lib.vii. Limita Cur.senior consi.lv. Sed quod potius dolus præsumatur. Alcia.l.i.§.si stipulanti.nu.42.§.sed si mihi.ad fi. de verb.oblig.

b Præsumitur. Adde eundem do.Philip.in consi.cxxv.incip.in causa falsitatis. Io.de Ana.in c.cum diligenti,de accusa.ii.col.quasi in fi. & Alex.in c.ego solis.9.distin. Aret.in consi.47.incip. visis & diligenter ponderatis, in prima colum. vers. pro his facit optime, &c. Fel.in c.ex literis.ii.col. versi.tertia conclusio, hoc tamen est limitandum secundum eum ibi, versi. sed limita nisi notarius omisisset solennitatem iuris in testamento, quæ interuenire debebat: quia tunc non præsumitur error, sed falsitas, de quo ultra eum, & quos allegat vide Barba.in c.quoniam, vt lite non contesta. col.15. in medio, & in cons.58.incip. clementissimi. in i.vol. pen.col.Bald.in sua marga. in versicu.error. vers.12. & 13. Hie.Cuc.

mento, vt not.Barto.post glo.in d.l.cum proponeretur.cum sim.
vt tradit Alexan.in l.errore.circa fi.C.de testa.Soc.in consi.li.
viso testamento.in fi. Et quod dictum est de probando † qua 10
litatem, idem est si agatur de probando solennitatem: quia duo
testes probarent, secundum Ang.in l.ambiguitates.C.de testam.
in quibusdam lecturis. Alex.in d.l.errore.in fi.de quo dixi in l.
fin.C.de secu.tab. Et de probatione erroris, no. Alex.in consi.
cxl.super testamento,col.i.lib.i. Et in d.consi.cv. reuerende do-
mine.lib.ii.& cons.lxxxviii.in causa do.Bar.lib.iiii. Socin.in
consi.xciiii.præstantissimi.col.iii.& Lauren.Calcaneus in cons.
xlviii.viso dicto casu, col.pen.

Vltimo regula ista procedit † prout loquitur quando errore 11
fuit aliquid omissum. Secus si dolo & malitiose notarius ali-
quid omiserit: quia tunc puniri debet.& an tunc corrigere pos-
sit.not.Bal.in l.ii.C.de fide instrum.col.vi.vers.vnum scias.&
tradit Lanfran.in repetitio.cap.quoniam contra. colum.sexta,
de probatio.

Et quando falsitas in notario præsumatur, not.in l.iubemus.
C.de testamen.vbi Alexan.And.Sic. in consi.xxix. colum.8.
lib.i. † In dubio [a] tamen in notario semper potius præsumi- 12
tur [b] error quam falsitas.vt not.Bart. per illum text. in l. quo- a
ties §.i.supra de hæred.instituen.cum simi. vt tradit Alexand. b
in consi.xl.habita super contentis.col.fin. lib. primo. & consil.
xxvii.in causa & lite, in prin.libro secundo, Pet.de Anchar.in
consi.cclxxxvii.tria principaliter.col.i. Cuma.in consi.cxxv.
ad primum.& dixi in consi.clxxv. & regula etiam ista limita-
tur, vt per Alexand.in l.errore. col.i. & in l. ambiguitates. in
fi.C.de testamen. & materia late habetur in tractatu clausula-
rum, in char.41.

## In l. Filiusfamiliàs. Argumenta.

1 *Filiusfamilias rem peculiarem possidere non dicitur, ed ipsius pater.*

2 *Seruus ab alio possessus domino non quærit.*

3 *Detentatio an possit acquiri filio.*

## REGVLA LXXII.

FILIVSFAMILIAS *neque retinere, neque recuperare. neque adipisci posessionẽ rei peculiaris uidetur.*

1 NOTO quod † isto iure filiusfamilias nõ habebat possessionem. rei peculiaris, quia statim posesio patri etiam ignoranti acquirebatur. l. quicquid supra de acqui. pos. l. j. §. item acquirimus. eo. titu. facit tex. §. j. instit. per quas perso. nobis acquiritur. & in l. placet. de acqui. hære.

Et ampliatur ista regula, etiam si filiusfamilias ab alio possidebatur, vt dicit tex. in d. l. quicquid. quia secundum gloss. ibi. illa acquisitio fit vigore patriæ potestatis quæ durat licet ab

2 alio posfideatur. Secus est in seruo † qui domino non acquirit. si ab alio posfideatur, l. j. §. sed & per eum supra de acqu. poss. quia in seruis acquiritur domino ratione posessionis, vt dicit glo. in dicta l. quicquid. facit tex. in l. i. in fina. supra de acquir. possef. de quo videndum est per Docto. in d. l. i. §. item acquirimus. & per Alexan. in l. i. §. veteres. col. iii. de acquir. posses.

Et regula limitatur vt per glo. hic, quia hodie non procedit.

Item regula videtur procedere in posesione quæ habet ali-

3 quid iuris. † Secus videtur in detentatione quæ filio acquiri videtur, arg. l. stipulatio ista. §. hi qui. de verb. obliga. Et pari ratione implementum conditionis quæ in facto consistit ipse filio acquiritur. l. qui hæred. in prin. de condi. & demon. facit text. in §. sed cum factum. instit. de stipu. seruorum.

## REGVLA XCIIII.

NON *solent quæ abundãt, vitiare scripturas.*

De ista regula dictum fuit supra in reg. quæ dubitationis.

## In l. Nemo dubitat. Argumenta.

1 *Soluendo esse præsumitur, qui fideiussorem habet.*

2 *Soluendo esse dicitur, qui totum debitum soluere potest.*

*Soluendo est, qui nomina debitorum habet.*

3 *Soluendo non esse, quando quis præsumatur & nu. 4.*

## REGVLA XCV.

NEMO *dubitat, soluendo uideri eum, qui defenditur.*

ET per istum tex. glo. in l. soluendo supra de verb. sig. dicit, quod soluendo quis videtur per se, vel per alium. & no. Bar. in l. j. supra de custod. reorum † dicens, quod soluendo esse dicitur qui habet fideius. ad idem tex. in l. si plures. §. præterea el ii. supra de fideiuss. Et per istum tex. hic Barto in l. item liberatur. §. qui paratus supra quib. mod. pignus vel hypo sol. ibi decidit quæst. quam hic indecisam reliquit, et respondet ad tex. in l. scripto §. debitores ver. plane supra de mune. & hono. cum simil. vt tradit Alex. in l. iiij §. si ex conuentione colum. j. de re iudi. & Ang. Are. in tracta. Malefi. in ver. quasi non soluerit. & idem Alex. in l. j. supra qui satis. cog. & Moder. ibi. Et And. Sicul. in consi. xv. col. ii. lib. ii. † Et soluendo quis intelligitur, quando in totum soluere potest. d. l. soluendo. de verb. sig. & insti. de oblig. quæ ex delicto. in. §. fulloni vero. in fi. 1 2

Et soluendo esse videtur, qui habet nomina debitorum, quia non dicitur suspectus, vt not. Bal. per illum text. in l. facere supra solut. matri.

Et hoc intelligitur quando debitores sunt boni & de facili exigibiles, alias secus, vt concludit Alex. in d. l. facere post alios quos ibi refert.

Et idem Alex. in consi. 37. viso & opportune discusso. colum. iiij. versi. iii. per hoc adduco. lib. ii. † Et quando quis dicatur nõ posse soluere, vt quia imponitur pœna corporalis, si pecuniariã impositam soluere non poterit. no. Bal. in d. l quicunque col. pẽ. versic. sed pone statutum. C. de ser. fugi. Ang. in l. i. supra de iniusto rupto. cum si. vt prosequitur Ang. Aret. in d. tract. malefic. in ver. preallegato, vbi late refert Imo. in l. suus quoque. versi. sed si filio. col. pe. supra de hære. insti. 3

Et ad prædicta vide Bar. in l. tres tutores. in fi. supra de admini. tut. vbi dicit, † quod non præsumitur soluendo ille cuius bona venduntur, & qualiter probetur quod quis non sit soluendo not. Bald. in authen. hodie. versi. secundo quæro. C. de actio. & obliga. 4

## In l. In ambiguis orationibus. Argumẽta.

1 *Interpretatio ad eum spectat, qui condere potest.*
2 *Iudices in partium praiudicium leges interpretari possunt.*

Papa

3 *Papa priuilegium a se concessum solus interpretatur.*
4 *Papa gratias a se indultas declarare solet.*
5 *Rescripta sua interpretatur solus Papa.*

## REGVLA XCVI.

1 *IN ambiguis orationibus maxime sententia spectanda eius est qui eas protulisset.*

ET hæc regula exemplificari potest in principe ad quem recurritur pro interpretatione [a] legis, †quia eius est interpretari, cuius est condere, l. fin. C. de legibus capitu. inter alia. de sen. excom.

a Interpretatione. Interpretatio quę sit vide Bal. in rubr. C. de verb. sign. in prin. & Lanfr. in tracta. interpre. statuto. in i. col. in vers. 4. præmitto, &c. & Bald. in sua marg. in ver. interpretatio. Pau. consi. 360. in prin. præmissis allegationibus. in i. vol. & Bar. I l. ab executore. ff. de ap. Hie. Cuhc.

Et ideo pro interpretatione statuti ad populum qui fecit statutum recurritur, vt not. Bart. in l. omnes populi supra de iustit. & iur. in pe. char. in versicu. tertio quæro. Et dicit Bar. ibi hoc procedere in subsidium, quando alia interpretatio quę congrua sit, haberi non potest, alias secus; nam quando est dubium arduũ & inexplicabile, ad principẽ recurritur: vt not. Abb. in c. j. in i. not. de iura. cal. & in cap. cum venissent. de iudi.

2 Et ideo † iudices habent potestatem interpretandi leges in prę iudicium partium; vt not. Innocen. in capitu. cum speciali. de appel. & Abb ibi sequitur. & in d. c. cum venissent. & in d. c. de iura. cal. & in c. capellanus. col. i. de fer. cum simi. vt tradit Fely. in d. c. inter alia. Et hoc intelligitur nisi essent verba clara, quia tunc non potest iudex aliter interpretari quam verba dicant, vt no. Bartol. in leg. ab executore. in prin. co. pe. supra de app. Bal. in l. ea quę. C. comin. vel epist. Aretin. in consil. lvi. post absolutum. & in l. quinta. §. stipulatio, de verbo. obliga. Alex. in consi. ccxv. nec arguendi. in fi. lib. ii.

Similiter ista regula exemplificari potest in priuilegijs, vt
3 est tex. in c. cum venissent. de iudi. † vbi pro interpretatione priuilegii, ad Papam [b] recurritur. Et hoc intelligitur de interpretatione concernente validitatem priuilegii, vt not. Bald. in leg. hi qui. in princip. C. de appellat. & Paul. de Castro. ibi in fine. facit quod no. Oldr. in consil. ccxxx. Vrbanus episcopus. circa fin. Et ideo statuta inualida confirmata a summo Pontifice quia tolli ab Imperatoribus non possunt, a summo Pontifice interpretari debent: vt not. Bald. & Angel. in leg. ex facto, de vulg. & pupill. Et quando ad Papam recurritur, eius interpretationi & declarationi standum est, dato quod a principio eius intentio talis non fuisset. vt not. Angel. in consil. 273. non est dubium. colum. secunda. & idem Paul. de Castro. in leg. hæredes pa
4 lam. §. si quid post. col. ii. supra de testa † vbi inquit quod Papa

b Papa. Interpretatio a Papa, de qb. fiat. & an admittat probatio in contrarium, vide Cardi. in cle. i. de cõces. præb. & Bald. in l. ii. C. de senten. ex peri. re. & do. Phil. in c. ii. de offi. dele.

sæpenumero facit multas declarationes circa gratias ab eo factas. Et præiudicat illis quibus erat ius quæsitum per illum tex. quasi illud quod declaratur fuisset a principio dictum quo casu non fuisset alteri ius quæsitum. & dicit hoc procedere in propria declaratione quæ consistit circa aliquod verbum dubium secus si non esset verbum dubium: quia tunc esset noua dispositio quæ non tolleret ius alteri quæsitum.[a] Et ad vltimum dictum Paul. de Castro. est notab. decisio Petr. de Ancha. in cons. cccxcix. præmitto columna fina. & idem tradit Paul. de Castr. in consil. cxvi. viso col. fina. & dixi in dicto. c. cum venissent. vbi videndum est. a

¶ Eodem modo † in rescriptis recurritur ad Papam quia secundum eius intentionem interpretari debent: vt not. Innoc. in d. c. cum ecclesiasticæ de excep. cum si. vt dixi ibi. Et idem in iudice qui potest eius sententiam[b] interpretari l. ab executore in prin. supra de appel. & ibi Bar. cum simil. b. vt no. Are. in leg. secunda col. fi. de lib. & posthu. & in l. actorem de re iud. Et ad regulam hic facit tex. in l. in prætorii de præto. stipul. 3 b

a Quæsitum, Dec. l. i. colū. i. C. de imp. & alijs sub. c. fina. col. v. de const. ca. pastoralis in fi. de except.

b Sententiam quam non potest nisi semel interpretari, etiam Bal. per glo. ibi in l. ii. C. de sen ten. excep. reci. Im. in l. ab execut. in princ. supra de app. Ias. in l. quid iussit in xi. col. supra de re iud. H. C.

## In l. Ea sola. Argumenta.

1 *Deportatio ea sola tollit quæ in fiscum deferri solent.*
2 *Deportati bona in fiscum deferuntur.*

### REGVLA XCVII.

*EA sola deportationis sententia aufert, quæ ad fiscum perueniunt.*

¶ NOTO secundum intellectum glos. qui planior videtur † quod sententia deportationis solum aufert ea quæ in fiscum transferuntur, † bona enim deportati transferuntur in fiscum. l. deportatorum. C. de pœn. & not. per glo. in. §. relegati, inst. quib. mod. ius pat. pot. sol. vnde dicitur hic, quod per sententiā deportationis solum auferuntur ea quæ in fiscum transferuntur: quia si fiscus recusaret bona quia forte reputaret quod non essent soluenda iuxta l. i. §. an bona supra de iure fis. illa repudiata non transirent in fiscum. Vel secundo regula declarari potest, quod ea sola sententia deportationis aufert quæ in fiscum transferuntur videlicet illa quæ transeunt in heredes extraneos quia alia non transferuntur in fiscum vt in l. i. ubi Bar. C. de oper. lib. & Bar. in l. iura supra de iure patro. cum simi. vt tradit Alex. in cōs. xxiij. opportune consideratis col. ii. lib. i. & in consi. lxxxix. verum in prin. lib. iii. 1 2

## In l. Quoties Argumenta.

1 *Prior tempore præferri solet in pari causa lucri.*
2 *Beneficium prior impetrans præfertur posteriori.*
3 *Concessio secunda feudi non derogat priori.*

### REGVLA XCVIII.

*QVOTIES utriusque causa lucri ratio uertitur: is præferendus est, cuius in lucro causa tempore pręcedit.*

1 ¶ NOTA † quod in pari causa lucri pręfertur ille qui est prior in tempore:
¶ Sed ad declarationem regulę considerandum est quod si rei donatæ facta fuisset traditio illi qui fuisset posterior in titulo ille esset potior quia prius dominium habuisset l. quoties. C. de rei ven. cum si. vt dixi in reg. contractus supra eo.
¶ Et tali casu regula non haberet locum vt no. per gl. in regula qui prior de reg. iur. in vj. vnde regula intelligitur cæteris paribus & facit text. in d. reg. qui prior & in l. operis supra loc.
¶ Et regula etiam exemplificari potest in beneficiis ecclesia
2 sticis quia † potior est qui prius [a] impetrauit cap. eum cui. de a præben in vi. not. in c. capitulum sanctæ Crucis de rescri.
¶ Et ad istam reg. quam plures quęstiones similes prosequitur Rom. in cons. xlvi. visis necessariis vbi principaliter loquitur de illo comite qui obligauit se duobus principibus. Et in terminis regulę in pari causa lucri plura iura & simil. Rom. inducit in consi. ccxcviii. circa pręmissa. & idem tradit Paul. de Ca. in consi. clvi. viso & examinato puncto colum. ili. vbi conclu-
3 dit † quod secunda concessio facta de quibusdam bonis feudalibus non derogat priori & in simili casu tradit Alexand. in consi. iii. ex his quæ in themate libr. quinto & in consi. xxi. viso processu eo. lib. v.

a Prius. Vide Dy. in reg. qui prior in princ. vbi eius additio satis remissiue in vers. potior. & ad id quod dicit de prioritate vnius hore vide Soc. & Ias. in l. i. ff. sol. matri.

## In l. non potest videri. Argumenta.

1 *Morosus dicatur qui negat centũ a se petita in re implicata*
2 *Negans se debere viginti an censeatur negare decem.*
3 *Debitor a quo plus debito petitur, iusto super toto litigare potest.*
4 *Summa minor in maiore continetur.*

## REGVLA XCVIII.

*NOn potest uideri improbus qui ignorat quantum soluere debeat.*

IBI, qui ignorat quantum soluere debeat, videndum est, quod supra dixi in l. qui sine dolo, & in l. nulla intelligitur, supra eodem. Et Barto. hic infert ad questionem, quam dicit hic Pisis de facto habuisse.

Et concludit per illum text. † quod non dicitur [a] esse in mora ille, qui negat centum petita ab eo. s. si agatur de re implicita, quia ignorat quantum debeat vt hic, & in l. fideicommissi. in prin. supra de vsu. in l. si quis solutioni. ff. eo. tit. 1 a

Secus si sciret se debitorem praecise in certa parte: quia tunc non soluendo esset in mora. & sic vult Bart. † quod debitor de decem a quo viginti petita sunt, non possit negare illam maiorē summam: quia videtur etiam negare illam minorem summam de decem. & ideo esset periurus, vt idem Bal. dicit in l. si pupillus. §. fi. supra de ver. sig. & per hoc dicit Bart. in l. j. §. si stipulanti. circa fi. supra de verb. oblig. quod confunditur practica [b] aduocatorum, qui volunt quod totum negari possit, si plus debito petatur. Et in hoc ibi late insistunt Alex. & Mod. & resident cū opi. Bar. ibi tanquam communi. 2 b

Pro qua allegatur text in l. qui seruum. §. fin. supra de interro. act. vbi interrogatus de toto fundo, an eum possideat, tenetur etiam de parte respondere.

Sed ille textus parum facit: quia intelligitur, quando etiam de parte interrogatus sit, secundum gloss. ibi. & ad hoc facit quia qui vult sibi respondere super toto & super parte, debet interrogari super too & super parte. l. non alienum, supra de interrog. act.

Et ideo verior videtur opinio, quam idem Bar tradit in l. qui solidum. in prin. supra allega. ij. vbi videtur tenere contrarium, dum concludit, † quod si quis petat plus debito, habeo iustā causam litigandi super toto: nisi actor dicat separatum partem recipere, per illum tex. qui bene probat. 3

Et pari ratione videtur quod positio facta de maiori summa in totum, [c] negari possit. vt per gloss. in l. secunda. in glo. magna de confes. in sexto. sequitur Bald. in l. secunda. §. quod obseruari. colum penul. versicu. sed qu id si positio, de iuramen. calum. cum similib. vt Alex. refert in d. §. si stipulanti, & idem Ale. in cōsi. 183. viso puncto. col. fi. lib. v. Non ob. quod ille qui negat totum, vr ēt negare partē, quia resoluendo hoc in quo tota vis consistit, cōsiderandū est, quia verum est, ꝙ in toto pars continetur, c

&

a Dicitur. Vide Ias. in l. j. §. si stipulanti. in fi. versi. iij. successiue hic alle. de verb. obli.

b Practica. Immo in Franciae regno practicat̃ opi. Bart. Immo fortius, quia debilior a quo plus petitur, si nihil obtulerit, in oēs impensas cōdemnatur ex veteri stylo, quem nunc non ita ad vnguem seruant, sed iudices arbitrantur.

c In totum. Cōtrariam sniam tenet Cy. Rain. Bart. Ioā. Imo. Alex. qui dicūt eā cōem. et Are. ibi pen. col. dicit eā cōiorē. et oēs Mod. in. §. si stipulanti. hic all. eā et tenet Ioā. And. Phi. Frāc. in c. praesentiū. in v. col. de test. lib. vj. Fel. in c. nam concupiscētiā, de cōst. fi. co.

& in maiori summa minor [a] inest.l.si quis cum totum.de exce. rei iudic.l.si is cui ducenta.§.vtrum.de reb.dub.& in l.j.§.stipulanti,de verbor.oblig.in l.qui concubinam.§.qui ita. de leg.ij.

4 † Sed illa pars in toto continetur ad integrandum illud totum,& minor summa in minori continetur ad integrandum maiorem summam,sed per se illa minor pars vel minor summa nõ videtur petita,ita not.declarat Barto. in l.scire debemus. in fin. princi.de verbor.oblig.vbi inquit, quod si promisisti centum, non possum petere quinquaginta tanquam promissa, quia illa pars de quinquaginta non fuit promissa, licet sub generalitate illorum verborum includatur, & ita in proposito videtur, si positio est facta de centum, non dicitur facta de quinquaginta, licet in summa de centum quinquaginta includantur, & ideo qui negat positionem de centum,non dicitur negare positionem de quinquaginta, vnde non dicitur periurus. Et pari ratione nõ videtur esse in mora, quia non recusat soluere quod debet. & hoc modo explicatur illud in quo doctores moderni laborãt in d.l.j.§.si stipulanti,& in effectu quod Bar.hic dicit, non videtur verum per supradicta. & ad hoc facit illud quod dicam in regula,in eo. infra eo.

vbi ponit tres limitationes. & quã plures alij, quos refert Ale. in ij.co. & Abb. in c.j.de plus petitio. licet dicat opi.gl.seruari in practica ab aduocatis tantum ad euitandas istas opi. Doct. aduocati hodie seruant aliam practicam, quã refert Ias. i d.§. si stipulanti. post Ange. Paul. de Castro. H.C.

REGVLA C.

OMNIA *quæ iure cõtrahuntur,contrario iure pereunt.*

DE ista regula dictum fuit in regula, nihil tam naturale. supra eo,vbi videndum est.

a Minor. Quid in sententia, an in maiori insit minor. vide latissime Ias. in l. inter partes. supra de re iudic. col. ij. in 4.not. & Ias. in .§. stipulanti. hic all. col.4.vers.circa istam materiam vbi ponit regulam cum 7.fall.

## In l.Vbi lex. Argumenta.

1 *Mensis qualiter intelligi debeat in dilationibus dandis.*
2 *Mensis utilis triginta dierum esse dicitur.*
3 *Mensis simpliciter prolata dictio, pro triginta diebus accipi debet.*

REGVLA CI.

VBI *lex duorum mensium fecit mentionẽ, et qui sexagesimo primo die uenerit, audiendus est,ita.n.imperator noster Antoninus cum Diuo fratre suo rescripsit.*

ISTA

ISTA regula secundum Bar. in l. cum bissextus, in fi. supra tit. §. reducitur ad cōem opinionem, quae habet, † q̄ mensis[a] in- 1
a Mēsis. Alex. consi. cxiij. nu. 21, lib. v. telligatur secundum qualitatem mensis, in quo data sit dilatio. a
vnde si die 22. Augusti data sit dilatio vnius mensis, incipit in dicto die 22. & terminatur in 22. Septembris, vt Bart. concludit in d. l. cum bissextus. & hoc idem gl. in c. quam sit. in ver. mēse. de elec. in vi. & sequuntur Bal. & Imol. in d. l. de diuisione supra sol. mat. Ang. in auth. iubemus, C. de iudi. cum si. vt tradit Alex. in d. l. de diuisione, vbi dicit, quod ista est communis opi. & idē Alex. in l. fi. in prin. col. pen. C. de iure delib. & in consi. xlii. in casu & lite. col. ii. lib. iii. Et secundum Bar. in d. l. cum bissextus. in fi regula ista reducitur ad q. gl. praealleg.

Sed non videtur quod reduci possit, nisi secundum quod inferius dicam. & Bal. in l. eos. §. sin autem. circa fi C. de appel. dicit istum text. hic procedere ex benignitate, non quod hoc sit de proprietate verborum.

Et conclusio glo. in d. c. quam sit, procedit in mensibus continuis, qui habent metam limitatam, & pro maiori parte habet dies triginta, vnum & quidam triginta. Secus est in mensibus vtilibus, in quibus non sunt limitati dies, & vnus mensis vtilis poterit quandoque occupare tres continuos. Vnde illa doctrina non potest ad menses vtiles adaptari, & ideo vnus † mensis 2
vtilis intelligitur de triginta diebus, vt Alex. tradit in cons. 113. visa scriptura. col fi. lib. v.

Secundo, conclusio superius facta intelligitur, quando principium mensis designatur, quia dicitur a praesenti die infra mensem. Secus si de mēse absolute mentio facta sit, quia tunc mensis pro duodecima parte anni accipitur. vt no. Domi. post Pau in d. c. quam sit. in glo. in ver. mensem. Et ista duodecima pars anni pro triginta diebus declaratur, & tali casu mensis indistincte pro xxx. diebus accipitur. vt no. Bal. in d. l. eos. §. sin autē, circa fi. C. de app. & idem no. Bal. in auth. qui semel. circa fi. versi. in gl. fi. C. q̄uo & q̄n iud. & idem Bal. in c. i. in prin. quo tempore miles. vbi approbat glo. in l. fin. §. i. in ver. sexaginta. C. de iure delibe. & concludit, quod † si nomen mensis proferatur simpliciter, de xxx. diebus intelligitur. & idem Anto. de Butr. in c. licet. de supp. neg. praela. Alex. in d. cons. 113. lib. v. & hoc modo videtur procedere text. hic, videlicet quando facta sit mentio duorum mensium absolute, quo casu de sexaginta dieb. intelligitur, tamen hic ex benignitate additur vnus dies, & videtur hoc intelligendum esse in materia fauorabili. 3

## In l. Qui vetante. Argumenta.

1 *Pretore uetāte factū perīde est. ac si fiat cōtra ipsius edictū.*
2 *Aduersus, aliquando pro certa accipiunt.*

REGVLA CII.

*QVI vetante Prætore fecit, hic aduersus edictum fecisse propriè dicitur.*

1 NOTA † quo'd patria sunt, aliqui fieri vetāte prætore, vel aduersus edictum eius, ad idem facit text. in l. aduersus supra de arbit. vbi dicitur, ꝙ aduersus sententiam arbitri fieri di-
2 citur, si petatur ab eo, a quo arbiter peti vetuit, † aduersus enim exponitur, contra l. non solum. §. fina. supra de iniur. & in clementi. i. vbi gloss. in versicu. aduersus de restit. in integ.

*EIVS est actionē denegare, qui possit & dare.*

Ad istam regulam facit quo'd supra dictū est in regula, eius est velle, in regula, nihil tam naturale, & in regula, nemo qui condemnare.

## In l. Nemo de domo. Argumenta.

1 *Domus sua intelligitur quam quis inhabitat.*
2 *Pœna offendenti aliquem in domo sua imposita, non est de hospitio intelligenda.*
3 *Nauis prædio vrbano æquiparatur.*
4 *Extrahi de domo sua quis potest ex causa, vt iustitia fiat.*

REGVLA CIII.

a *NEMO de domo sua inuitus extrahi [a] debet.*

b REGVLA intelligitur, de domo [b] sua † quam habi-
1 taret secus si illam non habitaret, licet esset propria, quia ab illa extrahi non prohibetur, vt not. Barto. in l. nec in ea supra de adult. & facit text. in l. quod ait. §. sufficit. ver. sed si pater. supra de adult. & not. Alber. in tracta. statutorum. in ii. parte. in xxx. q. incipien. item quæritur. versicu. sed quid si aliquis. 35. q.

Et in effectu hic sua largo modo accipitur, videlicet pro habitatione. l. qui domum. vbi Bar. supra de adult. & in l. lex Cornelia. §. domum supra de iniur.

Et isto casu etiam habitatio ad tēpus sufficit, vt colligitur in. §. domum. dū ibi dr̄, de scholari qui habitabat Ro. cau. stud.

Et hoc propter subiectam materiam de qua agitur vt quis tutus sit in domo, alias vero habitatio temporalis non sufficeret; vt not. Salic. Rom. & Alexan. in l. cum filius, supra si cer. pet cum

a Extrahi. Sed an possit iudex præcipere alicui ne exeat domū, vide Bald. in c. quintauallis. in i. col. qui dicit quod non de quo late Ias. in l. ꝙ iussit supra de re in. col. 4. versic. aduerte tamen. H.C.

b Domo. Quid domus appellatione, Alex. cō sil. ccxiii. nu. 3. lib. vj.

b Hospitio. Imo. secus. Naui. Iaso. l. quominus supra de flum. l. plerique de in ius voc. Et quo'd nauis computetur inter mobilia, recte decidit d. Andr. Tiraq. tract. Retract. proxi. §. gl. octaua. nume. 98. i. cum sequen. Limitatur in molendinis constructis super nauibus cohęrētibus in flumine publico, quādo ex cōcessione principis vel reip. perpetuo habere licet, hæc enim inter immobilia censentur.

c Molendinario. Molendinū an sit prædium vrbanum, vide Bal. in d. l. certi iuris in iiij. qō. vbi tenet quod nō, sicut furnus ruralis.

d Bal. sequitur Ias. in repet. l. quominus, de flu. supra colū. 20. versic. viii. adde.

e Pœna. Solue melius, & quod ibi illud interdictum non est concessum nisi ad res soli. d. l. i. §. hoc interdictum. ver. ad solum, alias vbi lex non restringeret, veniret nauis appellatione domus Ioan. Ign. l. i. §. dñi appellatione, 2. nu. 70. cū sequē. supra ad Sillan.

cum similibus vt dixi ibi. Et idem videretur esse in hospitio, [a] quia videretur illud conductum esse, & eadem videtur vt sit tutus in domo. a

Secus vbi esset diuersa ratio, prout loquitur text. in l. prima. §. habitare. de his qui deiec. vel effud. Et licet Bald. ibi videatur tenere contrarium, dicens per illum text. † quod pœna imposita offendenti aliquem in domo. non habet locum in hospitio. & facit quod not. Bald. in l. ea quæ. in fin. C. quomodo & quan. iudex. 2

Nam responderi potest, quod respectu citationis, prout loquitur Bald. in dicta l. ea quæ. diuersa ratio videtur, & pariter in dicta l. i. §. habitare. non videtur congruum, quod ille qui reperitur in hospitio accidentaliter, debeat teneri, sicut ille qui habitaret. Et si ibi agitur de præiudicio hospitis, in casu nostro agitur de fauore. Et ita etiam respondetur ad l. penulti. §. in factum supra nau. caup. stab.

Sed in casu isto eadem ratio videtur vt quis sit tutus. Et pari ratione idem videtur in naui. [b] quia videtur ordinata ad habitandum, & bene facit text. in l. penultim. §. si de naue, de his qui deiec. vbi Alber. hoc tenet. Et idem Alberic. in tractatu statutorum in secunda parte quæstio. 35. in fin. vbi idem dicit de molendinario [c] & nauta. Et facit, quia † nauis æquiparatur prædio vrbano, vt no. Bal. [d] in l. certi iuris ver. quid ergo. C. locati. b c 3

Contrarium tamen in naui tenet Roman. in l. i. §. domini appellatione ad Sillan. per text. in l. prima. §. si quis de naui de vi, & vi armata. d

Sed responderi potest. quod ibi agitur de pœna, [e] quæ restringi debet, & ideo cum illud interdictum pœnale loqueretur de his quæ de solo deijcerentur, sub verbo soli non comprehenditur nauis, nec veiculum, vt ibi dicitur. e

Et dum dicitur de domo sua secus ergo videtur in aliena, vt a contrario sensu hic colligitur & not. Alexan. post Alb. in d. l. plerique, limitando hoc, nisi dominus domus prohiberet ingressum. vt in l. diuus supra de serui. rust. præd. in l. iniuriarum. §. si. de iniur. in l. qui domum alienam de iniurijs.

Sed tamen videtur aduertendum, † quia illa iura non loquūtur, quando iustitiæ impeditur & ex causa, vt in fure, vt not. in l. 2. vbi Bald. C. de ser. fug. & quia tali casu cessat ratio quæ est in domo suæ habitationis, & domino domus, non videtur data ista facultas vt possit impedire capturam eius qui de iure capi potest reliqua per doct. in d. l. plerique, 4

## In l. Si in duabus. Argumenta.

1 *Solutio censetur facta in dubiis causa remouendi infamiam*
2 *Condemnatus ad restitutionem rei furtiuæ qua in dubio dicatur teneri actione*
3 *Solutio, in dubio in causam grauiorem facta præsumitur.*

### REGVLA CIII.

*SI ĩ duabus actionibus alibi sũma maior alibi ĩfamia ẽ, ꝑponẽda est cã existimationis. Vbi aũt æquiparãtur famosa iudicia, et si summã rei dispa rem habeant, pro paribus tamen accipienda sunt.*

1 NOTO †quod in dubio videtur facta solutio in causa quæ remouet infamiã, ad idem tex. in l. si quid in prin. cum simil. allega. in glo. in dubio enim capitur præsumptio vt infamia euitetur l. hæc enim §. quid ergo supra de suspect. tut.

2 †Et ad hoc facit, quia condemnatus ad restitutionem rei furtiuæ in dubio non intelligitur condemnatus actione furti, sed condictione furtiua quæ non infamat l. cessat supra de act. & oblig. vt in not. quæst. dicit Ioan. de Ana. se venetijs consuluisse in cap. qualiter & quando. §. ad corrigendos col. iij. versi. casus fuit talis de accus.

Et regula ista videtur etiam procedere si aliud debitum esset maioris summæ quia qualitas infamiæ videtur præponderare, vt probatur hic. nam causa ista quæ respicit infamiam semper in dubio reputatur grauior. d. l. quod in prin. ita Barto. dicit ĩ l. cũ ex pluribus supra de solut. & ibi videtur limitare hoc, nisi ageretur de grauiori causa quæ respiceret conseruationem mẽbri vel vitę arg. l. j. supra de bon. eorum qui mor. sibi cõci.
3 & facit tex. in l. cęterum supra de solut. qui facit regulam † ꝙ in dubio videtur facta solutio in causam grauiorem & not. Bar to. in l. j. de solu. Rom. in consi. 94. visis his col j. & ibi materiã prosequitur de qua Alex. scribit in consi. 75. ponderatis narratis, & aliquid Pau. de Cast. in consi. 152. videndum est primo col. ii. ver. pone, ergo quod ex interuallo.

## In l. Vbicunque. Argumenta.

1 *Magistratus quilibet Prætor dici potest.*
2 *Citatio partis necessaria est in cognitione causæ.*

3 *Cognitio causæ quando fieri possit absque citatione.*

## REGVLA CV.

VBICVNQVE *causæ cognitio est, ibi Prætor desideratur*

HIC prætor pro iudice accipitur, † quia largo modo quilibet magistratus prætor dici potest, vt not. Bald. in l. q. C de ædil. act. quasi dicat, vbi causæ cognitio requirit, ibi debet esse iudex qui cognoscat. 1

Et vlterius † in causæ cognitione partis citatio necessaria est l. in causæ. la j §. causa cognitio supra de mino. nam per illũ tex. dicit Bar. in l. prolatam. col. fi. C. de sen. in versi. quæro vtrum ꝙ causæ cognitio dicitur fieri quando fit partibus præsentibus vel absentibus per contumaciam. Alibi tamen dicit Bart. in l. iij. §. si causa cognita. ff. de bono. poss. quod † causa cognita dicitur fieri quantum ad instructionem iudicis absque citatione, & hoc vbi non agitur de præiudicio, secus vbi agitur de præiudicio, quia tunc citatio requiritur in causæ cognitione, vt not. Bar. in d. §. si causa. & sola citatio non facit causæ cognitionem. quia tex. in l. in causæ. la j. §. cognita, copulatiue loquitur causa cognita, & præsentibus aduersarijs supra de mino. & dixi in c. ecclesia. de consti. col. ix. ver. ij. q. 2 3

## In l. Libertas. Argumenta.

1 *Seruis nil gratius præstari potest libertate.*
2 *Corpus liberi hominis æstimationem non recipit.*
3 *Patria potestas inæstimabilis quædam res dicitur.*
4 *Libertas quando certo pretio æstimari possit.*
5 *Homo liber vendi non potest.*
6 *Pœna apponi debet in cautione rati vbi agitur de libertate.*

## REGVLA CVI.

LIBERTAS *inæstimabilis* [a] *res est.* 4

a Inæstimabilis. Alber. Bru. consi. xii. colũ. xxx. cum seq.

IDEM dicitur in l. non est. §. infinita. infra eod. cum si. alleg. in gloss. hic ad idem text. in l. procurator. §. fin. supra rem ratam habe. in §. penul. in versic. sed cum libertas. institu. qui manumit. non possunt.

¶ † Et nihil gratius seruis præstari potest, quã libertas. l. Paulus. in princ. supra de fideicom. lib. & non priuata, sed publica est causa 1

est causa libertatis. l. si quis rogatus supra de fideicõ. lib. & inæstimabilis res est interesse reipublicæ, vt not. per gl. in l. prima supra solut. matri.

Et quod dicitur de libertate, idem dicitur de homine libero
2 cuius corpus non recipit æstimationem. l. j. §. sed cum liber homo & in l. fin. supra de his qui deiec. vel effu. & in l. ex hoc supra si quad. pau. fec dica. in l. ii. §. corporum. ad l. Rhod. de iact.
3 Eodem modo † inæstimabilis est patria potestas, vt dicit text. in l. filiusfamilias. §. secundum vulgarem de leg. ij.

Et quod dicitur hic de libertate, limitatur secundum glo. hic,
4 nisi quis vendat se ad pretium participandum, † quia tunc libertas certo pretio æstimatur, vt habetur in. §. penul. insti. de iur. pers. & in tali venditione plura requiruntur, vt gloss. ibi in ver. maior prosequitur in l. seruorum in princip. supra de stat. homi. in ver. venire.
5 Sed in tali casu considerandum est, † quod non fit venditio tanquam de homine libero quia non valeret venditio. l. liberis. §. si quis sciens. ff. de lib. cau. & not. per gloss. in locis præalleg. & sic venditio debet fieri tanquam de seruo, & libertas non
6 æstimatur. † Et vbi agitur de libertate vel alia re inæstimabili, in cautione rati, debet pœna apponi, vt not. per gloss. & ibi Paul. de Castr. in l. non solum. §. si status in verbo ratum. de procura.

## REGVLA CVII.

*Cum seruis nulla actio est.*

De ista regula dictum fuit in l. in personam supra eod.

## In l. Fere in omnibus. Argumenta.

1 *Pœna minui debet ob ætatem & imprudentiam.*
2 *Pupillus homicidium committens non decapitatur.*
3 *Minor uigintiquinque annis mitius punitur in delictis.*
4 *Iudex pœnas mitigat pro presonarum qualitate.*
5 *Pœna quandoque minuitur senectutis ratione,*
6 *Delictum imprudenter commißum mitius est puniendum.*
7 *Delictum mitius punitur, quod impetu committitur.*

## REGVLA XCVIII.

*FEre in omnibus pœnalibus iudicijs & ætati & imprudentiæ succurritur.*

Noto † quod propter ætatem & imprudẽtiam pœna minui [a] debet, Primo circa ætatem considerandum est, quod ista remissio pænę non cadit in pupillo qui propter ętatem non obligatur ex delicto. l. prima. §. impuberes. C. de fal. mo. l. infans. supra de sicar. facit text. in l. prima. §. impuberes. in l. excipiuntur, supra ad Sillan a. & in l. 1 §. impuberes. supra commod. in l. pupillus in eo. tit. in. l. e. i. de homicid. 1 a

Et hoc intelligitur quando non sit doli capax, vt quia infans vel infantiæ proximus, secus si sit proximus. pubertati [b] quia tunc ex delicto tenetur. l. impuberem supra de furt. vbi text. ista distinguit & in l. pupillum infra eodem titu. & in dicta l. excipiuntur. §. primo & not. per gloss. & Barto. in lege si quis in tantam. C. vnde vi. b

Et tali casu cũ pupillus teneatur ad pœnam delicti regula ista verificatur, quod ętati succurratur, quia pœna minui debet & ideo dicit Bal. in d. l. & si seuerior colum. ii. versic. ex prędictis C. in quib. cau. infa. irrog. † quod si pupillus committat homicidium licet pupillus dolo capax possit mulctari, vel excommunicari, tamen sententia retractari debet per appel. vel restitut. in integ vt not. Ange. in l. neque impuberes supra de in ius vocan. vbi alleg. Specu. in tit. de contuma. §. in fin. Et quod in pupillo debeat pœna mitigari not. Salice. in l. administrantes. §. qui corporalis in fin. de excusa. tuto. & est text. in c. p. i. in fin. de delict. puer. vbi dicitur, quod in pueris delicta non debent ita puniri sicuti in maioribus & glo. ibi per illum tex. 2

† Et idem est dicendum in minoribus xxv. annis, quia licet in delictis non habeant restitutionem in integrum. l. si ex causa indicari. §. nunc videndum versicu. & placet & in l. auxilium. §. in delictis. supra de mino. l. i. C. si aduer. delict. pœna tamen quandoque debet mitigari, vt dicit text. in dicta l. auxilium. §. in delictis, versiculo nisi quatenus, interdum miseratio ętatis ad mediocrem pænam iudicem producit. † & ita videtur quod hoc sit in arbitrio iudicis, attenta qualitate personę, vt in notab. casu tradit Cuma. in consilio xcv. Christopho. circa finem. & faci text in lege si adulterium. §. fratres supra de adulter. vbi propter ætatem Imperatores Claudiæ pænam incesti remiserunt. 3 4

*Et non solum minoribus propter ætatem minorem quandoque*

a Minui. Vide quæ posui in l. consi. supra eo. supra verb. mitius & d. Phil. in ca. ex lit ris de consti. H. C.

b Pubertati. Adde qd vult Ioan. de Anan. in c. j. de delict. pue. in iij. colũ. referendo Ang. qñ ad hoc vt ꝓximus pubertati teneat de delicto, requirunt duo copulatiue, videlicet quod sit doli capax, et proximus pubertati, alias vnum non sufficeret, & an & qñ minor excuset a delicto, vide Hip. de Marsil. in l. de minore. pen. & si. col. supra de q. H. Cu.

5 doque pœna minuitur, † sed etiam ætate[a] confectus propter se
a nectutem pœna moderatur, vt not. per gloss. hanc per l. 2. supra de termini. moto. vbi tempus relegationis in senibus minuitur facit text. in l. si quis in graui. §. ignoscitur supra ad Silla. vbi ignoscitur illis qui ætate defecti sunt. & in penitentia iniungēda habetur ratio senectutis xxxix. quæstio. vii. in capitu. tempora plenitudinis vbi gloss. & in voto peregrinationis defertur senectuti in capitu. magnæ de voto.

a Aetate. Multa priuilegia senibus concessa, vide cumulata per Lud. Rom. in repe. l. si vero. §. de viro supra sol. matri. in 53. fallen. col. xlvj.

6 Secundo † dicitur hic de imprudentia propter quam etiam pœna mitigatur, nam imprudenter delictum committitur quando inaduertenter & inconsiderate fit vnde dicitur obligari ex quasi maleficio. l. fin. C. de var. & extraord. cog. in l. ex malefi. §. si iudex supra de actio. & obligatio. & facit text. in l. nam & seruus §. fin. supra de nego. gest. ideo in tali casu in quo consideratur culpa non dolus, merito pœna debet mitigari, vt hic dicitur & ad hoc facit text. in l. 3. § primo supra de sicar. in vers. sed ex senatusconsulto. vbi mulier relegata fuit quæ medicamentum dedit, non malo animo, sed ad conceptionem, & inde mors fuit sequuta & in l. lege Cornelia. §. cum quidam de sicar. vbi in exilium fuit missus qui homicidium non dolo, sed per lasciuiā perpetrauit & facit text. in lege. respiciendum. §. delinquunt su-
7 pra de pœnis † vbi delictum impetu commissum minus punitur & in notabili casu tradit Cuma. in consi. cxxxiiij. visis denuntia. in fin. & per totum Alexand. in consi. cxl. videtur in casu proposito lib. secundo & Aret. in consi. lxxx. sicut decret. cum simil. vt dixi in consi. ix. & in proposito ad istam regulam facit text. in l. 1. C. si quis imper. maledix. & lubricum linguæ ad pœnam facile trahi non debet vt dicitur in l. famosi. supra ad leg. Iuliam maiest. & not. in capitu. j. de malefi. vbi glos. & late Ioan. de Ana. col. 4.

## In l. Nullum crimen. Argumenta.

1 *Crimen non prohibens cum possit tenetur.*
2 *Famuli factum quando sit domino imputandum.*
3 *Domini tenentur de delictis familiæ.*

### REGVLA CIX.

*NVllum crimen patitur is qui non prohibet, cum prohibere non possit.*

Ergo a contrario sensu † si prohibere potest, videtur esse

in crimine, & tenetur quia qui prohibere potuit, tenetur si non fecerit. l. scientiam in princip. supra ad leg. Aquil. in l. in omnibus. ff. de noxa. l. fluminum. §. quanquam, de dam. infect. Et ideo si seruus sciente domino & non prohibente hominem occiderit, dominus tenetur, quia ipse occidisse videtur. l. secunda in princi. ff. de noxali.

† Et hoc idem videtur procedere in famulis & seruitoribus, quia factum ab illis domino sciente & non prohibente, domino imputatur vt not. Barto. in l. de pupillo §. si quis ipsi prætori. de oper. no nuntia. in 10. quæstio. vbi alleg. bonum text. in capitu. constitutis. de testib. 2

Et de delicto commisso a filijs patre præsente & nō prohibēte, in not. casu tradit Fran. de Cur. in consi. xij. viso processo.

Et notandum est singulariter quod dicit Car. post Laur. in cle. ne in agro. §. porro in 4. not. de stat. mona. † quod est mala præsumptio contra illos qui tenet malā familiā. quia si aliquod malum a familia committatur, ipsi domini tenentur, nec excusantur allegantes ignorantiam, quia cogitare debuerunt illud eueni re posse. arg. cap. negligere. 2. quæstio. vij. & in cap. licet. in prin. de simo. quod notandum est contra nobiles qui retinent in domo homines malæ conditionis & famæ. 3

Et supra dicta locum habent in eo qui potest & tenetur prohibere, vt not. Bald. in d. l. ij. in princip. ff. de noxa. & idem ibi Flor. dicit & de hoc dicendum est vt supradictum fuit in regu. culpa caret supra eo. tit.

## In l. In eo quod plus. Argumenta.

1 *Inest verbum proprietatem & essentiam denotat.*
2 *Pars continetur in toto.*
3 *Promittēs viginti, an censeatur decē separatim promittere.*
4 *Summa minor quando maiori contineatur.*
5 *Actus non ualens in maiori summa, in minori quādoque conseruatur.*
6 *Hæres grauatus expendere centum in funere, non potest minus exponere*
7 *Numerus minor quando in maiori contineatur.*
8 *Negatiua quomodo potentior dicatur quàm affirmatiua.*
9 *Mandans quid vendi centum, non videtur in minore consentire.*
10 *Fideiussor pro maiori summa obligatus cēsetur in minori.*
11 *Negatiua signo uniuersali postposita suo cōtrario æquipollet*
12 *Obligatio fideiussoris quando ualeat absque iuramento.*

Præbenda

13 *Prebenda minoris valoris non debet dari loco maioris.*
14 *Argumentum à maiori ad minus non valet in mandatis.*
15 *Mandatum à voluntate mandantis ita regulariter in superioribus sicut in priuatis*
16 *Testis deponens de summa maiori, non censetur de minori consentire.*

## REGVLA CX.

### *In eo quod plus sit, semper inest & minus.*

HAEC regula declaratur vt dictum fuit supra in regu. non debet supra eo.tit. & aliquid etiam dictum fuit in regu. non potest videri improbus supra eo.ti.

Et regula ista primo uidetur procedere de proprietate sermonis, dum dicit semper inest, & ad idem text. in l. prima. §. si stipulanti. de verbo. obliig. ibi in viginti decem inesse. & in l qui quartam. in prin. de leg. i. in l. qui concubinam. §. cum ita. de leg. iii. in leg. si qui cum totum. in princ. de excep. rei iudic. verbum
1 enim† inest denotat proprietatem & essentiam, vt not. Bartol. in l. si maritus. la ii. §. legis. ff. de adult. in l. mercis de verbo. signifi. & ad hoc facit text. in l. iii. §. plusquam supra de statu lib. vbi conditio dandi decem, impleri dicitur dando viginti, ergo videtur de ꝓprietate sermonis, quia conditio dēt impleri in forma specifica. l. Mæuius. l. qui hær. in princi. de conditio. & dem. Et videmus in stipulatione quæ est stricte interpretanda. l. quicquid astringendę. de ver. oblig & tamen in maiori summa minor continetur, dicto §. si stipulanti. Et idem in sententia. in dicta. leg. si quis totum. & sententia etiam stricte interpretatur, vt not. in l. i. C. si plures vna senten. & ita tenent Aretin. & Mod. in d. l. i. §. si stipulanti.

2 Et ista conclusio verissima videtur, considerando† quod illud minus veniat ad integrandum illud quod plus est, quia in toto pars continetur, reg. in toto infra eod. Secus videtur si pars separata sit a toto, quia tunc non videtur proprie contineri. vnde qui petit centum, non videur petere quinquaginta separatim, & formaliter, vt not. Bart. in l. scire debemus. in fin. princip. de verbo. obl. dum concludit, quod si promisisti centum, non possum petere quinquaginta tanquam promissa, quia illa pars de quinquaginta promissa non fuit, licet sub generalitate includatur, vnde quinquaginta petuntur tanquam debita, sed non vt promissa. & dixi supra in regu. non potest videri improbus. & facit gloss. in l. prima in versicu. inter. supra de serui. vrba. prædi. quæ dicit declarando text. ibi qui dicit, qui actū habet, iter habet, quod verum est quantum ad commodita-

moditatem,sed non quod sit seruitus, & sic iter in actu continetur ad integradum actum, & non ut species seruituris, prout de te separatim iter considerantur.

Secundum istud dictum Bar. esset dicēdum † & quod ille qui promittit viginti, non dicatur promittere decem separatim cuius tamen contrarium probatur in d.. §. si stipulatim. vbi si stipulanti decem responsum sit de viginti, vel econtra valet stipulatio in decē, ergo illa minor summa etiam separatim videtur promissa, & facit tex. in l. inter stipulantem. §. si stipulante de verbo. obliga. vbi dicitur, quod semper in summis id quod minus est videtur sponderi. 3

Sed pro defensione Bar. considerandum est, quod ipse loquitur quando in maiori summa actus valet, quia promissa fuerunt centum, & tali casu bene dicit, quia quinquaginta non fuerunt promissa, sed includuntur ad integrandum summam & centum quę debentur. Secus quando actus in maiori summa non valet, prout loquitur tex. in dicto. §. si stipulanti. & in d.l. inter stipulantem. §. si stipulante, quia tunc ne actus sit inutilis conseruatur in minori summa, ex quo non potest valere in maiori summa, prout agebatur, & sic actus in minori summa ex quo non potest valere in maiori summa conseruatur ex illa æquitate, quia in dubio interpretatio debet fieri vt actus valeat l. quoties. de verb. obli. 4

Ex quo inferri videtur, quod de proprietate sermonis in. §. si stipulanti maiori summa minor non continetur, quando minor separata est a maiori, per rationem Bar.

† Sed ex æquitate & per interpretationē iuris ex quo actus in maiori summa non valet, in minori summa conseruatur, & text. in d. §. si stipulanti. nihil facit, quia ibi summa maior erat separata a minori, & distincta, quia stipulatus fuit decem vel xx. merito valet in decē, quia interrogatio & responsio facta fuit de decem, aliud est vbi agitur de vna summa, in qua dicendum est, vt supra dixi. 5

Secundo, regula limitatur non procedere quando constaret quod ille qui loquitur in maiori summa, vel in eo quod plus est, non consentiret in minori, ita dicit Aretin. in d §. si stipulanti. per glos. ibi, in versicul. non erit & ad hoc alleg. text. in l. si ita stipulatus fuero hanc summam, de verbo. oblig. ad idem tex. in l. cum in testamento de verb. significa. † vbi hæres grauatus exponere centum in funere, non potest minus exponere, & idē not. Paul. de Castr. in dicto. §. si stipulanti. vbi propter hoc reprobat gloss. si quæ est, in c. primo de arbit. in vi. & idem Alexan. & Aret. in d. §. si stipulanti. 6

Et hoc procedit etiam si tacite constaret de mente partium. exemplum colligitur in l. ex facto. §. primo. ff. de vulga. & pupil. † vbi quando est facta dispositio specialis de minori: tunc in maiori minor numerus non includitur, vt not. ibi Alberic, Bald. 7

Imo. & doct. quod qui consentit in maiori, non semper consentit minori quia in minori est facta specialis prouisio, ideo expressum facit cessare tacitum l. cum filio. §. cum filio supra de vulga. & pupil. & tex. in d. l. ex facto §. primo inducit Dom. in d. cap. primo de arbi. in sexto & ille tex. procedit quando fuit facta prouisio de maiori summa & minori ab eodem fonte prout loquitur tex. in d. l. ex facto. §. secus si a diuersis, quia tunc species non derogat generi. vt Alexand. tradit in consil clxxix. v. so processu in fine, libr. quinto de quo dixi supra in regul. in toto. supra eod.

Tertio regula procedit prout loquitur in oratione affirmatiua, secus est in negatiua. quia non sequitur, non habeo centum ergo non habeo viginti, vt patet ad sensum, & ita dicunt Bar. Doct. in d. §. si stipulanti.

8 Sed obstare videtur, † quia negatiua potentius negat quam affirmatiua affirmet. vt no. per glo. & Doct. in c. cum dilectus de consue. not. in l. hoc genus de condi. & demon.

Si ergo minor summa continetur in maiori affirmatiue, a fortiori idem videtur in negatiua. Paul. de Castro respondet in d. §. si stipulanti quod argumentum procedit respectu temporum vel casu & non in summa in qua alia ratio videtur & hoc declarari potest, quod in oratione affirmatiua minor summa continetur, quia hoc tendit & ordinatur ad constituendum maiorem summam non sic videtur in negatiua, quia quod minor non contineatur hoc ad orationem negatiuam maioris summæ, nihil facit.

Quarto regula fallit in casu l. si decem. ff. locat. in cuius intellectu Docto. laborant, sed vera videtur solutio Bald. in lege diem proferre. §. si plures, vbi dicit quod regula intelligitur quando maior summa absolute profertur secus si respectu alicuius corporis dicta l. si decem, vbi dicitur de maiori summa respectu rei locatæ, & idem Bald. in l. fina. in princip. C. de sen. quæ sine, & sequitur Alexand. in consi. lxiiii. visa consultatione. colum. pe. lib. ii. & hoc comprobari potest, vt dicamus quod in dicta l. si decem locator qui dixit de maiori summa non videtur consentire in minori prout natura rei de qua agitur satis ostendit per ea quæ superius dicta sunt & ad hoc facit text. in l. diligenter in princip. in versicu. item si mandauero, ff. mād. vbi

9 † qui mandat quod domus vel fundus vendatur centum non videtur in minori quantitate consentire. Non obst. tex. in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbi. in cap. primo de arbit. in vi. vbi arbiter qui iudicat de maiori summa videtur consentire in minori. Sed dic illud esse ex interp̄tatione legis vt finis litibus imponatur, sed ille qui dicit de maiori non videtur in minori tantum consentire sed consentit in minori ad integrandum maiorē summam.

10 † Quinto fallit in fideiussore qui in maiori summa si obli-

gantur pro principali etiam in minori summa in qua erat obli gatus principalis non tenetur l. Græce. §. illud. ff. de fideiusso. ibi si fuerint in duriorem causam adhibiti, placuit eos omnimodo non obligari, id est, nullo modo obligantur † quia nega- 11
tiua postposita signo vniuersali æquipollet suo contrario. vt not. Barto. in l. legitimos. §. in legitimis. ff. de legi. tu. in l. obligari in prin. ff. de auto. tu. & not. Bar. post gl. in d. §. illud & not. per glos. in §. fideiussores institu. de fideius. & hoc intelligitur nisi iuramentum interponatur, quia facit valere actum eo modo quo potest l. cum pater. §. filius matrem vbi Barto. de lega. secundo & no. Barto. in l. si quis pro eo. colum. fin. versi. viii. prohibetur. ff. de fideiuss. & tradit Alexan.[a] in consi. xxxii. in cau- a
sa executionis lib. j. in fin.

a Alex. & consil. xxix. in fi. lib. vii.

† Et etiam absq; iuramento videtur quod de iure valet[b] obli 12
gatio fideiuss. in minori summa in qua erat obligatus princi- b
palis quia hoc est in constituto vt est tex. in l. hactenus. in fin. ff. de constitu. pecu. Non obstat quod loquatur in constituto, vt dicit Barto. in d. §. illud quia non videtur quod ratio diuersitatis assignari possit & ad hoc facit tex. in d. §. illud vbi generaliter dicitur quod in omnibus qui pro aliis obligantur, si in duriorem causam adhibiti sunt, placuit eos omnimodo non obligari nam si illud dictum negatiuum intelligeretur generaliter etiam respectu minoris summæ in qua obligatus erat principalis hoc non esset verum in omnibus qui pro alijs obligantur prout tex. ibi dicit quia in constituto hoc nõ esset d. l. hactenus §. fin. vt ergo illud dictum negatiuum verificetur in omnibus qui pro aliis obligantur prout text. vniuersaliter loquitur, est necessarium dicere quod illud dictum negatiuum intelligatur & referatur ad duriorem causam, ita quod in illa duriori causa in qua principalis non est obligatus, nullo modo fideiussor obligetur, sed per hoc negatur quin obligetur in minori summa in qua erat obligatus principalis & hoc etiam suadetur per rationẽ Iurisconsulti ibi qui considerat causam duriorem vnde quatenus agitur de causa duriori illud dictum intelligitur quia dictum a ratione debet regulari l. adigere. §. quamuis de iure patron. Sed cum durior causa cesset in minori summa pro qua principalis tenetur, in illa minori summa videtur fideiussor obligari & ita videtur de iure licet doct. aliter dicant.

b Valet. Hæc ueritas et ita obseruatur, est etiã porior litera Greg. Halo. in d. §. illud habet non omnino obligari & ita firmiter est tenẽdum.

Sexto fallit cap. cui de non sacerdotali. §. fin. de præben. in vj † si mandatur prouideri alicui de præbenda certi valoris 13
de præbenda minoris valoris etiam illo volente prouideri non potest quia mandatum debet diligenter obseruari & non habet locum nisi in casibus expressis & per illum tex. dictum fuit in reg. nõ debet supra eo. † quod in mandatis nõ valet argumen- 14
tum de maiori ad minus & pariter non valet argumentum de maiori quantitate ad maiorem valorem beneficii. per rationem quæ ibi assignatur quia mandatum debet diligenter obseruari

uari & facit text.in cap.fin.de uer.sig. & in l.ff.pupillorum.§. si pretor ff. de reb. eorum vbi mandatum prætori ad' vendendum non habet locum in obligatione quæ minoris est præiudicii & hoc videtur procedere in mandato superioris, prout iura supra allegata loquuntur. Secus videtur in mandato priuati qa illud impleri potest in æquipollenti l. si quis mihi bona.§. sed quid si mandauit ff.de acquir.hære.in l.fin.man. in prin.& l. si vltra.C.de fideiusso. & loquuntur ista iura inter priuatos. Secus videtur in mandatis superiorem per supradicta, sed tamen

15 ista differentia non videtur habere rationem diuersitatis † quia mandatum ita in superioribus sicut in priuatis regulatur a voluntate mandantis vnde in quolibet mandato debet perscrutari voluntas eius qui mandauit & ideo in d. cap.cui de non sacerdotali considerandum est quia ibi voluit Papa prouidere alicui specialiter de beneficio certi valoris & in minori valore non esset illi prouisum prout Papa cogitauit & facit quod no. Pet.de Anch.in d.c.

16 Septimo fallit † in testibus deponentibus super valore rei q dixit de maiori summa non videtur in minori consentire vt no.doct. post Io.And. in c. de arbit.in vj.col.j.ver.sed quid si actor in fi.cum si.vt tradit Alex.in l.i.in.§.si stipulanti de verbo.oblig.in l.qui quartam de leg.i.& in l.inter pares de re iudi.& late Alexã. in consi.lxiiij visa consultatione libr.ii. & Are.in cons.lxv.in præsenti consultatione.

## In §.Nemo alienæ rei. Argumenta.

1 *Satisdatio quid sit.*

2 *Defensor etiam immobilia possidens satisdare tenetur.*

3 *Defensor alterius quando admittatur sine satisdatione.*

NEMO *alienæ rei expromissor idoneus videtur, nisi cum satisdatione.*

Et ista regula antiquorum vt not. glos. per illum text. in §.ii.ver. quia nemo inst. de satisd.ad idem text. in l. qui proprio.§.qui alium supra de procu.facit tex.in l.recte defendi supra de iud.in l. hæc autem.§. recte defendi. ex quib.cau.in pos. eat. l.§.itẽ ait p̃tor in fi.supra ex qb.cau.maio.infra eo.l.qui rẽ.

Et ista regula procedit etiam si sit filius qui velit patrẽ defendere l.filius familias supra eodem.

1 † Et satisdatio dr̃ qñ quis facit aliquẽ securum datis fideiussorib.l.j.in fi.qui satisd.cog.idem econtra si pater filiũ defendat l.& ideo.§.si filiusfamilias. supra rerum amot.

Secundo ampliatur etiam in procuratore qui habet mandatũ l.si ad defendendum supra iudi.sol.& in l.i.C.de satisd.

Tertio

Tertio ampliatur † etiam si defensor possideret immobilia, 2
quia tamen tenetur satisdare, vt not.Bartol in l.sciendum.§.tu
tores supra qui satisda.cog. Et etiam si locupletissimus sit defen
sor, satisdare tenetur.l.minor.§.fin.cum duabus legibus sequen-
tibus supra de procur. & hoc videtur procedere, quia lex ita
procedit disponendo, aliter secus videtur per ea quæ tradunt
Alexand.& Moder.in l. prima ff. qui satisd.cog.& in l.qui rē
infra eod.

Et regula ista secundum glo.limitatur, † nisi quis susciperet 3
defensionem alterius allegādo causas absentiæ, quia tunc admit
titur sine satisdatione, vt glo. hic dicit, quæ est sing.secundum
Paul.de Cast.in d.l.filiusfamilias post glo. ibi, & Barto.etiam
illum sequitur in l.si vero §.de viro.in fin. supra solut. mat. &
no.Barto.in l.penul.§. ad crimen.colum.pen.de pub.iudic. cum
simi.vt tradit Alexand. in l.filiusfamilias. in prin. Et hoc pro
cedit in causa criminali. vbi agitur de vtilitate publica. vt
not.Barto in l.vbi pactum.colum pen.C. de transac.& in l.ser
uum quoque.in.§.publice.colum.fi. de proc.& ibi rationem ef-
ficacem adducit, quia cum iudex debeat suscipere defensionem
pro innocentia absentis.l. si non defenditur supra de pœnis &
in d.§. publice pariter videtur quod quilibet alius defensor
pro innocentia absentis possit comparere & debeat admitti. vt
no.Inno.in cap.veniens.de accu.& not.Anto.de Butr. in cap.
cum parati.de app.

Et secundum istam conclusionem late fuit consultum per
do.Anto.Rosel.in consi.inserto inter consilia Bartho. Veron.in
consi.xlvj. quidam do. Zacharias. cum consiliis quampluri-
bus successiue ibi sequentibus & idem dicitur in consi. lxxij.
primum dubium.in prin. inter dicta consilia Barto. Veron. &
idem dicit Corn.pluries se consuluisse in consi.cciij.pro decisio
ne.in princ.lib.j.& ita reperitur in conf.xvij.licet mortis sit lib.
iij.& in consi.ccxxiii. visa inquisitione.eo.lib.iii. & hoc pro-
cedit in causa criminali,& in satisdatione,& iudicato soluendo,
prout loquitur gloss. hic & doct in locis præalleg.secus in cau
sa ciuili secundum Paul.de Cast in d.l. filiusfamilias & ita fi-
naliter Alexand.ibi residet. Et de isto executore quomodo ad-
mittatur, not.Barto.in trac.ad reprim.in ver. neglexerit & in
l. quæsitum de iudi. cum simil. vt tradit ibi Alexand. Et alias
limitationes ad istam regulam tradunt Ange. Alex. & Mod.
in d.l.filiusfamilias,& Mod.in l.exigendi.in princi.C.de pcu.

## In §.Pupillus.Argumenta.

1 *Pupillus quando per patientiam non obligetur.*
2 *Furiosus consentire non potest.*

Pupillus

3 *Pupillus agere potest ratione iniuriæ sibi illata.*
4 *Pupillus quantum ad primum decretum pati dicitur.*

PVPILLVS *pati posse non intelligitur.*

1 NAM in casibus † in quibus patientia inducit consensum, & patientibus infertur præiudicium, vt in l. decreto. de aqua plu. arcen. cum si. alleg. in glo. in illis casibus non obligatur pupillus. vt hic dicitur. adde textum in l qui ad certum supra locati, vbi ex patientia contractus locationis renouatur, quia ex
2 patientia tacitus consensus arguitur, † hoc non habet locum in furioso qui consentire, non potest vt ibi dicitur. & pariter nec in pupillo qui non potest consentire, quia per patientiam non videtur consentire qui consentire non potest, vt dicit tex. in l. si tibi. §. vnius de opt. lega. & ideo pupillus præsens pro absente hr l. pupillus. ex quib. caus. in poss. ea. vnde cũ pupillus non possit cõtrahere societatem expresse l. & in condictitionibus. ff. pro socio pariter nec tacite contracta videtur, vt not. Angel. in consi. lx. morte dicti filij in prin. no. Bar. in l. Titium & Meuium. §. altero, de administr. tut. col. ij. in l. si patruis. col. fin. C. commu. vtr. iud. de quo dixi in consi. xxi. Roma. consil. 413. quo ad primum. in 6. dub. And. Sicu. in consi. xxxi. col. ii. lib. i.

Et regula intelligitur quantum ad hoc vt pupillus nõ obli-
3 getur, † sed respectu iniuriæ, quæ sibi infertur, pupillus pati dicitur, vt agere posit actione iniuriarum. l. illud. supra de iniur. alleg. in glo. vbi dicitur, quod pupillus dicitur pati iniuriam, licet illam facere non posit. Et prædicta habent locum, nisi pu-
a pillus [a] sit proximus pubertati. quia tunc obligatur ratione furti, & iniuriæ. l. pupillum. infra eo. de quo ibi videbimus.
4 Vltimo † etiam pupillus dicitur pati quantum ad primum decretum quod contra ipsum interponitur, si non defendatur. in l. apud Iulianum. §. si. supra ex quib. cau. in pos. ea. in l. si pupillus. de priuile. credi. de quo Roma. in consi. 454. in re præsenti. no. Bar. in l. j. §. sufficit. supra de admi. tut. circa fin.

a Pupillus. Ad. de eundem. & quæ ibi posui in apostill. in l. fere in omnibus. supra eo.

## In §. Vbi verba. Argumenta.

1 *Alternatiuam ad sui ueritatem requirit alterutram partem esse veram.*
2 *Copulatiua utrunque copulatorum requirit esse verum.*
3 *Verba si nec coniuncta sunt nec desiuncta qualiter sint accipienda.*
4 *Punctum loco copula habetur in oratione soluta.*

Vbi

*VBI verba coniuncta non sunt, sufficit alterutrum esse factum.*

AD declarationem tres conclusiones firmari possunt.
Prima, † quod in alternatiua [a] sufficit alterã partem esse ve- 1
ram, vt in regu.in alternatiuis.de reg.iur. cum si.vt dixi in c. a
inter cęteras.de rescrip.in iii.no.
Secunda conclusio, † quod ad verificationem copulæ requiri- 2
tur concursus copulatorum.l.si hæredi plures.de condit.insti.
cum simi.vt dixi in cap ii.col.iiij.de rescri.
Tertia conclusio videtur secundum regulam hic.† quod vbi 3
verba non sunt coniũcta nec disiuncta, ex mente pronuntiantis vel disiuncta vel coniuncta accipiuntur, vt dicit tex. in l. alienationis verbum.§.fi. de verb. sig. & si de mente pronunciantis non apparet, sufficit alterum fieri, vt hic dicitur. Et ad hoc facit, quia in obscuris, quod minimum est, inspicitur supra cod.l.semper. & not.per glo.hic.
Contrarium tenet glo.in l. alienationis.præalleg.§.fi. quæ dicit, quod in dubio coniuncta præsumitur, per l.triplici.§. videamus.de verb.sig.vbi ponitur, quod † in oratione soluta punctus 4
est loco copulæ [b] not.per gl.in l. pretia rerum. ad leg. Falci. b
cum si.vt tradit Alex.col.ij.in l. placet.in fi.C. de sac.san.ecc. Imo.in l.cum testamento.§.hæc verba.in fin. supra de hære. inst.in l. si ita quis.post Ang.eo d.tit.
Sed potest responderi quod ibi in d.§. videamus.constabat de mente propter subiectam materiam. & aliter respondet Dy. in reg.in alternatiuis.in fin.cod.tit.in vj.& no. Bar. in l. stipulationes non diuiduntur.in vii.col.de verb.oblig.& in l.re coniuncti.in iij.oppo.de leg.iii.

a Alternatiua. Adde Feli. in c. inter cęteras. colum.fi.hic alleg. qui ponit regulã cum suis fallen. Dy.& Doct in reg.in alternatiuis.hic alleg.& ibi eius addi. super ver. satis. & ẏ.adimpleri. & circa not.qõ. quam ponit do. Phili. in d.c.inter cęteras.ver. postremo adde Ias.in l.si se non obtulit.§. si ex conuentione. in ii.col.in ver.tenendo tantum. supra de re iud. Hie.Cuch.

b Copulę.Dec. in rub. in prin. supra si cer. peta.lect.j.

## In §.Mulieribus. Argumenta.

1 *Mulieribus quando subueniendum.*
2 *Deceptis subuenitur non autem decipientibus & nu 3.*

*MVLIERIBVS tũc succurrẽdũ est, cũ defraudant̃, non † ut facilius calumnientur.* 1

AD idem text.in l.ii.§.verba itaque ad Velleia.alle. in gl.ibi. † mulieribus deceptis, non decipientibus iura opitulãtur. 2
Adde tex. in l.si sine.in l. fœminis.C.ad Velleia.in l. si decipiendi supra ad Velleia.facit tex.in l. si in alterius C.si mu.fe ma.di. & in l. si probaueris.C. si res alie. pig. da. sit. † Et 3
generaliter dicitur quod deceptus, & non decipientibus iura subueniant, c.cum vniuersorum, de rer. perm. in cap. inter dilectos.

lectos, de don. not, Ange. in consi. clx. domina Catharina. colū. penul. & quod not, Fulg. in consi. lxj. domina Catharina. col. fi. Alex. in consi clxx. viso processu. colum. penult. in versi. plus dico. lib. 4. Et facit quod not. Gulie l. de Cun. in l. qui iurasse. in prin. supra de iureiuran. limitandum illum text. cum si, vt tradit ibi Alex. Et limita d. l. si in alterius. vt per Rom. in consi, xij. viso facto, col, fi. versi. respondendum est breuiter.

## In l. pupillum. Argumenta.

1 *Pupillus quando dicatur pubertati proximus.*
2 *Doli capaces qui præsumantur.*
3 *Pupillus pubertati proximus pro furto & iniuriis tenetur.*
4 *Pubertati proximus ex delicto & iuramento obligatur.*
5 *Pubertati proximus ne ad pias quidem causas testari potest.*
6 *Testari potest pubertati proximus si statuto inducatur.*

### REGVLA CXI.

PVPILLVM *qui proximus sit pubertati, capacem esse & furandi & iniuriæ faciendæ.*

VIDENDVM est de duobus. Primo quando dicatur pupillus proximus bubertati, Secundo, in quibus casibus ex delicto teneatur.

1 Circa primum dicit gl. hic, † quod masculus a x. anno. cum
a dimidio supra dicitur proximus [a] pubertati, in fœminis: in no-
b nono [b] cū dimidio, vt etiam not, per glo. instit. de inuti. stipu. in .§. pupillus. in versi. proximus. & in l. prima supra de noua. in glo. fin. & Barto. ibi sequitur, & ita communiter tenetur, vt dicit Angel. Aret. in d. §. pupillus. idem glo. in. §. in summa. in ver. sicu. proximus & ibi Aret. institu. de obligatio. quæ ex delict. & Bald. idem tenet in l. si quis in tantam colum. 2. C. vnde vi. Non ommitto tamen quod Salic. in l. impunitas. C. de pœnis. declarando dicit verum esse quod dicitur de proximo pubertati habito respectu ad infantiam, quia minus distat a pubertate, quam ab infantia. Sed per hoc non infertur quod sit doli capax, & ideo secundum eum cum non sit hoc determinatum a iure, arbitrio iudicis committitur l. prima. ff. de iur. delib. & idem Anto. de But. in capitulo attestationes de desponf. impub.
2 Abb. refert in capitu. continebatur de desponf. impub. † Et doli capaces sunt qui sunt prope pubertatem, vt dicit text. in l. apud Celsum. §. si quis non tutor ver. denique Iulianus de exceptio. doli, Et cum hoc non sit declaratum, arbitrio iudicis relinquitur

a Proximus. Iaso. auth. tacremēta puberū C. si aduer. vendi. l. properādū. §. & si quidem C. de iudic. Soci. l. j. §. adipiscimur, de acquir. poss.

b Nono. Sed quod solum in semestri ante pubertatem, tenet Io. Igneus late l. 1. §. impubes nu. 10. cum sequen. supra ad Sillan.

linquitur, vt concludit Ioan. de Ana. in capitu. i. de delic. pue. & hoc facit, quia etiam proximus infantię potest esse doli capax, imo etiam infans, vt not. per glo. in d. cap. j. de delict. puero. & Abb. ibi, & in hoc tota vis consistit, ideo cum in hoc certa ætas firmari non possit, debet arbitrio iudicis declarari. Et ad idem facit, quia text. hic cum simil. loquuntur de proximis pubertati simpliciter. ergo debent intelligi simpliciter, & non respectu infantiæ. & ad hoc facit quod not. Bald. per illum text. in l. ex. cipiuntur, supra ad Silla. vbi inquit, quod illa distinctio de proximo infantiæ vel pubertati, non haberet locum in delictis atrociter puniendis, quia tunc ille dicitur proximus pubertati, qui parum distat a pubertate, per illum text. Sed certe ratio Bald. videtur pariter in casu nostro procedere, quia text. etiam simpliciter loquitur de proximo pubertati, ibi; qui proximus sit pubertati, & eodem modo alia iura loquuntur, & cum ista proximitas non sit determinata, cōsonat quod arbitrio iudicis intelligatur, per supradicta.

Circa secundum regula hic ponitur, † quod pupillus proximus pubertati obligatur pro furto & ratione iniuriæ, & idem dicitur in l. impuberem. supra de fur. & gloss. ibi dicit idem esse in quolibet delicto. facit text. in l. non excipiuntur supra ad Sillan. & not. per gloss. & Barto. in l. si quis in tantum. C. vnde vi. 3

Et ista distinctio etiam adhiberetur, & in contractibus: vt probatur in §. pupillus. instit. de inuti. stipu. not. per gloss. in l. i. supra de noua. declarando, vt ibi per Barto. & Ange. Aret. in d. §. pupillus. Sic etiam proximus cingendus habetur pro cincto. l. penult. de testa. mili. Sicut proximus ad pubertatem habetur pro pubere.

Et per istum text. cum similibus in quibus dicitur † quod proximus pubertati obligatur ex delicto, pariter infertur quod obligetur ex iuramento: [a] vt not. Bartol. in authentic. sacramēta puberum. C. si aduer. vendi. cum simibus vt tradit Alexand. in l. qui iurasset in principio de iureiurand. & late Modern. in authentic. sacramenta puberum, & hoc communiter tenetur secundum Abb. in consilio xxxix. duo sunt in libro primo & idem Abb. in consi. cviij. illud in effectu lib. secundo Fulgo. consi. ccxxviij. 4 a

Adde tamen quod ista æquiparatio de proximo pubertati ad pupillum non semper procedit, patet, quia licet pubes testari possit l. qua ætate. de testament. † tamen proximus pubertati non potest testari etiam ad pias [b] causas, vt not. Barto. in l. prima in secunda quæstione de sacrosanct. eccles. cum similibus vt late tradit Andre. Sicul. in consilio 58. libro primo Aretin. in dicta l. fina. in fin. C. de testamen. mili. Benedict. Capra consilio 85. cum viso, & Philip. Franc. in rub. de testamen. in sexta in 3. quæstio. Et aduertendum est, quia in pupillo proximo pubertati videtur quod possit dispensari. [c] vt no. Ang. & Alexan. 5 b c

a Iuramento. Non sequitur, sed potius sequitur, quod puniēdus est si temere iuret, & huic morbo assuefiat. nam & hoc plane delictum est, & diligenter curanda est disciplina morū etiā in iunioribus a rectoribus Reip. ut p Arist. Poli. li. 8. male ergo inferunt Doct. de obligatione pœnę suæ coercione pro ætatis modo, ad ciuilem vel aliam obligationem. alioquin æque colligi posset, quod si obligari potest ex delicto ergo ex cōtractu, quod est falsum.

b Pias. Idē no. Ias. in l. rescri. C. de prec. imp. offe. col. fin.

c Dispensari. Adde Iaso. in l. rescripta. C. de prec. impe. offe. col. fin. in vers. cōcludendo puto, & cętera.

xan.in l.fi.C.de testa.mil.& secundum Barto.in l.si quæramus
6 supra de testa.valet statutum, † quod proximus pubertati possit testari, de quo Andr.Sicu.in consi xix.col.vj.lib.i.

Vltimo not. quod licet pupillus obligetur ex delicto, tamen pœna mitigari debet, vt dixi supra in regu. fere in omnibus supra eod.

## In §.In hæredes.Argumenta.

1 *Actiones pœnales quot modis extinguantur.*
2 *Cadauer ad furcas suspendere non licet.*
3 *Hæres non tenetur ex delicto defuncti, nisi de eo quod ad se peruenit.*
4 *Pœna iure ipso imposita defuncto transit ad hæredes.*
5 *Lite cum defuncto contestata, transit processus ad hæredem.*
6 *hæres quibus actionibus teneatur ratione hæreditatis.*
7 *Pœna quando in hæredem transeat lite non contestata.*

*IN hæredes non solent actiones transire, quæ pœnales sunt ex maleficio: ue. uti furti, damni, iniuriæ ui bonorum raptorum.*

Ad idem tex.in.§.non autem omnes insti.de perpe. & temp.
1 act.& in l.j.supra de priua.delic. & ad hoc facit, † quia p mortem, delictum & pęna extinguuntur l. defuncto. de pu. iud.l.in senatus.§.si propter mortē, supra ad Tertul. & in l.fin.C.si reus vel accus. mor.fue.& ideo post mortem quis accusari non potest secundum Dyn. in cap. quorundam cum simi. ibi alleg.in gloss.
2 † vnde non est licitum cadauer mortui ad furcā suspendere, vt
a dicit Ange.in l.secunda [a] versicu. vltimo scias. C.qui testa.fac. pos.post Pet.& Cyn.ibi.

Et idem Angel.in l.defuncto. dicit, quod erant assessores qui in defunctos faciunt executionē pęnæ capitalis, & quod caueāt, quia possent conueniri in syndicatu, tanquam inferentes iniuriā cadaueri.l.i.§.quoties supra de iniur.

Et idem Ang in l.fi.C.si reus vel accu.mor.fue.in prin.& sequitur Imol.in l.qui a latronibus.§.si quis.col.v.de test.& idem tenet Bald.in l.j.col.j.C.ne ex delict.defun. cum simi. vt tradit Alex.in d.l.ii.col.fi.C. qui test.fa.poss. Ang.Areti. in tract.malefi.in ver.qui iudex videns.col.vi.

3 Et regula ista limitatur † primo non procedere in eo quod ad hæredem ex delicto defuncti peruenisset, quia pro eo tenetur hæres, & conueniri potest. l. in hæredem, supra de calum. l.in

a In l.secunda. Vbi post Alex. vide late Ia. in ij.not.qui ponit etiam casus in quibus cadauer potest puniri.& Hip.de Marsil. in l.fi.in vj.col. in ver.item crimina.supra, de quæstionib.

l.in hæredem, supra de dolo, cum simi. alleg. supra in regu. sicuti pœna. supra eod.

Et ratio ibi naturalis allegatur, quia sicut hæres non tenetur ad pœnam ex delicto defuncti, ita pariter ex tali delicto lucrari non debet.

Et quia solum consideratur quod hæres non lucretur, pro eo quod ad eum peruenit, datur actio in factum, & non actio quæ sonet in delictum. l.j.§.fin.de vi & vi arma. in l.j.§.fin. supra vi bon.rapt. vbi pro eo quod ad hæredem peruenit non datur actio vi bonorum raptorum, quia putauit prætor sufficere condictionem ad istum effectum ne hęres lucretur. Et sufficit ad hęredem peruenisse, quia tenetur, licet illud consumpserit. l. videamus supra quod met caus.

Et tali casu obligatur etiam hęres hæredis, dato quod ad eum nihil peruenerit, vt est text. nota. in l. videamus. quē ad hoc An. dicit singu. & in d.l.j. in fin. ne ex delictis defunct.

Secundo † regu. fallit, si pœna ipso iure defuncto imposita sit 4 quia tunc transit ad hęredem. vt not. Bart. in dicta l.j. de priua. delic. per l. Caius supra ad Sillan. & in l. commissa. de public. & idem Angel. in dicta l.j.C. ne ex delic. defun. col.j. versicu. addo tibi alium casum. alleg. etiam l.fin. supra de his qui mort. sibi conosci. & idem Bal. ibi alleg. c.j. de homic. in vj. ad idem text. in l.iii.§. quod autem, & ibi Barto. supra quod quisque iur. Et hoc limitatur, vt per Imo. in c.fi. col. viij. de dona.

Tertio fallit, † si lis contestata sit cum defuncto. d.l.i.C. ne 5 ex delic. & in §. pœnales. insti. de perp. & tem. act. & not. Barto. in d.l.i. de priua. delict. vbi rationem adducit. Et hoc procedit in actionibus ciuilibus quę dantur ex delicto, † secus est in cri- 6 minalibus & publicis iudiciis, in quibus hæres non tenetur nisi data fuerit sententia. l. ex iudiciorū supra de public. iud. no. Bar. in d.l.j.C. ne ex delic.

Quarto regula intelligitur quando pœna imponitur per modum agendi, secus si per modum excipiendi, † quia tunc pœna 7 transit in hęredem etiam lite non contestata. l.iii.§. quod autem supra quod quisque iur. secundum vnum intellectū. & not. Ang. in d.l.i. ne ex delict. defenct. col. ii.

Quinto regu. procedit de iure ciuili. Secus est de iure canonico. [a] cap. fi. de sepul. vbi glo. & in cap. in literis. de rapt. vbi gl. a de quo late ibi insistit Ioā. de Ana. qui omnes alios refert. & ad. de domin. in consi. iii. super dubio præmisso.

Et de successore in benefic. not. Cardi. in cons. cxxxiii. pro discussione. in princ. & aliæ limitationes colliguntur ex doctrina Bart. in d.l.i. de priua. delict. & Angel. qui etiam plene loquitur in d.l.i.C. ne ex delict. defun. & tradit Ang. Are. in d.§. nos omnes autem. insti. de perpe. & tempo. actio. & Ioan. Bertac. in trac. suo de gabel. in iiii. lib. col. pen. & fin.

a Canonico. Pet. de Anch. c. peccatum. de regu. iur. in vj. cōsil. 411. colum. j. Alexā. consi. 4. colum. x. lib. ij. Bertac. trac. gabella. par. ij. qō. xxij. Iasl. l. si eū. §. q iniuriarum in fi. col. j. supra si quis cau. Tamen Panor. ī d. c. fi. de sepult. & in repet. c. ecclesia. col. 8. de constitutio. sequitur ius ciuile dicens canonicum non differre, & bene dicit, sed male intelligit, accipiens ius ciuile vt acten' oēs intellexerunt. Sed quod noue dico, has leges ciuiles de non transmissione actionis ex delicto de pœnalib' intelligēdas, nō autem de rei p. secutorijs. ut suo loco plenius dixi. Et idē quod Panormi. sentit. Carolus Ruin. consi. xx. lib. 4.

## REGVLA CXII.

NIHIL *interest, ipso iure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur.*

De ista regula, dictum fuit in regula, non videtur cepisse.

## In l. In toto. Argumenta.

1 *Pars cum toto dupliciter consideratur.*
2 *Totum vniuersale qualiter se habeat ad partem subiectiuã.*
3 *Plebs à populo differt, veluti species à genere.*

## REGVLA CXIII.

a *In toto, & pars a continetur.*

b Eadem regula b habetur in regula in toto eod. titu. in vj. cum simi. ibi in gloss. allegatis & facit regula infra eod. semper in generalibus specialia insunt.

Et hoc proprie. l. si quis cum totum in princip. vbi Socin. Et hoc idem dicit Bald. de specie contenta sub genere. in l. ij. C. de iure aur. annul.

1 Et ad declarationem regu. no. quod † pars & totum considератur dupliciter, vt not Barto. in l. si mater. §. si inter. de excep. rei iudica. Quædam est pars integralis & totum integrale Quędam est pars subiectiua, alia quantitatiua & eodem modo totum vniuersale, & totum integrale & pars integralis est, prout in domo quæ constat ex solo, pariete & tecto. l. cum qui ædes supra de vsucap.

Et eodem modo in vsufructu qui dicitur pars integralis fundi quia proprietas cum vsufructu facit plenum dominium, vt not. per gloss. in l. recte dicimus de verb. sig.

2 Et per gloss. & in l. tertia. supra de vsufruc. † Totum vero vniuersale & pars subiectiua dicitur, prout est genus & species quo casu posita specie ponitur genus, sicut si dicatur, est homo, ergo est animal. non sit in toto integrali, quia ad positionẽ partis non sequitur totum, vnde posito pariete, non sequitur domus & posito vsufructu non sequitur ergo dominium, vt nor. per gloss in dicta l. recte diximus not. Barto. in dicto. §. si inter & latius Bar. in l. re coniuncti coll. iiij. versi. iiij. dubitaui. de leg. iij. & in l. qui vsumfructum de verb. obli.

Et hoc modo declaratur text. institu. de iure natura. §. plebs,

a Pars. Idem econtra quando qualitas adiecto conuenit toti, & quando nõ, possumus dicere q̃d magis d̃ una parte videatur intellectum, quam de altera, vt incertitudo vitetur tex. est cum glo. in l vxori. in prin. supra de leg. iij. Hie. Cu.

b Regula. Fallit posito alternatiua integrale vel quantitatiuũ, & suam partem l. j. secundum lecturam secundã & ibi Bar. Soc. supra de re. dи.

vbi dicit, † quod plebs differet a populo, tanquã species a genere, nam posita specie ponitur genus, et tamen posita plebe non ponitur populus nam ibi loquitur de toto integrali quo casu non valet argumentum, quia plebs nõ est pars populi subiectiua, sed integralis, vt dixi in l. ij. §. j. supra si cer. pet. 3

Et ad regulam hic illa in vtroque toto videtur habere locum quia in toto integrali, domus, paries, & solum continetur, & in pleno domino vsusfructus cõtinetur, & in toto vniuersali generis species cõprehenduntur. l. hoc legatũ. l. si chorus de leg. iiij. l. si ita supra de vsu & habit. & in regula semper in generalibus.

Et regu. intelligitur quod cõtinetur in effectu per viam commoditatis, & non formalitatis. vt dixi supra in reg. in eo. & no. Dyn. in ead. reg. in toto eod. tit. in vj. vide Ang. in d. l. qui vsusfructum, de verb. obli. vbi bene distinguit de toto.

## REGVLA CXIIII.

*IN obscuris inspici solet quod verisimilius est, aut quod plerunque fieri solet.*

Ista regula declaratur in l. in obscuris supra eod.

### In l. Si quis. Argumeta.

1 *Pecuniam accipere & obligatione liberari paria sunt.*
*Simonia remissione debiti põt remitti, sicut in datione.*
2 *Dare & remittere paria sunt.*
3 *Remittens debitũ nõ liquidũ, facere potius quã dare dicit.*
4 *Remissio ob aliam causam non dicitur donatio.*
5 *Remittere loquendo proprie non est dare.*
*Dare quid sit.*
6 *Remittẽs dare dicitur si pecunia nõ fuit solutioni parata.*
7 *Insinuatio requiritur, quãdo ex causa donationis quid remittitur.*

## REGVLA CXV.

*Si qs obligatione liberatus sit põt videri cepisse.*

Et gloss. ponit exemplum in l. qui etiam supra de calum. vel paria sunt, † quod quis pecuniam acceperit, vel obligatione liberatus sit. & adde text. in capitu. veniens el primo de testib. 1
vbi simonia committitur in remissione debiti sicut in datione

2 ne & idem habetur viij. quæstio. iij. capitu. talia. † Et sic paria [a] sunt, dare vel remittere, ad idem tex. in l. si fundum. §. Titio fundum de leg. i. in l. si mulier. supra de condictio. ob caus. not. Barto. per illum text. in l. peculium. la prima in principio de pen.

Et per glo. in l. si interim in ver. donationis vbi Bald. C. de sol. facit text. in l. iij. §. si stipulanti de donatio. inter virum in l. promittendo, §. i. in l. licet in princip. de iur. dot.

Conclusio supra facta intelligitur quando ex tali remissione aliquid acquiritur illi cui fit remissio, prout iura supra alle. loquuntur, secus si nullum commodũ parti acquiratur, ut quia exceptio declinatoria remittatur, vt not. Abb. in c. veniens.

3 Secundo limitatur † quando remissio fit debito liquido: secus si debitum non sit liquidum, sed dubiosum, quia tunc ille qui remittit dicitur potius facere quam dare. vt idem Abb. dicit in dicto capitu. venien. & glos Bart. in l. actione supra de transac. cum simi. vt Alex. tradit in d. l. si mulier.

Tertio limitatur, nisi remissio facta sit de debito pœnali ex delicto: vt declarat Bal. in d. l. si mulier in fin.

4 Quarto † nisi facta sit remissio ob aliam causam, quia tunc non videtur donare qui remittit. vt not. Paul. de Cast. in l. contra iuris. §. j. supra de pact. in versi. item nota.

Quinto & vltimo conclusio declaratur procedere largo modo

5 improprie. Sed † proprie & vere [b] remittere nõ est dare l. Iul.
b de conditio. & demonstratio. vbi conditio [c] dandi. x. hæredi, nõ
c dicitur impleta per acceptionem, sed quasi extiterit conditio legatum debetur & ad hoc facit; quia dare est accipientis facere §. sic itaque instit. de actio. & non verificatur in remis.

Et quandoque licet dare, & non remittere. vt per glo. in cap. statutum. §. contrarium in versi. remissione de rescrip. in vj. quia facilius fit remissio, quam donatio, vt not. Barto. in l. si duo. de

6 verbo. obligatio. † Et ista limitatio procedit nisi pecunia parata fuisset solutioni: quia tunc ille qui remittit, dare intelligitur quia pecunia fingitur sibi data & reddita. l. singularia supra si cert. pet. & ita dicit Paul. de Cast. in dicta l. Iulia per text. in l. si sponsalibus. §. i. in fin. supra de iure do.

Socinus ibi dicit in d. l. Iulia quod illa loquitur in specie debita, quia ancilla ibi erat debita in specie, sed nos loquimur in quantitate pecuniæ, quæ licet sit parata solutioni, non erat debita quia erat debitum in genere.

Sed tamen idem videtur dicendum in quantitate, quia licet illa quantitas non est tamen ex quo erat parata solutioni, videtur producere eundem effectum, quia eius solutione, debitor liberatus fuisset. Aliter tamen concludendum videtur, vt dicamus quod quantum ad factum, remmittere non est dare. & isto respectu conditio dandi, ex remissione pro impleta, habetur, quia vere actus solutionis non interuenit.

a Paria. Matthe. Affl. Deci. Neap. 232.

b Vera. Idem Felyn. in c. veniens el i. de testi. i. colũ. & remittere licẽ nõ ẽ dare, ita Bald. in l. i. C. de bonis mate. in i. col. sequitur Iason in l. si pro fundo. C. de trãsact. pe. colũ. remittere tamen rem vel actionẽ bene est dari. vbi per eos & per Iaso. in l. si mulier. hic alleg. H. C.

c Conditio. adde Iason. in l. si fundum sub cõditione. §. Titio de leg. i.

Sed quo ad effectum videtur ex quo nullum interesse considerari potest inter solutionem & remissionē debiti liquidi, isto respectu remittere videtur dare. & ad hoc facit text. in dicta l. si fundum. §. Titio fundum. vbi conditio dandi quæ debet impleri in forma specifica, dicitur impleta per remissionem.

a Insinuatio. Idem Ioā.Imo. in l. Aquilius in ii.colū. vers. extra glo. adde supra de donat.

7 Ex supradictis infertur secundum gloss. hic, † quod in remissione facta ex causa donationis requiratur insinuatio, [a] & not. Barto. in l. Modestinus supra de donatio. cum simili. vt tradit Alex. in l. si mulier infra de condi. ob cau. & in l. creditori. C. de pact. vbi dicit istam esse communem opin. & dicit Ange. in l. pacta quę contra. C. de pact. quod vidi ita iudicari Perusij. & notat Bald. in consi. ccj. præsuppositio. lib. 3. & in consi. 231. primo & quæritur. eo. lib. 3. & Alexan. in consi. cxxxvij. in causa & lite. circa. fin. lib. 2. Anto. de Canario in tracta. insinuationis, in quæstio. xlvj. & xlvij. & Socin, in d. l. creditori.

NON *potest videri accepisse, qui stipulatus exceptione submoueri.*

De ista regula supra dictum fuit in nō regula, videtur cepisse.

## REGVLA CXVI.

NIHIL *consensui tam contrariū est qui et bonæ fidei iudicia sustinet, quàm vis atque metus quem comprobare, cōtra bonos mores est.*

De metu dictum fuit supra in regula, in omnibus causis pro facto accipitur.

## In §. Non capitur Argumenta.

1 *Ius puplicum est quod commune est.*
2 *Restitutio in integrū non datur nisi duobus cōcurētibus.*
3 *Libellus petitionis in integrum restitutionis qualiter formandus*
4 *Minor quādo citra aliam læsionis probationem restituatur.*

*Non capitur qui ius publicum sequitur.*

IVS publicum, † id est commune & concordat tex. in l. non videtur, C. de in integ. restitu. & l. verum, §. restituitur supra de 1

pra de min. quae iura glo. hic adducit. & not. Barto.in d.l.ve-
2 rum.in.§.sciendum. † duo enim requiruntur vt concedatur re-
stitutio in integrum.l.nam & postea.in.§.si minor supra de iu-
reiuran vbi dicitur.quod non statim ꝙ minor sit, datur restitu-
tio. Sed opus est probare quod laesus sit, & quod si laesus eius
facilitate d.l.verum §.sciendum.

3 Ex his † forma libelli colligitur in petendo restitutionem in
integrum & not. Barto.in l. fin.C.de in integ. rest. in fin vbi
inquit,quod debet narrari quod sit minor & laesus sui facilitate
& non sufficit dicere, quod sit minor laesus, quia libellus non
concluderet,& idem Barto.in d.§. sciendum.non tamen requi-
ritur quod exprimat causam laesionis.vt no.Bar.in l.minor au-
tem §.j.supra de min.

Et secundum praedicta consuluit Ioan. de Ana.consi.xlviij.
circa praesentem causam.& quod not. Abb. in consi.lxxvij.in
4 quaest.colum.iij lib.ij † Nota tamen vnum casum in quo mi-
nor restituitur absque alia probatione erroris & laesionis.vide-
licet quando in causa criminali confitetur maleficium, de quo
non constat aliter quam per confessionem,nam debet restitui,
quia eo ipso apparet de laesione. ita dicit Ang.in l. certum.§.in
pupillo supra de confes.in ver. & ideo dicitur alleg. ad hoc Io.
And. in cap. secundo de rest. in integr. in vj. & dicit esse di-
a ctum not. & quotidianum. & refert Alex. & sequitur [a] in d.§.
si minor.col.pen. & idem Alex.in consi.cxvj.in causa inquisi-
tionis.lib.iij.

a Sequitur. & etiam Iaso. in l. error.in ii.colū. versi.v. limita. C.de iuris & facti ignoran.

## In §.Non videntur. Argumenta.

1 *Error maximè omnium consensui est contrarius.*
2 *Errantis nulla voluntas est, aut consensus.*

## *Non videntur consentire qui errant.*

1 NIHIL enim est † tam contrarium consensui quam er-
b ror.l.si per errorem [b] supra de iurisdi.om.iudi.& error non ha
bet consensum.l.ii.in prin.supra de iudi. quae iura allegata sunt
2 in glo.& † nullus est errantis consensus.l.non idcirco.C.de iur.
& fact.ignor.& nulla errantis voluntas.l. sed hoc ita.de aqua.
plu.arcen.& proprium erroris est approbare falsum pro vero
xxxviij.distin. in cap.quamuis.& errare est aliud pro alio pu
tare.xxii.q.ij.in cap.in quibus.Et ista regula non videtur ha-
bere aliquam limitationem, quia vere non consentit qui errat.
rat.

b Si per errorē. Vbi vide Iaso.in ii.col. versic.nota regulā. & Ale.in prin. & Iaso.in.§. ite si quis.instit.de actio.col.ii.

## In l. Prætor bonorum. Argumenta.

1 *Possessores bonorum in omnibus habentur loco hæredum*
2 *Libellus in hærede locũ habere potest in bonor possessore.*
3 *Libellus quare latam recipiat interpretationem.*
4 *Statuta stricte sunt interpretanda.*

### REGVLA CVII.

PRAETOR *bonorum possessorem hæredis loco in omni causa habet.*

PRO ista regula facit tex. in l. ii. supra de bon. poss. † vbi 1
dicitur, ꝙ in omnibus vice hæredum bo. poss habentur, & iõ
conditio illa, si hæres erit, verificatur in bo. poss. l. conditioni-
bus. §. patronus. de condi. & demon. Et mandatum factum ali-
cui vt adeat hæreditatem, verificatur in bon pos. l. si quis mihi
bona. §. sed si mandauit. de acqui. hære. Et succedentes de iure
prætorio largo modo dicuntur hæredes, vt no. per illum tex. in
l. j. C. vnde liberi. † vbi pp hoc infert ad libellũ qui in hærede 2
loquitur, ꝙ in bono. posses. saluari potest. Et ista conclusio in
libello de plano procedit, † quia libellus late interpretari de- 3
bet vt saluetur, vt no. Bar. in l. sed & si possessori. §. item si iura
uero supra de iureiuran. cum simi. Sed † in statuto quod stricte 4
debet intelligi, esset maior dubitatio. Bar. tamen idem conclu
dit in statuto. in l. j §. bonorum. per illum tex. supra ad Trebel.
de quo ibi Alex. & late Soc. scribit in l. j. supra de vulg. col. iij.
vbi cõcludit post Aret. hoc nõ habere locũ ĩ materia odiosa.[a] 5

[a] Odiosa. Imo. vt per Alcia. l. hæredis appellatione, supra eitu. j. adde Ias. l. i §. bonorum supra ad Treb.

## In l. Creditor. Argumenta.

1 *Creditor ius pignoris remittit q eiusdẽ alienationi cõsentit*
2 *Consensus tunc non præiudicat si actus non valeat.*
3 *Debitum non censetur remissum iure pignoris remisso.*
4 *Priuilegio renuntiare quando quis præsumitur.*
5 *Vxor potest marito pignus remittere.*

### REGVLA CVIII.

CREDITOR *qui permittit rem venire, pignus dimittit.*

1 ET reg.ista intelligitur quod consentiat, †quia creditor
a consentiendo alienationi pignoris, videtur ius pignoris [a] remittere. leg.quarta.§.si in venditione.l.sicut.§.si voluntate supra quib.mod.pign.vel hypo.l.fin.C.de remis.pig.si autem esset pręsens.& non contradiceret, non videretur pignus remittere.d.l. sicut §.non videtur, nisi in quibusdam casibus, vt not.Bar. ibi dicta l.fina.C.de remis.pigno.Alexand.in leg.quæ dotis.circa fi.in prin.supra sol.matri.

a Pignoris.Idē Ias. in l.si fundū per fideicō. mis.col.ix. ver sic. similiter de leg.primo.

Secundo regula intelligitur secundum glo.hic, nisi creditor consentiret cum releuatione iuris sui.d.l.iiii.§.si in venditione. & not.Rom.in consi.xciiii.§.visis his.col.iii.

2 Tertio intelligitur † quando venditio vel alienatio cui creditor consentit, valet, secus si non valet, quia consensus non preiudicat.d.l.iiii.§.fi.quib.mod. pign.& in d.l.debitum.C.de remis.pig facit.l.fi.supra in quib.caus.pig.

Et ad hoc facit, quod remissio facta a parte in compromisso, intelligitur si compromissum habet effectum, ita quod laudum sequutum sit, vt no.Bal.in l.si diuersa.C.de trāsactio.col.ii.ver. ex predictis apparet.cum simi.vt tradit Alex.in consi.xxii.viso instrumento.in prin.lib.i.

3 Quarto regula declaratur, †quod quamuis ius pignoris remittatur debitum tamen non videtur remissum, quia etiam si
b pignus [b] reddatur debitori.non videtur debitum remitti.l.postquam supra de pac.& in no.casu tradit Cuma.cons.xix.quidam nobilis & ratio videtur quia debitor consequitur vtilitatem ex possessione pignoris, vt no.per glo.in d l.postquam.& in ca. ec
4 clesia sanctæ Marię.el ii.vt lit.pend.& facit, quia †ille qui facit actum contrarium priuilegio, nunquam videtur velle priuilegio renunciare vbi potest esse alia coniectura, vt no.Ant. de But. in in cap.accedentibus.de priuileg.colum.secunda ver.& per prædicta.Alex.consi.xxiii.ponderatis.lib.quinto dixi in c.cum accessissent, de consti.

b Pignus.Secus tamen si reddat instrumentū debiti.vt per Ias. i l.seruum filii. §.eum qui. de leg.i.iiii. col. quod qualiter itelligatur, vide nota.dist. Abb. in d.ca.ecclesia Sanctę Marię. in ii.col. versic. reassumendo nunc.&c.

5 Et ista ratione †vxor marito pignus remittere potest, quia non est donatio.l.si pignus.de his quæ in fraud.credi.l.etiam C. ad Velle.l.Lucius infra quib.mod.pign.vel hypo.& not.Bar. in l.i.§.j.eo.tit.quib.mod.pig.

## In l.Non vt ex pluribus. Argumenta.

1 *Debitum esse potest quid ex pluribus causis.*
2 *Contraria eidem subiecto simul inesse nequeunt.*
3 *Meum esse nil potest ex pluribus causis.*
4 *Dominium ex vna causa quæsitum non potest ex alia quæri.*

## REGVLA CXIX.

*NON vt ex pluribus causis deberi nobis idem pōt ita ex pluribus causis idē pōt nostrū eē.*

1 DVO sunt dicta. † Primum est quod eadem res ex pluribus causis deberi potest sed eadem res ex pluribus causis nostræ esse non potest. Et de vtroque dicto est text. in l. iii. §. ex pluribus pe acq. poss.

Et primum dictum limitatur dupliciter, secundum Paul de Ca. in d §. ex pluribus post. Bar. ibi primo quando causæ ex quibus res debetur essent contrariæ, † quia contraria stare non possunt in eodem subiecto l. ij. §. fin. supra pro em. l. si ancillam supra pro suo. 2

Secundo limitatur si esset causa inualida quia ex illa deberi non potest l. cum res C. de contrahen. empt. est regula communis, quod non videtur in consideratione, quod nullum est leg. quarta.[a] §. condemnatum de re iudic. in l. non putabat. §. non quæ uis de contratab. a

Scdm dictum limitatur † in pluribus causis[b] diuerse tempore conocurentibus secus si eodem tempore concurrant ut no. Bar. in d. §. ex pluribus in 4. opposi. per iura allega. ibi in gl. in l. cum quis peculio supra de sol. in l. si creditori. §. Marcellus. de leg. i no in l. in numerationibus, supra de sol. 3 b

† Et ratio videtur manifesta, quia si dominium acquisitum fuit ex vna causa vlterius ex alia causa acquiri non potest, quia quod meum est vlterius meum effici non potest. §. sic itaque in stitu de actionib. §. si cui fundus versi sed si rem legatarii inst. de leg. & not. in l. si rem meam de verbo. obligar. & ratio ista cessare videtur quando eodem tempore plures causæ acquisitionis concurrunt. 4

Scdo regula in scdo dicto limitatur quādo res facta sit nostra pleno iure alias secus videtur vt dixi supra in re. neque pi.

a L. iiii. vbi plura exempla per Doct. præmaxime I. in l. mora

b Causis. vide Socin. in tract. fallen. in regu. ca. Iaso. in. §. sic itaque hic alle. vbi late post alios & quæ posui in reg. neque pignus hic allegata.

## REGVLA CXX.

*ALIVD est uēdere aliud est uēdenti cōsentire.*

ET ideo † qui prohibetur manumittere non prohibetur manumittēdi consentire l. si pater in fin. supra de manu. Et vendenti non autem consentienti datur remedium l. ii. C. de rescin. uendi. vt not. Bal. in q. xx. 1

† Et prohibitus alienare non prohibentur alienanti consentire vt no. per glo. & Bar. in l. cum pater. §. liberis de legat. ii. vide quæ dix. in c. ii. col. vii. versicu. vigesimus no. casus in fi. de iudi. 2

iud. & no. Bal. in rub. C. de pact. in fi. vbi inquit, quod illud est contrahere, aliud est contrahenti consentire, vnde mulier quæ prohibetur contrahere, non prohibetur contrahenti consentire

3 Limita † nisi esset eadem ratio:[a] quia tunc ille qui alienare
a vel vendere prohibetur, prohibetur etiam consentire, vt not. Bal. & Salice. in l. ii. C. si aduer. donat. vbi loquitur in statuto prohibente minorem alienare: nam etiam alteri ailenanti, non poterit consentire: quia de facili fraus posset fieri, & ita ibi tenet Iac. But. & no. And. Sicu. in consi. xli. col. vii. lib. iiij. & idem And. Sic. in c. presbyterorum. per illum text. iuncto c. præcedenti. de reb. eccl. & in c. peruenit. circa fi. de emp. & vēd. Et facit alia regula quæ infra habetur, in l. cum quis. in princi. infra eo. vbi dicitur, quod qui potest alienare, potest etiam alienanti consentire. Et in ead. l. §. cum autem dicitur, quod qui donare non potest, pariter nec donanti consentire potest, & facit,
4 † quia sicut minor non potest alienare rem immobilem sine decreto, pariter alteri non potest consentire, vt no. Bald. in l. illud. alias in l. si prædium. C. quando decret. opus non est.

Et concludendum est, quod ille qui non potest contrahere, non potest etiam alteri facienti consentire, quando est eadem ratio, alias secus: vt no. Bal. in l. fi. col. ij. in versicu. collige ergo. C. de pact. & vide gloss. in regu. cum quis possit. infra eod. & quæ ibi dicit, resoluuntur in eo quod dictum est, an sit eadem ratio.

a Ratio. De. in rubr. in fi. C. de pac. Rep. ca. ij. col. v de iudi. And. Tiraq. l. si vnquam. in uer. donat. largitus. q. xxj. C. de reuoc. don.

## In §. Refertur. Argumenta.

1 *Actus a parte maiori factus, ad omnes referendus.*
2 *Consensus omnium quando explicite requiratur.*
3 *Consensus omnium in consuetudine non est.*
4 *Concorditer aduerbium quid significat.*

REFERTVR *ad vniuersos quod publice fit per maiorem partem.*

EADEM regula habetur in l. quod mai. r. ff. ad munici. ibi,
1 † pro ea habetur, ac si omnes egerint, & sic hoc procedit per fictionem: vt not. Abb. in c. cum olim. in fi. de re iudica. & alibi etiam habetur quod maior pars reputatur pro toto, vt no Bart. in l. cum delanionis. §. Sabinus. per illum tex. de fundo instr. in l. propter litem. vbi Bal. ff. de excusa. tut. in c. j. §. illum. de resti. spol. in sexto.

Et ratio istius regulæ videtur secundū glo. hic, quia negotia vniuersitatis non possent de facili expediri, si omnes deberent consen-

consentire: vnde quamuis dicatur in aliquo actu de consensu omnium, idem tñ esse videtur de consensu maioris partis, vt no. Bar.in l quicunque.in fi per illum tex. cum gl C. de omni agr. deser.lib.xj.& no.Bal.in l.rescriptum, in prin.per illum tex.supra de pactis. Ista enim videtur interpretatio passiua, quæ etiã haberet locum in materia odiosa, vt not. in l.prima.§.lex falcidia. ff. ad leg. falcid.

1 Et hoc intelligitur, nisi constaret de mente disponentis †quod præcise consensus omnium requireretur, & ita videtur procedere gl.no quæ habetur in cap.vbi periculum.§.idem quoque. in ver.singulis.de elect.in vi.& no.Bal in c.non potest. de re iud. in prin.vbi inquit, quod maior pars attenditur nisi expresse statutum sit, quod omnes debeant consentire, & illi de vniuersitate statuere possunt,[a] quod in aliquo actu omnium consensus præcise requiratur, vt no.Abb.in c.cõstitutus.col.pen.in ver.ex quo notabis de app.† Secus tamen esset in consuetudine quæ non valeret, quod omnes præcise deberent consentire, quia vtilitas ecclesiæ sepenumero impediretur, cum homines facile dessentiant, ita singu.Abb.dicit in cap.i.in not.antepen. de his quæ fiunt a maio.par.cap. a 3

a Possunt.Contrarium tenet Panor.in dispu. super concil.Basiliensi, inci.qm̃ veritas.Alcia.l. collegarum, de verb. sig.

Sed aduertendum est, quia ratio Abb.ita videtur habere locũ in statuto, sicut in consuetudine, & tamen in statuto communiter docto, tenent valere statutum, vt supra dixi. Et ideo quantum ad hoc non videtur differentia inter statutum & consuetudinem.arg.l.de quibus.supra de legi.

Sed probabiliter distingui potest, quod in aliquo vel in aliquibus casibus particularibus valeret statutum & consuetudo, sed generaliter derogando huic regulæ non valeret statutũ, & consuetudo, per rationem gl.hic.& Abb.in d.c.1.& dixi in c.cum omnes.de cõstit.in ii.lect.† & licet statutum a maiori parte videatur factum ab omnibus, non tamen dicitur factum concorditer, quia verbum, concorditer,[b] importat nemine discrepante, vt Abb.concludit contra Cardins.in capi.non potest. de re iudicata, colum penulti.versic.sed dubitari potest, vbi plura iura inducit.& idẽ tenet Cardi.in cle.ne Roma. in ver.eo ipso. in viii.q.de ele.per illũ tex.in ver si hoc cetui concorditer expedire videbitur, & ita declarat ibi tex de elec. dũ ibi dicitur, de electione facta in cõcordia, & ad idẽ est gl.in c.cupientes.in §.ad hec.in ver.cõcordent.de elec.in 6.et ibi Dom.col.ii.cũ si. vt tradit Alex.in l.iurisgentium.§.hodie tamen, supra de pact. 4 b

b Concorditer. Alex.cons.124. nu.2.lib.ij.

Et hoc intelligitur habita relatione ad singulos. Secus videtur, si verbum concorditer ad collegium seu vniuersitatem referatur, vt notabilter Baldus distinguit in dicto capitu.non potest. de re iudicata, & etiam propter subiectam[c] materiam verbum in plena concordia verificatur in maiori parte, vt not. Abb.in d.cap.cum olim, in fine, de re iudica. & de his plenius Felin. c

c Subiectam. Bal.c.si.in fi.de præsumpt. Ant. But.c.ad aures. quod met.cau.

Felin. scribit in d. c. non potest col. pen.

Et pro pleniori declaratione huius regulæ recurrendum est ad ea quæ scripsi in c. cum omnes de constit. & Mod. tradunt in d. l. iurisgentium. §. hodie supra de pact.

## In §. Absurdum est. Argumenta.

1 *Ius autoris si resolutum sit resoluitur ius acceptoris.*

*ABSVRDVM est plus iuris habere eum cui legatus sit fundus, quàm hæredem, aut ipsum testatorem si uiueret.*

Ad idem text. infra eod. in l. in omnibus. §. non debeo melioris conditionis esse, quam autor meus a quo ius in me transit.
1 † Et ideo dicitur quod resoluto iure autoris, etiam ius habentis causa ab eo resoluitur l. lex vectigali supra de pig. in c. primo. §. rursus quib. mod. feud. amit. facit tex. in l secunda C. de pig. in l. debitor. in fi. supra de pig. act. & no. Alexand. in consi. xj. ponderatis his de quib. col. vij. versic. nec potuit. lib. iij.

Et in consi. xxxviii. consideratis his, col. ii. versi. alia ratione lib. ii. & Imo. in consi. viii. in casu præmisso. col. fi. Bald. in consi. cccxxiii. Masfiolus lib. iii. alias est llbr. i. ccclxxi. idem Socin. in consi. lxxxv. viso compromisso col. fi. in prin. Quod limitatur, vt per Bal. in c. j. in ix. notab. de alien. feud. vbi limitat hoc duobus modis. & vide Alexand. in cons. clxxij. alias clxxiii. viso themate. col. ii. lib. ii.

## In l. In iure ciuili. Argumenta.

1 *Conditio quando pro impleta haberi debeat.*
2 *Conditio in vltimis voluntatibus & in conractibus quando pro impleta habeatur & nu. 6.*
3 *Conditio vere impleri debet si testator hoc voluit.*
4 *Citatio requisita in aliquo actu quando consideranda.*
5 *Conditio an habeatur pro impleta, ab eo cuius interest impedita, & nu 7.*

### REGVLA CXXI.

1 *IN iure ciuili receptũ est quoties pẽũ, cuius interest conditione† impleri nõ fiet quominus*

impleat

*impleatur, perinde haberi ac si impleta conditio fuisset, quod ad libertates & legata, & ad hæredũ institutiones perducitur, quibus exemplis stipulationes quoque comittuntur cum per promissorem factum esset quo minus stipulator conditioni pareret.*

EADEM regula habetur in reg. cum stat per eum. eo.
titu. in vj. Et not. † quod reg. habet locum in vltimis voluntati 1
bus & in contractibus, vt hic. & idem est in dispositione statu-
ti, nam ex forma statuti debetur salarium post latam sententiã
si & non stat per iudicem, & ita si protestetur, salarium debe-
tur. vt Rom. concludit in consi. lxxxv. euidenter ostenditur,
& idem Rom. in consi. ccccxxxiij. in eo quo quæritur. colũ.
fin. versi. quo ad tertiũ. Et ad regulam hic concordat tex. in l. in
iure. ciuili [a] de cond. & demon. in l. Labeo. scribit si mihi bi- a
bliotecam. in ff. de contrahen. emp. in l. sed ades, §. fin. in l. qui
operas supra loc. & in l. prima. §. diuus supra de extraord. co-
gni. in l. j. C. de his quæ sub mo. & in l. j. C. de instit. & substi.
in l. in executione. in ff. de verb. obl.

Et ista ratione si partes concordant, aduocato salarium de-
betur, vt no. per glo. in cap. statutum. §. assessorem. in ver. cõter,
de rescr. in vj. & idem Spec. in tit. de solu. §. j. dixi in cõsi. lxx.
Et reg. ista limitatur, † nisi testator voluisset vere conditio 2
nem impleri. quia tunc non sufficit ꝙ pro impleta habeatur, vt
not. Bal. in l. si pater in iij. q. in fi. C. de instit. & substit. & idẽ
Bar. in l. vter ex fratribus. de cõd. inst. in fi. & ad hoc facit tex.
in l. in conditionibus. §. j. de condi. & demon. vbi conditio regu
latur a voluntatibus testatoris, & pariter idem esset dicen-
dum, in contrahentibus, si ita conuenirent quia hic vltima vo-
luntas & contractus a pari procedunt, per istum tex.

Secundo regula procedit quando impeditur ab eo cuius inte-
rest. & hoc intelligitur principaliter, secus si in consequentiam,
secundũ gl. hic, sequũtur Imo. & Mod. in d. l. iure ciuili. de cõd.
& demo. & ad hoc bene facit gl. in d. l. de vno quoque. in prin.
de re iudi. vbi † citatio quæ debet in aliquo actu fieri, solum 3
consideratur in eo de cuius interesse principaliter agitur. & no.
Bar. in l. in diem de aqua plu. ar. cum simi. vt tradit Alex. in d.
l. de vnoquoque. in prin. circa fi.

In quo tamen aduertendum est quia quantum ad validitatem actus satis est, quod ille citatus sit, cuius principaliter interest, Sed quantum ad hoc ꝙ præiudicium inferatur illi qui in consequentiam habet interesse, videtur citatio necessaria saltem per proclama, vt no. Bart. in l. si eo tempore. C. de remis. pig. cum simi.

a In l. in iure ciuili. vbi late Imo. & Socin. & in l. in testa. la. ij. eod. tit. & per Docto. vbi Ias. in ii col. C. de insti. & substi. & in l. i. in executione. §. fi. hic alleg. per Alexan. in consil. cii. col. i. in i. volu. Dec. consil. ccxxix. in fi.

similib. vt per Alexand. in d. l. de vnoquoque. & ideo in casu nostro videtur quod sicut conditio pro impleta habetur quo ad illum de cuius interesse principaliter agitur quando impediuit conditionem, eadem ratione videtur: quod conditio habetur pro impleta quando ille impediuit de cuius interesse agitur in consequentiam, quantum ad illud interesse quod in consequentiam considerari potest, quia eadem ratio omnino videtur.

5 Tertio regula intelligitur, † quando impeditur directo ab eo cuius principaliter interest, secus si per interdictum: vt quia hæres impediuit lucrari seruum qui dando decem erat factus liber. l. 3. §. si quis seruum supra de statu. libe.

6 Quarto † limitatur, nisi natura conditionis sit talis quod impediri possit. exemplum secundum glo. hic, Promitto tibi decẽ, si me viceris. Si ego resistam, & facto meo conditio impediatur, non habetur pro impleta. & idem tenet gloss. in l. in executione. §. fina. in fin. de verbo. obligatio. & hoc intelligitur quando ludendo quis impeditur. Secus si quis recusaret ludere, quia tunc videtur stare per illum, & conditio habetur pro impleta. gloss. in l. si gratuitam. §. fina. de præscrip. verb. in ver. victori. not. Bart. & doct. in l. in executione. §. fina. de verbo. obligatio. & facit quod not. Pau. de Cast. post Guli. de Cun. in l. illud. §. si cuius. de trib. vbi concludit, quod si ego & tu egimus, quod qui minus currit soluat decem. Si tu non vis currere, teneris decem, quia stat per te. & ad prædicta vide quæ not. Bald. in l. prima in x. q. de instit. & substi.

7 † Quinto declaratur, quod conditio pro impleta habetur quantum ad hoc, vt dispositio reddatur pura, non autem quod non teneatur soluere quod semel obtulit, quia tenetur soluere. alias per vim exceptionis repellitur, vt not. Paul. de Castr. in dicta l. iure ciuili. de condit. & demostratione. per text. in l. cui fundus. de conditio. & demonstratio. vbi etiam Pau. de Cast. in fin. post Barto. & alios ibi.

Et hoc intelligitur, nisi dispositio perfectam habuisset executionem, quia tunc non cadit quod res per viam exceptionis retineri possit. l. fin. C. de condi. inser. vbi Barto. & latius insistũt Moder. in d. l iure ciuili. de condi. & demonst.

Sexto limita, vt per Alexan. in l. centesimis. §. si ita stipulatus. vbi Ias. in 3. not. de verbo obligatio.

## In l. Quæ propter. Argumenta.

1 *Necessitas ipsa legi non subiecta legem facere dicitur.*

2 *Necessitas licitum facit quod aliàs esset illicitum, & nu. 3.*

4 *Mulieri non pertinenda fornicatio aut adulterium necessitatis prætextu.*

Mulier

a Legem. Vide aliqua per Iaso. post Alex. & Doct. in l. si ex toto. de leg. i. in ij. colum. versi. vltimo inducitur ista lex, &c. & finaliter vide gl. & ibi Alex. qui eam commendat in. i. colum. in c. quoniã. 48. dist. quę singulariter dicit quod illud quod non est licitum, necessitas facit licitum intelligitur quando reperitur autoritas aliqua approbans ex necessitate illud posse fieri saltem approbatione generali: licet nõ specialiter, alias non est veniendum cõtra l. propria autoritate. de quo vide vltra alleg. hic, Fely. in c. querelam. de iureiur. col. pe. versi. in gl. in ver. necessitate & eũdem in c. cum in ecclesia, de simo Ro. consi. 219. inci. ex themate, & in consi. 118. & p Hip. de Marsi. in l. i. §. praeterea col. 19. vsque i fi. §. & Albe. in Dictio. in versi. necessitas et Ias. in l. Marcellus. §. res q. 2. col. ad Treb. & Girar. de Petra. sã. i sing. c. qđ est finale in ordine vbi multa congerit per duas col. H. C.

b Tollit Bald. l. i. C. de nau. fœn. Ang. cons. 54. Hip. Marsi. l. vnica. nu. 23. C. de rapt. vir. Fran. ripa. tracta. de peste fo. lio 42.

5 *Mulier brevita occidi licite potest adulterio autem violari non debet.*

## REGVLA CXXII.

QVAE *propter necessitatẽ recepta sunt, nõ debent in argumentum trahi.*

SCRIPTVM est, † φ necessitas non habet legẽ; [a] sed ipsa legem facit quæstio. i. in cap. remissionenam. de conse. dist. i. in cap sicut in cap. quanto de consuet. in cap. 2. de obser. ieiun. in cap. si quis propter necessitatem de furt in l. qui potuerunt supra de manu. testa. cum similib. vt late Roma. tradit in l. si vero. §. de viro in 54. fallen. fol. mat. vbi 38. medijs hoc probat. Et Alb. in l. i. in fin. de offi. consu. & in l. i. in princip. C. de pa. qui fil. distrax. Et Lucas de Pẽna in l. curiales. de decur. li. x. & not. gloss. per illum text. in l. prima supra de offi. consu. in auth. vt hi qui obliga. §. pen. in ver. necessitatis. † Et quod non est licitum lege: necessitas facit licitum. capitu. quod non est, de reg. iur. facit text. in capitu. licet de fer. in l. i. §. i. de of. eius & in l. diuus Pius. de pet. hær. cum simi. vt Andr. Sicu. tradit in cap. i. de pig. & Feli. in c. cum accessissent colum. viij. versi. tertio restringitur de consti. & in c. 2. colũ. fi. de spon. Et adde text. in l. Cæsar. de publi. & Feli. in c. significauit de Iud. in fi. 1 a 2

† Et prædicta procedunt durante necessitate, alias secus d. l. i. de off. eius. nam quod pro necessitate statutum fuit cessante necessitate tollitur [b] i. questio, quod pro necessitate cum simi. vt dixi in cap. cum cessante de app. vnde quod statuitur prætextu necessitatis, illud debet tolerari quatenus durat necessitas, vt Barto. in l. i §. nuntiatio col. i. de opert. no. alleg. l. i. in fin. de fer. & l. senatus de offi. præsi & istud est quod hic dicitur, quod recepta propter necessitatem, non trahuntur iu argumentum. Item excusatur quis a casu necessitatis, nisi culpa procedat casum in l. si fideiussor. §. si necessaria, qui satisdat. cog. cum similibus ibi alleg. in gloss. 3 b

† Vltimo notandum est, † quod prætextu necessitatis turpitudo adulterij vel fornicationis non permittitur mulieri, l. palam §. non est agnoscendum, supra de ritu. nup. secus est in furto 4 5

φ pro

a Permittitur. Intantum quod etiam in foro iudiciali non erit puniendus. secundũ Abb.in d.c.si quis propter necessitatem. Sed aduerte ad l.palam §. non est ignoscendum, quia loquitur quãdo mulier eligit vitam turpem p̃textu paupertatis, pseuerando in dicta turpitudine, vt probatur in vers.vitã non tñ loquitur quod extrema necessitate famis coacta sibi promisit per fornicationem, nam tunc videtur quod possit, non per regulam traditam ibi p Docto, quod tẽpore necessitatis omnia sunt cõmunicanda, vt in ca. discipulos de cõsecra.disti.v. & sic cum humana creatura non veniat ĩ fructu, vt in.§.i pecudum. de re. diui. non sit communicanda, sed per aliã reg. quod necessitas non habet legẽ.j.q.j.ca.remissionẽ de cõsecr. dist.v.cap. sicut l. q potuerunt. de manu. test. & sic quod illicitum est, necessitas faciet licitum, nam propter, necessitatẽ quis excusatur, puta potens mihi mandauit qđ occidam Titium. alias quod me interficiet, si occidã sum excusatus vt satis remissiue p do. Phil.infra in l.is damnum §. eius vero eo. & cognita si posset dici in casu nostro, non reperitur autoritas aliqua approbans hoc posse fieri ex necessitate saltem approbatione generali quæ requiritur ad hoc vt procedat.illud quod regulariter dicitur, quod illicitum necessitas facit licitum secundum glos.in c.quoniam.48.dist. quam supra in j.apostil. commendaui.Hie.Cu.

a quod propter necessitatem, permittitur [a] d.c.si quis propter necessitatem de furtis & gl.ibi rationum diuersitatis adducit.

Et ratio videtur, quia mediante furto, immediate prouidetur necessitati famis, non sic videtur in coitu illicito, quia ex illo fames non sortiatur. & facit quod no. Bal.in l.fi.C.si contra ius
6 vel vtil.pub.vbi inquit, † quod licet mulier bãnita occidi possit, tamen adulterari non potest de cuius dicti veritate dixi in c. quæ in ecclesiarum.de consti.col.vj.

## In l.Cui ius est. Argumenta.

1 *Donatio & venditio inter alienationis species numerantur.*
2 *Alienatio fieri etiã dicitur si res in emphyteusim cõcedatur.*
3 *Emphyteuta rem emphiteuticam vendere non valens domino irrequisito donare poterit.*
4 *Donatio prohibita dicitur, si venditio prohibeatur.*

### REGVLA CXXIII.

*CVI ius est donandi, eidem & vendendi & concedendi ius est.*

1 Nam † donatio & venditio sunt species alienationis.c.nulli, de reb.eccl.nõ ali. sit per donationem, quia illa absolute facta videtur & nullam habet recompensationem, sicut in venditione contingit, vbi pretium venditio debetur, & ideo bene dicitur, quod ille qui habet potestatem donandi, & vendendi potestatem haberi videtur, & pari ratione videtur habere potestatem concedendi rem, puta in emphyteusim vt gloss. hic dicit quia etiam talis concessio alienatio dicitur.d.c.nulli.

Et ista regula videtur procedere subsistente eadem ratione, declarando vt dixi, secus est stante diuersitate retionis, prout contingit in l.fina.C. de præd.cur.libro ventesimo vbi conceditur

tur ius donandi decurionibus, & tamen istis non datur facultas vendendi, quia facilius inducerentur ad vendendum, quam ad donandum, vt in dicta l. fin. habetur & not. per glo. † & ista ratione emphyteuta licet non possit vendere domino irrequisito, donare tamen potest, vt no. per glos. & Doc. in l. fin. in ver. vendere de iure emphy. de quo Alex. cõsi. cxx. visis narratis. lib. 3. 1

Sic etiam † econtra, prohibita venditione videtur prohibita donatio, vt no. per glo. in l. ii. C de vsuca. pro emp. vbi Bart. & idem Bar. in l. voluntas per illum tex. C. de fideicõ. & hoc procedit quando est eadem ratio, secus si sit diuersa, vt not. Paul. de Cast. post Sali. in d. l. voluntas. 4

## REGVLA CXXIIII.

POENALIA *iudicia semel accepta, in hæredes transmitti possunt.*

Ad idem tex. in l. omnes pœnales, supra de actio. & oblig. in §. pœnales institu. de perpe. & temp. actio. cum simi. alle. glo.

## REGVLA CXXV.

C*VM quis possit alienare, poterit & cõsentire alienationi. Cum autẽ donare nõ cõceditur, probandum erit nec si in donationis causa cõsenserit, ratam eius uoluntatem habendam.*

De ista regula, dictum fuit, supra in l. aliud est vendere.

## REGVLA CXXVI.

QVI *rẽ alienã defendit, nunquã locuples habetur.*

De ista regula dictum fuit supra in regula. in eo. §. nemo. alienæ rei.

## In l. Non videntur. Argumenta.

1 *Dare est dominium transferre, & accipientis facere.*
2 *Dare verbum variis capitur modis.*
3 *Venditor in genere ad dandum tenetur.*

Re-

## REGVLA CXXVII

*NON videntur data quæ eo tempore quo dantur accipientes non fiunt.*

1 NOTA † quod dare, est dominium transferre & colligitur
a ista regu.in l.vbi autem.§.fin.in fin. de verb.obli.in.§.[a] sic itaque.insti.de act.quæ iura alle.sunt in glo.facit tex.in l.si in prin. supra de condi.ob cau.& præcise verbum dare, importat dominij translationem, vt dicitur in d.§.fi.ibi, omnino & ibi quoquo modo, adeo quod etiam ex volũtate partium hoc non alteratur,
2 vt concludunt Alex. & Mod.contra gl.in d.§.fin. † quandoq; tamen verbũ dare, improprie accipitur, propter qualitatem personæ in qua translatio dominij non potest habere locum.l.Mæuius de condi.& demon.l.si quis ita.§.pe.supra de sta.lib.

a .§.Vbi videas late docto. præmaxime, Iaso. in 3. & 4. colũ.

Quandoque etiam improprie ponitur ex natura contractus, nam si vendo fundum, & promitto dare, intelligitur tradere secundum glo. hic stipulatus supra de vsuris, quia qui vendit, non habet necesse fundum emptoris facere.l. si ita distrahatur.§.j.de contrahen.empt. & venditor solum ad tradendum obligatur.l.1. supra de act.emp.l.exempto.§.j.eod.tit. & hoc in venditore, secus est in emptore qui tenetur dare pretium d.l. ex empto.infra verb.nummos autem & ratio videtur, quia venditor in genere
3 ad prætium tenetur ideo Barto. ibi infert idem esse in venditore generis qui ad dãdum tenetur de quo aliter dixi in l.ij. in prin. in vltima conclusione supra si cer.pet.

## In §.Qui iussu.Argumenta.

1 *Iussu iudicis excusat à dolo.*
2 *Iurans soluere certo tempore, excusatur si per iudicem impediatur.*
3 *Spoliatus per iudicem, non restituitur.*
4 *Præceptum iudicis quando excuset facientem.*
5 *Iudicis præceptum non ligat extra iudicis officium.*

*QVI iussu iudicis aliquid facit, nõ uidetur dolo malo facere, quia parere necesse habet.*

1 Noto † quod qui facit iussu iudicis, excusatur a dolo, quia

a Posſidet. Vbi late Mod. & maxime Iaſ. qui plures quęſt. ponit in materia iſta. & regulariter iudicis autoritas excuſat a pœna, de quo Soci. in ſuo tract. fallen. in reg. cij. fol. 30. & ſatis remiſsiue per addi. Dy. in reg. quod quis mādato. hic alleg.
b Excuſet. Adde tñ quod autoritas iudicis non excuſat, quin attentata pendente appellatione reuocentur ita do. Phil. in conſi. cc. incip. in caſu propoſito. in princ.
c Ne ſoluat. Excuſabitur ēt a periurio, ſi tē- poris facta ſit ꝓ rogatio, vt per do. Phil. cap. de cauſis. de off. de- lega. iiij. colū. in prin. & in c. prę terea. de appell. col. j. in fin. ver. ſucceſsiue &c. quid. n. in com- penſatione. Ioā. Fab. in. §. in bo- næ fidei inſtit. de actio. tenet quod ſic, de cu- ius veritate ibi per Iaſ. col. xij. in fin.
d Spoliatus. Vi de eundem do. Phil. in reg. fa- ctū a iudice in- fra eod. vbi de- clarat qualiter hoc intelligitur & do. Iaſ. in l. iuſte poſsidet. de acqui. poſſ. in prin. & eundem do. Phi. in c. cō- ſultationibus de of. deleg. in iiij. not. & in conſi. excj. incip. in cā quæ agitat. col. quinta in fin. & conſil. xxx. in caſu propoſito in princ.

neceſſe habet facere, facit text. in l. iuſtę poſsidet [a] de acquiren. a
poſſeſsio. & quod ibi Alexand. poſt Pau. de Caſtr. & vide reg.
quod quis mandato. eod. titu. in vj. Ad idem quod iuſſus iudicis
excuſet, [b] eſt text. in l. ſi quis id quod. §. doli. de iuriſdictio. om. b
iudi. vbi gloſſ. in l. ait prætor. §. primo in verſicu. quid tamen de
mino. vbi gloſſ. iura concordantia adducit. Ad idem text. in l.
quanquam in princip. vbi glo. ſupra de aqua plu. arcen. & adde
text. in l. mulier. §. fin. de lege commiſ. & ibi eſt text. pro dicto
Albe. ī l. ſi quis id quod colum. ij. vbi inquit iuſſu iudicis ex cau-
ſa iuſta præcipientis ne ſoluam, non incurro pœnam ad quam
eſſem obligatus, ſi non ſoluerem in termino, quia propter iuſſum
iudicis ſum excuſatus & eſt dictum Hoſtiē. in tit. de iureiuran. §.
quod ſpecies verſicu. item iuramento dicentis † quod qui iura- 2
uit ſoluere in certo termino ſi iudex p̄cipiat illi ne ſoluat, [c] ex- c
cuſatur. & idem Archi. in cap. dicit. xiiij. q. v. cum ſimi. vt tradit
Felyn in capitu. conſtitutus de reſcrip. vide allegata. † Et adde 3
quod ſpoliatus [d] a iudice non reſtituitur, vt dixi in conſi. cxxv. d
Fely. in cap. dilectus. de reſcrip.

† Et iſta regula ſecundum glo. hic intelligitur quando præce 4
ptum fuit iuſtum, vel in dubio. Secus ſi conſtaret de iniuſtitia,
quia illi non eſſet parendum, ſed reſiſti poſſet. vt not. Barto. per
illum tex. in l. prohibitum. C. de iure fiſci. lib. x. & not. Io. And.
poſt Hoſt. in c. ſignificamus de conſti. cum ſimi. & Fely. tradit in
d. c. conſtitutus, & adde quod not. Bart. in l. iuſte de acqui. poſſ.
in prin. vbi limitat illum tex. quando iudex procedit ſeruato or-
dine iuris, alias ſecus p l. meminerint. C. vnde vi. de quo ibi plu-
ra dixi quæ hic inſeri poſſunt, & in d. conſi. cxxv.

† Secundo regula limitatur non procedere quando iudex ex- 5
tra officium eius procedit ſecundum gl. hic faciunt dicta in c. di-
lectus per Felyn. & ad hoc eſt regula infra eod. factum a iudice
vbi videbimus & vide Pau. de Caſt. in l. vt vim de iuſti. & iur.

## REGVLA CXXVIII.

*CAPIENDA occaſio eſt, quæ præbet benigniús reſponſum.*

De hoc ſupra dictum eſt in regu. ſemper in dubijs ſupra eod.

Quod

*QVOD factum est, cum in obscuro sit, affectione ex cuiusq; capit interpretationē.*

De hoc supra in reg. in obscuris & in regula, semper nam ista secundum illam intelligitur.

## In l. Is damnum dat. Argumenta.

1 *Facere dicitur is ipse qui etiam per alium facit & nu. 5.*
2 *Mandans grauius peccat, quam mandatarius, qui alias non erat facturus.*
3 *Pœna statuti punientis maleficium extenditur ad mandatum*
4 *Mandans quando vere facere dicatur.*
6 *Statutum loquens de faciente non semper habet locum in mandante*
7 *Accusans homicidium an succumbat, si habetur mandatum.*

### REGVLA CXXV.

*IS damnum dat, qui iubet damnum dare.*

a Exemplifica istā reg. vt per Dyn.[a] in reg. † qui per aliū
1 de reg. iur. in vi. ad idē text. in l. 1. §. deiecisse. de vi & vi arm. vbi dicit, quod parum refert suis manibus deijciat, an per aliū ad idem text. in l. non ideo minus. C. de accu. cum similibus alleg. ibi in glo. ad idem text. in cap. cum ad sedem de restit. spol. in capi. muliere de senten. excom. in l. non solum. §. si mandato supra de iniur. & not. text. qui dicit, dat damnum. & sic denotat veritatem, & hoc expresse dicit text. in capitu. mulieres ibi, cum is vere committat delictum, cuius autoritate vel mandato & delictum committi probatur.

a Dyn. vbi satis remissiue ꝑ eius addit ī appostilla super litera.

Et ista conclusio videtur procedere quantum ad effectum iu-
2 ris quo ad pœnam, quia † mandans plus deliquit, quam mandatarius qui nō erat alias facturus, et sic ipse delinquit, & facit aliū delinquere, quod est grauius, vt per gloss. in l. Athletas. §. Pomponius in verbo, in seruitute, de his qui not. infa. & not. per gl. fina, in capitu. gaudemus de diuor. ideo eadem pœna punitur d. l. non solum. §. si mandato. & in l. aut qui aliter in fin. quod vi aut clam. in clemen. i. de pœnis.

Et hoc videtur etiam habere locum in statuto, vt not. Bart. in l. quemadmodum. C. de agri. & censi. lib. x. vbi inquit, quod
3 † pœna statuti punientis facientem maleficium, habet locum in mandante & hoc late tradit Barto. Veronen. in consi. 34. si nunquam magnifice in vlt. dub. char. fi.

Et ista conclusio videtur procedere quando statutum loquitur in rem; vt quia dicat, pro homicidio vel pro furto sit talis pœna, quia tunc etiam comprehenditur qui mandauit. dicta l. aut qui aliter. §. fin. & ibi Barto. per illum text. & idem Barto. in l. hæc verba. supra de adult. Abb. in dicto cap. mulieres. de senten. excom. Corn. in consi. ccxlix. licet videtur, lib. 1. Cor. in consi. lxix. plura seriose. lib. iij.

Similiter videtur procedere. † quando mandatarius cogitur 4 exequi mandatum, quia tunc mandans dicitur vere facere, vt not. Barto. in l. sed si vnus. §. seruus de iniur. col. 2. per l. ita autẽ. §. gessisse. de admini. tut. vbi infert ad quæstio. de procuratore quam refert Ange. Aret. in tract. malefi. in verb. Sempronium mandatorem quæstio. xliij. Abb. in dicto capitu. mulieres. colũ. pen. † Sed extra dictos casus, qui facit per alium, non dicitur 5 proprie facere, vt Barto. concludit in d. §. seruus. & not. Dy. in regu. qui per alium in fin. Bald. in l. 1. col. 2. in verb. in mandante etiam. C. de ser. fug. cum similib. vt tradit Alexand. in consi. lxv. visa quadam constitutione. col. 2. lib. quarto vbi infert, quod † statutum quod loquitur de faciente, non habet locum in man 6 dante. & not. Bald. in l. non ideo minus colum. v.

Sic etiam † si quis accuset aliquem fecisse homicidium, & 7 probaret de mandato, succumberet. [a] vt not. Ioan. Mo. in reg. a per alium. & sequitur Bald. cap. 1. §. iniuria, col. fi. versi. pone. accuso te. de pac. iur. fir.

a Succũberet. Imo etiã eodẽ iudicio dãnabitur tanquam autor delicti.

Et si quis sit inquisitus de mandato, & de castigatione probetur, succumbit, vt not. Bald. in l. hæc verba. per illum text. de his qui nota. infa. Alex. in consi. cxxviij. quoniam abunde lib. 4. & concordat ista regula infra eo. l. quod iussu.

## In §. Eius vero. Argumenta.

1 *Mandatarius quo casu possit excusari.*

2 *Filius vel seruus quo casu excusetur per mandatum patris vel domini.*

3 *Iussum minuit pœnam etiam in grauioribus.*

## *Eius vero nulla culpa ẽ, cui parere necesse sit.*

Ex hoc potest exemplificari † in eo potenti qui mihi mã 1 dauit quod occidam Titium, alias quod me interficeret, ego ero excusatus [b] quia aliter vitam meam saluare non possum ita b Bald. in capitu. primo. §. iniuria. colum. fina. versiculo sed pone de pac. iur. firm. vbi alleg. Petr. ibi. & & Cyn. in l. scientiam. §. qui cum aliter ad leg. Aquil. & ad hoc videtur gl. in l. si familia.

b Excusatus, falsum quia potius mors ferenda: quam malo cõsentire. & cõtrariũ tenet Lãcelot. Deci. l. vt vim. colum. 1. supra de iustit. & iure.

a Certa: Fallit in vltimis voluntatibus, & in sententia, Francis. Areti. cons. 126, in fi. arg. l. quibus diebus. §. quidam Titio, supra de condi. & demon.

b Executio. Sequitur Ang. Ias. d. l. Iulianus, in fi. Paul. in l. sufficit. de cōdi. inde, sed male dicunt, & in contrarium est veritas, quia decretum reuisionis tendit directo ad suspensionem de præsenti omnium repręsaliarum, patet ibi, reuideri, & ibi, vt quæ erunt, legitime approbentur., ꝙ decretum reuisionis, & approbationis, vel reprobationis, nō est cōditionale, nec in diem, sed purum, ergo dictarum represaliarum cōcessio est de præsenti a tē pore dicti decreti reuisionis, & non conditionaliter, in suspēso. Totalis autem cassatio vel approbatio pendet et conditionalis est. & sic concessio de præsenti suspensa nullo mō potest exeq etiam si offeratur cautio. Secus si sequens dispositio non tenderet ad suspendendum de præsenti, sed esset mere conditionalis, vt si debitori meo dē vel legem liberationem, sub cō ditione, si fiat consul, quia tunc interim manet obligatio pura, & pōt exequi, data tñ cōdōne, & est materia. l. pecuniam, supra si certum pet.

Secundo fallit in consuetudine quæ non requirit præscriptionem, videlicet in consuetudine patrisfamilias, quia vltimus actus attenditur secundum Bald. in c. i. §. notandum est col. ii. qui feu. dare possunt vbi alleg. l. Mela. §. i. de alim. & cibar. leg. de cuius intellectu dixi in rubrica. de consuet.

3 Tertio † non habet locum in possessorio, quia vltima [a] possessio simpliciter attenditur, & ita glossam istam limitat Bald. in cap. i. de cog. feud. colum. i. dicens illam procedere in petitorio, & non in possessorio allegat no. per Ioan. Andre. in ca. cum ecclesia

[a] Vltima. Alex. cons. 118. lib. 2. Curt. senior. cõs. fi. 14. co. ii. limitato vt procedat, dummodo vltima illa sit certa. Secus si dubia vel obscura, vel clandestina Alex cons. cx. nume. 2. libr. i. consil. 81. nu. 3. lib. 3. consil. 88. nu. 12. li. 5. cõs. cxi. nu. 2. libr. 7.

ecclesia, de elect. & idē Old. in consi. 312. thema quæstionis. circa fi. vbi alleg. tex. in c. cū ecclesia Sutrina. de causa pos. & propri. & Fede. in consi. 134. super primo, in j. dubio. Cal. in consi. 12. in ti. de iur. patron. & idem Abb. in consi. 54. videtur primo col. ii. lib. i. vbi allegat. c. cōsultationibus. de iure patro. & c. quęrelam, de elect. & dixi in consi. 129. & cōs. 134.

## In l. Vbi non voce. Argumenta.

1 *Præsens intelligere præsumitur*

2 *Mutus procuratorem constituere potest.*

*Mutus et surdus et donare, et matrimoniū cōtrahere possūt.*

3 *Mutus etiam cum alio pacisci potest.*

## REGVLA CLXVI.

*VBI non uoce, sed præsentia opus est, mutus si intellectū hēt, potest uideri respondere. Idē & in surdo: hic quidem & respondere potest.*

GLO. restringit tex. vbi præsentia necessaria sit. Sed tamen tex. videtur † considerare præsentiā pro intelligentia, vt in l. coram. de verb. sign. & intentio regulæ fuit dicere, quod vbi non est opus verbis, sed consensu & intelligentia, mutus obligari potest, secundum primum intellectum glo. 1

Et ideo † mutus procuratorem constituere potest. l. mutus. in princ. de procu. & hæredes institui possunt. l. i. § mutus & surdus de hære. instituen. & hæreditatem adire possunt l. mutum supra de acquiren. hære. in princip. & matrimonium contrahere possunt. l. mutus. de iure do. cap. cum apud. & in c. tuæ. de sponsa. Et mutus & surdus donare non prohibentur. l. qui id quod. §. mutus supra de don. Et mutus † pacisci potest. l. item quia ff. de pactis. Et ista declarari & suppleri debent, vt per Alexā. in l. i. in prin. de verb. obli. 2

*FVRIOSVS absentis loco. Et ita Pompo. lib. i. Epistolarum scripsit.*

VIDE dicta supra in regula, in negotijs.

## In l. Fauorabiliores. Argumenta.

1 *Reo plus fauetur, quàm actori.*

2 *Absens condemnari non potest & tamen absolui potest.*

3 *Fisco etiam in multis etiam fauendum est.*

4 *Reus in decisione causæ in dubio absolui debet.*

5 *Actor & reus in medio causæ a pari procedunt.*

6 *Nocentem absoluere satius est quàm innocentem damnare.*
7 *Quæstio offerri potest huiusmodi malæ conditionis, si aliter veritas cerni non possit*
8 *Suspensus an sit liberandus, si fracto laqueo cadat in terrã.*

## REGVLA CLXVII.

### *Fauorabiliores rei potius q̃ actores habẽtur.*

FACIT text.in l.Arrianus.de actio. & obligation.& in reg.cum sint partium iura.eod.tit.in 6.& in c.inter dilectos in fin.de fide instru.& in c.ex literis.de probat.

1 Et ibi ampliatur † regula,etiam si probationes ex parte actoris in aliquo excedant, quia tamen in fauorem rei pronũtiandũ est,vt Abb.dicit per gl.quę habetur in c.clerici.86.distin.quod
a declarandum est,vt dixi [a] in d.c.ex literis colum.2.

Et per istam regulam officium iudicis magis exuberat in ab
2 soluendo, † ideo licet absens non possit condemnari l.absentem supra de pęn.l.absentem,C.de accu. tamẽ si apparet de innocentia absolui potest, vt not.Anto.de But.post Ioan.And. in d.c.veniens.col.1.de accu.& sequitur Bartho.Veron.in cõsi.xli licet inuitus col.fi.in prin.

a Dixi. & in consi.564.col.i. Vide late Alc. tract. pręsump. Regu.3. pręsump.44.

Et ista regula ampliatur, vt procedat etiam si reus efficiatur actor per accidens, vt quia debitor prius compareat & petat actori perpetuum silentium imponi, nam per hoc tamen actor non efficitur, sed habet prærogatiuam regulæ, quod in dubio reus absoluitur.Ita not.dicit Ant.de But.in capitu.pręsentia in sexto not.per illum text.de probatio.facit quod not. voluit gl. tertia in capitu.ex insinuatione.de procur. & quod not.per gl. & Doct.in cap.significauerunt.de exceptio.glo. & Barto. in l. circa.in fin.supra de probat.

Et ista reg.non procedit in causis fauorabilibus.puta in libertate,dote,& similibus, quia fauor causę pręualet fauori rei.c. fin.de re iudi.l.inter pares,supra de re iudi. & in l. Iulia. supra de manumiss. not.per gloss. in dicta reg. cum sint partium iura.
3 & inter alias causas fauorabiles etiam est causa fisci † in cuius fauorem in dubio est pronuntiandum,vt not. Spec.in titu.de teste.§.postquam. & Ioan.Andr.& Antonius de But.in capitu.in nostra,de testibus cum similibus vt tradit Alexand. in l.prima in princip.supra solu.matri. vbi respondet ad text. qui videtur esse in contrariũ.in l.nõ puto,supra de iur.fisci. de cuius intellectu dictum fuit supra in reg.in ambiguis supra eod.Item reg.pcedit vbi † agitur de decisione causę quia tunc in dubio absoluitur reus,per iura supra allegata,secus aũt est in pręparatorijs iudiciorum,in quibus magis fauetur actori quã reo, vt not.Bartõ. per illum text.in l.de die,supra qui satisd.cog.l.si quis interitione. de iudi.& no.per glo.in c.cũ ad sedẽ de rest.spol.in verbo,cum

pertinentijs,

Barto. l. inter
pertinentijs, in dicta regula, cum partium iura &
stipulantem §. 1. de verbo. obligatio.
Et † in medio causę a pari procedunt actor. & reus, secun 5
dum gloss. in locis præalleg. Sed in contrarium facit, quia reus
non tenetur edere actori ad probandum eius intentionem, l. ori
ma. l. qui accusare. C. de edend. & tamen actor tenetur edere reo
ad probandum eius exceptionem l. non est nouum. C. de eden.
do. Et sic in editione & probationibus quæ videntur esse in me
dio causæ magis fauetur reo, quam actori. Sed potest responde
ri, quod probationes respiciunt decisionem causæ, quia actore
non probante reus absoluitur l. qui accusare supra de edend. vn
de sicut reo in decisione causę magis fauetur, ita videtur in pro
bationibus, in alijs medijs, exceptis probationibus, videtur pro
cedere glo. in c. cum ad sedē, vt latius dixi in d. l. non est nouū,
reprobando ea quæ ibi Mod. dicunt.
Et ad regulam nostram facit text. in l. absentem supra de pœ 6
nis, vbi regula traditur † in pœnis, quod melius est nocentem
absoluere, quam innocentem condemnare. Et ideo si vnus per-
cussus fuit a pluribus & vno tantum lethali vulnere mortuus
sit & ignoratur a quo illatum sit, non possunt condemnari om-
nes de homicidio, per dicta l. absentem & late concludit Alexā.
in consi. 15. viso processu inquisitionis lib. 1. & idem Pet. de An
chara. in consi. 227. nos Bartolomeus de Salic. vbi alleg. d. l. ab-
sentem. & glo. quę idem tenet in l. idem Mela. §. sed & si seruū
plures in gloss. prima supra ad leg. Aquil. refert etiam Dyn. ita
consuluisse & idem Roma. concludit in consi. cccc j. eo pręsup-
polito. & Raph. Cum. in consi. cxxxiiij. visis & idem Alexā.
in consi. 14. ponderatis narratis col. 3. lib. 3. vbi approbat opi.
Dyn. quam Barto. videtur reprobare in l. si in rixa. ff. de sicar.
col. fi. & in consi. 44. copiose adeo scriptum lib. 4. & idem Spec.
tit. de homic. §. 1. versi. pone quod quatuor: refert & sequitur
Imo. in clemen. vnica. de homic. col. fi. versi. tertio quęrit.
Et de intellectu. d. l. absentem vide Archid. 23. q. 3. cap. vltim.
quem refert Floria. in d. l. item Mela, §. sed & si plures colum.
3. ver. adde tamē supra ad leg. Aqui. vbi dicit, quod illa lex in-
telligitur quando aliqui erant innocentes, & hoc non potest
verificari quando omnes percusserunt. Sed potest responderi,
quod licet omnes percusserint, & non sint innocentes absolute,
possunt dici esse innocentes quo ad pœnam homicidij, prout
doct. loquuntur in locis supra alleg.
Notandum tamen est singulariter, quod † in tali incertitudine 7
ad veritatem eruendam poterit torqueri ille qui est malę condi
tionis & famę, secundum Salic. in l. fin. C. de quęst. col. fi. in ver.
idem dico si delictum incertum sit.
Et per dicta l. absentem & supradicta, post longam disputa-
tionem concludit Lucas de Penna in l. si quis forte quę est l. i.
C. de deser. & occul. eod. lib. xii. col. vii. versi. sed pone; dam-
natus

8 natus est aliquis in fin. † quod damnatus ad mortem si dum laqueo fuit suspensus, & fracto laqueo cecidit in terram, credendū a illud factum miraculose ĩ dubio [a] cum ipse protestatus fuisset de innocentia, & concludit illum liberandum quod no.

## In l. Nemo prædo. Argumenta.

1 *Emptor rem venditam accipiens autoritate propria, prædo dicitur.*

2 *Prædo quatuor modis quis dici potest.*

### REGVLA CLXVII.

NEMO *prædo est, qui pretium numerauit.*

Et hoc etiam videtur habere locum si quis sciens rem alie-
1 nam emit. l. etiam. §. si quis sciens supra de peti. hęre. † si tamen emptor propria authoritate rem venditā accepit, dicitur prædo. l. si ex stipulatione de acqui. poss.

2 †Et quatuor modis dicitur prædo, vide in summa Ange. in vers. prædo. 1. & non dicitur prædo qui possidet, & non potest rationem possessionis suæ assignare, vt not. Ang. in l. pro hęrede in princ. supra de peti. hæredi. Et prædo perdit [b] meliorationes rei, vt no. Ange. in l. ex argento supra de condi. furt. & de prædone vide dicta Alexan. in d. l. ex stipulatione, de acqui. poss. & Luc. de Pen. in l. ab his, C. de nauic. lib. xi.

a Dubio. Sequ Alcia. in tracta. pręsump. reg. 3. psump. 44. n. 6. Sed ego dico istud admitten dum si dubietas refertur ad probationes qua esset dānatus per psumptio. quod fieri nō debet secus si clare constabat d delicto morte digno, qa quandoque per incātationes mira ula fiunt, vt tradit Bal. in c. uenerabili de testibus.

b Perdit Bald. consi. cclxxiiij. libr. ij.

LOCVPLETIOR *non est factus qui liberum acquisierit.*

Et quando quis dicatur esse locupletior, vide dicta supra in regula, ex pœnalibus causis eod. tit.

CVM *de lucro duorum quæratur, melior est causa possidentis.*

Vide dicta supra in reg. in eo quod eod. tit.

## In l. Cum prętor. Argumenta.

1 *Momento quid fieri sufficit vt factum fuisse dicatur.*

### REGVLA CLXIX.

CVM *prætor in hæredem dat actionem quatenus ad eum peruenit, sufficit si vel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti.*

SVFFICIT enim semel ad hæredem peruenisse, vt di-

ctum

citur in l. videamus.supra quod met.caus.et hoc procedit quando ex delicto defuncti peruenit: secus in alio bonæ fidei possessore: quia tunc distinguitur, vt per Barto.in l.si ipsa res ff.quod met.caus.

†Et no.hic quod sufficit aliquid momento fieri.vide similia: vt dixi in l.si tibi.in vlt.not.si cert.pet. 1

## In l.In pari causa. Argumenta.

1 *Possessor melioris esse cōditionis præsumitur in pari causa.*

### REGVLA CLXX.

*IN pari causa possessor potior haberi debet.*

FACIT tex.in.§.commodum.inst.de interd.in cap.ex literis. de proba.

†Et vbi res dubia reperitur, melior est conditio possessoris: vt per gol. in c.nulli dubium. xij. q. v. & not. q. tradit Bald.in c.capitulum col.j.de rescri.Bar.in l.j.§. non autem.ff.de secund. tab.& in l.si inter.de rebus dub. cū si. vt tradit And.Sic.in c.j. char.penul.de proba. & reassumunt Mod.in l.j.ff.sol.mat. 1

## In §.Hi qui in. Argumenta.

1 *Successor prælatus nō cēsetur eadē persona cum antecessore*

2 *Hæredis loco habetur is, ad quem bona vniuersa peruenisse noscuntur.*

HI qui in uniuerso minus succedunt, hæredis loco habentur.

NAM quod dicitur de hærede, idem est in alijs successoribus vniuersalibus.l.item veniunt.§.fin. de pet.hære. † Nota tamen quod successor in prælatura nō censetur eadem persona cum antecessore, vt not.Bald.in cap.secundo versi.tertio no,qui succes. tene.vide tamen Abb.in cap.significauit. de rescrip.colū.ij.vbi arguit in contrarium. Sed concordari potest, distinguendo, vt p Abb. in cap.j.de solu. 1

Et ista regula potest etiam in fisco verificari qui est loco hæredis.l.si vt proponis.C.de bon.proscrip.l. si marito.in prin.supra solu.matri.l.ij.C.ad l.Iul.de vi,not. Roma. in consi.371.in dubitatione,& consi.94.visis.col.ij.

Et generaliter † ille ad quem bona vniuersaliter perueniunt est loco hæredis, vt gl. dicit in l.non intelligitur.§.cum ex causa.in verbo pertinent. de iure fis. vbi Bartol.cum similib. tradit Alexan.in l.marito.in princip.supra alleg.dixi in cap.quia V. de iud, colum.pen, Et ideo ille apud quem hæreditas dimittitur, etiam 2

etiam absque pacto tenetur creditoribus satisfacere. quia nomen hæreditas, hoc importat, gloss. & Barto. & Docto. in l. debitor in fi. C. de pact.

REGVLA CLXXI.

*Nihil dolo creditor facit, qui suum recipit.*

Vide dicta supra in regula, nullus vr. dolo facere supra eo. tit.

*Cum principalis causa non consistit, nec ea quidem quæ sequuntur, locum habet.*

Vide dicta supra in regula cum principalis.

## In l. Nunquam actiones. Argumenta.

1 *Actio alia aliam non consumit.*
2 *Actio una electa quando tollatur alia & nu. 3. & 4.*
5 *Absolutus semel non debet molestari.*

REGVLA CLXXII.

*Nunquam actiones, præsertim pœnales, de re eadẽ concurrentes, alia aliã consumit.*

Et loquitur de eadem re, & eodem facto. & idem tex. habetur in. §. fi. insti. si quadru. pau. fecis. & in l. nunquam de act. & obli.

1 Et regula intelligitur, † quod vna aliam non consumit quo minus concurrant & simul competant. Sed vna electa, alia tollitur. l. idem ait. in fi. supra nau. caup stab. ibi, alterutra contentus esse debeat & in l. licet. §. possumus eo. tit. ibi. vna cõtenti esse debemus & in l. plura in prin. de act. & obli. facit tex. in l. quod in

2 hæredẽ. §. eligere de tribu. Et hoc absolute procedit † qñ plures actiones ex eodem facto cõpetunt, & vnus est titulus criminis, secus si sint plures tituli criminis, quia tunc electa vna altera nõ tollit, in eo quod excedit. l. i. supra vi bo. rap. l. i. supra arbor. fur. cęs. & in l. qui seruum. de act. & ob. no. in l. cum ex vno. eo. tit.

3 Et prædicta habent locum † quando sunt plures actiones quę ex eodem facto & delicto competunt, secus si ex diuersis factis & delictis oriantur, quia tunc vna aliam non tollit. l. nunquam plura de priua. delic. & ita breuiter colligitur ex dictis Barto. in l. i. vnde quæritur colum. fina. de publi. vbi latius ipse insistit, ꝑ & latius distinguit Ang. Are. post Io. Fab. i. §. fi. insti. si quad.

4 Et quod supradictum est, † quod vna electa altera tollitur, habet locum ẽt si actione electa succubuit, quia exceptiones rei iudicatæ obstant etiam in alia, vt not. Barto. in l. hoc edicto. in

5 versi. secundo quærit Dyn. de publ. † quia semel absolutus, non

debet vlterius molestari. c. de his de accusa. cum simi. vt dixi in consi. ccxxvii. in prin.

## In l. Qui dolo. Argumenta.

1 *Dolo desinẽs possidere æquiparat̃ ei q̃ dolo noluit acquirere.*
2 *Prælatus dolo desinens possidere non præiudicat ecclesiæ.*
3 *Statutũ ĩ possessore an ĩtelligat̃ ĩ eo qui dolo desiit possidere.*

### REGVLA CLXXIII.

*QVI dolo desiit possidere, ꝑ possidente damnatur, quia pro possessione dolus est.*

EADEM regula habetur in l. parem. infra eod. & in regu. pro possessore. eo. tit. in vi. vbi glo. plura exempla ponit. & pro regula adde tex. in l. j §. toties. versi. sed & si possideat. supra si quis omis. cau. test. † vbi regula ampliatur etiam in eo qui dolo 1 voluit possessionem acquirere. & in l. etiam. §. is qui dolo. de pet. hære. & ibi quod licet agatur cõtra illum qui dolo desiit possidere non tamẽ liberatur ille qui possidet. Et si possessor velit iudicium suscipere, liberatur ille qui desiit possidere.

Et contra illum qui desiit possidere dat̃ vtilis, vt not. per glo. hic, et declarat Bar. in l. quamquam. §. Iulia. de aqua plu.

†Et si prælatus desiit dolo possidere, hoc non nocet ecclesiæ, 2 not. per gl. in d. l. pro possessore.

†Et statutum de possessore an habeat locũ in eo qui dolo de- 3 siit possidere. Ioan. And. in reg. pro possessore. & vide dicta per Are. in rub. de acqui. poss. col. fi. vbi disputat an statutum de possessore habeat locum in eo qui habetur pro possessore contra quẽ datur vtilis actio non directa prout in isto casu contingit.

## In l. Imperitia culpę. Argumenta.

1 *Medicus de imperitia tenetur.*
2 *Medicus quando sit excusandus.*

### REGVLA CLXXIIII.

*Imperitia culpæ[a] annumeratur.* a

a Culpæ. Non dolo. Alc. l. pen. in fin. C. de pac.

VIDE dicta in l. culpa est supra eod. † Et ideo medicus de 1 imperitia tenet̃ l. illicitas. §. sicuti. de of. præs. cũ si. alle. in gl. adde tex. in l. qua ratione. §. j. ad leg. Aquil. & facit tex. ĩ l. ij. ff. quod quisq; iur. † Excusatur tñ medicus qui diligẽtiam adhibuit se- 2 cundum præcepta artis, c. ad aures. de æta. & quali. & c. tua nos. de homi. & ibi Inn. & no. Ang. Are. ĩ. §. ꝑterea si medicus insti. ad leg. Aquil. & de imperitia aliorum no. Fely. in d. c. tua nos in princ. Et ad regulam facit text. in l. Iulianus. §. quid tamen. ff. de actio. empti. vbi non debet quis quod ignorat, facile asseuerare.

REGVLA CLXXV.

*MELIOR conditio nostra per seruos fieri potest deterior fieri non potest.*

Regula ista declaratur in l. fi. C, de acqui. possess. Et vide quæ in l. seruus. C. de dactis. dixi.

Et idē in alijs psonis q̄ meliorē cōdōnē alterius facere possūt deteriorē nō possūt c. i. §. e contrario. de inuest. de re alie. facta.

## In l. Non frandantur. Argumenta.

1 *Damni emergentis & lucri cessantis non eadem ratio.*

2 *Repudiatio legati, alienatio quædam dicitur.*

RECVLA CLXXVI.

*NON fraudant̄ creditores cū quid nō acquiritur à debitore sed cū qd de bonis minuit̄.*

1 Et ista differentia sæpenumero fieri solet, quia † non est eadem ratio lucri cessantis & damni emergētis. l. qui aūt in pri. supra de his quæ in frau. cred. quę in terminis huius reĺę loquit̄ & ad idem text. in l. i. §. confertur supra de colla. bon. in l. si spōsus. §. si maritus el 2. de don. inter virū in l. fi. §. licētia el 1. C. de iure deli. Et vide quę allegaui in c. eccle. de consti. char. fin. colum. ii. versicu. 3. prædicta conclusio. & adde l. i. §. vtrum, supra si quid in fraud. pat. cum simi. vt per glos. in l. qui autem, in prin. alleg. supra & dixi in l. seruus. C. de pact.

Et regu. ista limitat̄ nō ꝓcedere in casibus in quibus de natura cōtractus qs tenebat̄: vt no. Bar. in d. l. qui aūt in prin. & latius idē Bar. in l. i. §. nō quærimus. ff. si quis omis. cau. test. & vi
2 de text. in l. magis puto. §. fundum de reb. eo. vbi † repudiatio legati dicitur alienatio vnde regula videt̄ ꝓcedere in his quę contra ius commune concedentur, alias secus.

## In §. Nemo ex suo. Argumenta.

1 *Pœnā & commodum ex eodem facto nullus reportare debet.*

2 *Possessor bonæ fidei in quo habeatur loco domini. & num. 3.*

*NEMO ex suo delicto meliorē suam conditionem facere potest.*

VLTRA alleg. in glo. vide text. in l. si ab hostib. §. i. ff. sol. matri. ibi nō enim æquum est virum ob facimus suum do-
1 tem lucrifacere. † Et ad hoc facit; quia quis ex eodem facto non debet pœnam & commodum reportare l. siue hæreditaria.
2 & ibi gl. de neg. ge. † & pœna immunitatem tribuere non debet

l. relegatorum §. fin. de interdi. & releg. in l. si cui. & ibi glo. supra ex quib. caus. maio. in l. ita demum. in princip. supra de arb. ibi, ne quis doli sui præmium.

### REGVLA CLXXVII.

*EA quę ad dandũ impoßibilia sunt, vel q̃ in rerum natura non sunt, pro nõ adiectis habẽtur.*

VIDE dicta supra in regula, impossibilium.

## In l. Bona fides. Argumenta.

1 *Bonæ fidei poßeßor quo ad fructus pene est loco domini.*

2 *Bonæ fidei possessor est loco domini, si non apparet quũ dominus sit.*

### REGVLA CLXXVIII.

*BONA fides tantundem poßidẽdi præstat, quãtũ veritas quoties lex ĩpedimẽto nõ est.*

ADDE text. in l. magis puto. §. j. de reb. eo. vbi idẽ iudicat de fundo bona fide possesso, qđ dño fundi, vt alienatio fieri nõ possit. & in l. quoties. de noxa. §. j. l. si postulauerit. §. de eo. ff. de adulte. tex. tñ in l. bonæ fidei. in prin. de acqu. rer. do. † dicit ꝙ bonę fidei possess. quo ad fructus pene est loco dñi. & tex. 1
in l. j. §. i. supra ad Sillan. expresse dicit. ꝙ dñi applone nõ cõtinetur ille q̃ bona fide seruit. Ang. ibi cõcludit † ꝙ bonę fidei possessor est loco domini, si nõ apparet quis dominus sit, alias secus. 2

### REGVLA CLXXIX.

*QVI autore iudice comparauit, bonæ fidei possessor est.*

VIDE dicta supra in l. non videtur. §. qui iussu supra eo.

### REGVLA CLXXX.

*OMNIS hæreditas quamuis postea adeat̃, tamen cum tempore mortis continuatur.*

VIDE supra in l. omnia fere.

## In §. Nunquam ex post facto. Argumenta.

1 *Actio furti ex aßidua contrectatione nõ dicitur crescere.*

2 *Actio furti quando dicatur augeri.*

*NVNQVAM ex post facto crescit præteriti delicti æstimatio.*

EXEMPLVM secundũ l. habetur in l. ei q̃ furti. in prin. 1

1 in prin. supra de furt. vbi † actio furti non crescit ex assidua contrectatione furis. & facit ad quæstionem Bart. in l. si dominium supra de furt. cum similib. Sed contra regulam facit tex.
2 in l. si furti. in princip. de fur. † vbi augetur furti actio si res furtiua facta sit pciosior, ad idẽ tex. in l. in faciẽdo. §. infans de fur.

REGVLA CLXXXI.

OMNES *actiones quæ morte aut tempore pereunt, semel inclusæ saluæ permanent.*

VIDE dicta supra in l. non solet. & in l. pœnalia supra eodem.

NON *uidetur perfecte cuiusque id esse, quod ex causa auferri potest.*

VIDE dicta supra in l. neque pignus supra eod.

## In l. Absentia. Argumenta.

1 *Absenti reipublicæ causa datur restitutio etiã aduersus fiscũ*
2 *Decretum primum contra absentem causa reipublicæ interpositum tenet.*

REGVLA CLXXII.

ABSENTIA *eius qui reipublicæ causa abest. neque ei neque alij damnosa esse debet.*

1 PRIMO ipsi non debet esse damnosa: † & ideo illi datur restitutio etiam contra fiscum l. neque. C. de restit. milit. Et etiã contra alium absentem causa reip. datur restitutio l. fin. supra ex quib. cau. ma. Et non solum pro damno, sed etiam pro lucro quod cessauit. datur restitutio l. non solum. §. fina. l. si quis Titio. §. fin. ex quib. cau. ma.
2 Limitatur tamen regula non habere locum † quo ad primum decretum, quod etiã contra absentẽ cã reip. interponitur, si non defendatur l. ignorare. C. de restit. milit. Secundo regula intelligitur quando fuit læsus in omittendo, secus si faciendo l. quæ a parte, & ibi Pau. de Cast. declarat. C. de restit. milit.

## In l. Quod contra rationem. Argumenta.

1 *Lex recepta cõtra rationẽ iuris, nõ trahitur in cõsequẽtiam.*
2 *Statuto in sola uoluntate fundato non proceditur de similibus ad similia.*
3 *Statutum non ratione sed errore fundatum, ad similia non est extendendum.*
4 *Extensio fieri non debet in materia odiosa.*

REGVLA CLXXXIII.

*QVOD contra rationem iuris receptum est, nõ est producendum ad consequentiam.*

AD idem tex.in l.quod vero supra de legib.

†Et ista regula maxime habet locum quando illa lex recepta contra rationem iuris non esset fundata in ratione, sed errore quodam introducta, vt est text in l.antepenult.quę incipit. quod non ratione supra de leg.facit quod not.Bald.in l.iii. col. ij.C.de iure dot.vbi inquit.†quod quando statutum est fundatũ in sola voluntate, non proceditur de similibus ad similia & in d.l,quod non ratione dum inquit,†quod non ratione, sed errore introductum est & consuetudine comprobatum, non extenditur ad similia, intelligitur de errore iuris, quo casu valet consuetudo vt ibi præsupponitur. 1 2 3

Secus si errore facti hoc introductum fuisset, quia non valet consuetudo. vt no.Pau.de Cast.in d.l. de quibus, in col.fi.quia tunc deficit consensus.

Et in effectu Bar.idem dicit in l.iii.§.ij.de supel.leg.

†Sed quantum ad regulam nostram, & l.quod vero. Ista iura intelliguntur quando aliquid est constitutum contra regulas iuris, quia ponitur vna exceptio a regula, & talis exceptio potuit tamen fundari ratione, & tunc non extenditur [a] si materia sit odiosa alias secus, vt tradit Pau.de Castro.in l.neque. ff.de leg. & vide quæ dixi in casibus exceptuatis in l.prima de regu.iur. 4

a Extenditur, vide Dy.I reg. in argu.& ibi eius addit, isto tit.lib. vj.

*VNI duo pro solido hæredes esse non possunt.*

ADDE tex.in l.iii.§.ecõtrario supra de acq.poss.in l.si vt certo.§.si duobus vehiculum.supra commod.in l.duo.de p̄cat.

## In l.Qui tacet.Argumenta.

1 *Tacens nec consentire, nec contradicere præsumitur.*
2 *Tacere med ũ quoddam est inter cõtradicere & cõsentire*
3 *Tacens in statuto non dicitur consentire*

REGVLA CLXXXIIII.

*QVI tacet, non utique fatetur: sed tamen verum est eum non negare.*

EADEM regula habetur in reg.is qui tacet.eod.tit.in vj.Et vera est ista regula, † quia qui tacet, nihil dicit. vnde non videtur consentire, nec contradicere. & exemplum est secũdum gl.hic.in l.1 §.scientiam de tribut.Et est simile inter velle. nolle, & non velle, vt dixi supra in reg.eius est velle. 1

Et quantum ad regulam, dicit Bar.in l.quæ dotis colum.pen.

Fol.

2 solu.mat.† quod vero loquendo tacere [a] est medium inter con-
a sentire & contradicere. & no. per glo. in cle. sępe. in ver. cõtra-
dicentibus. in fi. de ver. si. vbi Cardi. in prin. & Abb. in c. nõne
de præsumpt. col. ij. dicit ꝙ tacens proprie non consentit. nec
contradicit. & idem Fely. ibi in ij. col. ver. prima regula est. ta-
3 cens, ex quo infert † ꝙ tacens in statuto non dicitur consenti-
re. & sentit Bal. in l. ij. §. voluntatem. sol. mat. Et adde quod in
not. qõ. istam conclusionem sequitur Soci. in consi. clxvii. non
inutilis. col. iii. ver. secundo probatur.

## In l. Quod ipsis Argumenta.

1 *Hæres impeditur præscribere per malam fidem defuncti.*
2 *Vitia realia in quemuis successorem transmittuntur.*

### REGVLA CLXXXV.

QVOD *ipsis qui contraxerunt, obstat, et successoribus eorum obstabit.*

b REGVLA de plano procedit in successoribus [b] vniuer-
1 salibus. itē † mala fides defuncti impedit hæredē p̄scribere l. cũ
hæres. de diuer. & tēp. p̄scri. cũ si. vt dixi i cõs. cclxxij. in char.
3. in j. facie. Et hoc an habeat locum in successione beneficij.
Bar. in l. j. col. ii. ver. quæro vtrũ. ff. de priua. delic. in l. q opus. de
ope. noui. vide tex. in c. ii. de ope. noui. & Abb. ibi. Et dicit Bar.
2 in l. vitia. alle. in gl. quod † vitia realia [c] transeunt in quēlibet
c successorem: personalia vero transeunt in vniuersalem successo-
rem non in singularem. l. i. C. de longi tempo. præscript.

### REGVLA CLXXXVI.

NON *omne quodlibet honestum est.*

DE hoc supra in l. semper in contractibus.

IN *stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus?*

VIDE supra eodem quæ legata.

## In l. Nemo fraudare. Argumenta.

1 *Iniuria volenti non irrogatur.*
2 *Mulier non committit adulterium nolens.*
3 *Percussus uolens non aget actione iniuriarum.*
4 *Filius testamentum patris non impugnabit si volens exeredatus fuit*
5 *Mulier de cõsensu filiorũ secundo nubēs non incidit in pœnā.*

a Tacere. Idem Dyn. in regulis quæ hic alle. in prin. de qua materia vide longas remissiones per eius addi. in reg. qui tacet. & vltra eũ Soc. in tracta. fallen. in reg. cccxciij. & reg. 395. Ias. §. item Seruiana. col. ix. versi. sed pulchrũ dubiũ. &c. & do. Phil. in consi. xcv. fi. col. ver. non ob. incip. iuridicum esse. & in c. cum M. de cõsti. vi. col. versic. tertio Abb. cõcludit. & ibi Fel. xvi. col. qui ponit regulā cũ fallen. & idē Feli. vbi ponit tres regu. in hac materia cum suis fallen. in c. nonne, de præsump. et Ias. late in l. quę dotis hic alleg. vbi melius ꝙ̃ alius post Bart. exa. istā materiā, co. ii. ver. 4. & vlt. vsq; i fi. l. H. C.

b Successoribus Adde Soc. i tra. fall. in reg. 389.

c Vitia realia. Vitiũ rei qualiter sumatur, vide Pau. de Cast,

6 *Persuasio dolosa non excusat à pœna.*
7 *Mulier adulterata non præsumitur iniuriam passa.*
8 *Iniuria in corpus illata non potest remitti*
9 *Quæstio an sit plebeio inferenda prius quàm nobili.*
*Quæstio sine indicijs applicanda nemini.*
10 *Indicium unicum ad quæstionem sufficit iudicis arbitrio.*
11 *Iniuriam non fieri uolenti qualiter intelligendum.*

## REGULA CLXXVII.

NEMO *fraudare uidetur eos, qui sciunt & consentiunt.*

AD idem tex. in l. qui autem. §. præterea. supra de his quæ in fraud. cred. cum si. allegatis in glo. sicut etiam dicitur, † quod volenti non fit iniuria. l. §. vsque adeo. supra de iniur. & in regula, scienti.[a] eo. tit. in vj. Et no. Bar. in l. quãuis. in fi. supra de in ius voc. facit tex. in l. cum donationis C. de transact. in l. non putauit. §. si quis sua manu, supra de contrata. † vnde in muliere cum qua commissum est adulterium, nõ est opus facere pacem: quia non est iniuriata, quæ voluit sed tantum maritus, vt not. Bar. in consi. clxxv. domine Potestas. 1 2 2

† Et si me volentem percussisti, nõ potest agi actione iniuriarum, vt not. Ang. in l. si vnus. §. pacta. supra de pact. 3

Et ideo † filius exhæredatus de voluntate sua non potest impugnare testamentũ. vt no. Bar. in l. si quando. §. fi. de inoff. testa. cum si. vt tradit Alex. in auth. non licet. col. ij. C. de lib. præte. 4

Sic etiam illa ratione † mulier quæ transit ad secunda vota, de consensu filiorum.[b] nõ incurrit pœnas, quæ fauore filiorum imponuntur: quia illis volentibus non fit iniuria. ita glo. cõcludit in auth. de non elig. secun. nu. circa mediũ in ver. copulantur. quam pro singulari ibi no. Ang. in prin. in ver. & prædicta vera. & sequitur Roma. in consi. cxxix ex themate. col. j. in ver. iiij. idem probatur. & sufficit consensus, etiam tacitus filiorum: vt not. Bal. in auth. ex testamento col. ij. versic. pone quod ista Berta. C. de secun. nup. Alex. in consi. lxiii. in dubitatione præmissa. lib. v & idem tradit Ang. in cons. ccxcvj. doctor insignis, col. ii. & dixi in consi. ccvj. 5 b

Et regula videtur procedere, nisi agatur de fraude, vt quia quis consentiret in fraudem legis, vt no. Bal.[c] in c. i. col. ii. ver. sed nunquid, de plus petit. c

Item regula non habet locum in dolosa persuasione. l. i. §. persuadere, supra de seruo corrup. in lege vnica. C. de rapt. virgi. &

a Scienti. Vbi videas Dyn. & remis. per eius additiones.

b Filiorum. Ro. cons. cxix. Bertrã. cõs. 165. instrumentum. consil. 106. viso consultationis. lib. ij. et in repe. l. hac edictali. C. de sec. nupt.

c Bal. Idẽ Ias. in l. cum donationis. in princi. C. de transactio.

& no. Dy. de regu. scienti. & no. Bart. in l. iij. §. si quis volentem de liber. homi. exibendis. per illum tex. de illo qui subducit puellam, & retinet illam in domo. & facit quod dicit, voluntarie stare.

Et per hoc videtur quod non bene dicat Barto. in consi. su-
7 pra alleg. † quod mulier adulterata non patiatur iniuriam & licet Bar. in d. consil. faciat differentiam inter mulierem rapiam & illam cum qua commissum fuit adulterium, talis differentia non videtur habere bonam rationem diuersitatis, quia consensus mulieris non purgat vitium adulterij.

8 Similiter regula non habet locum † si iniuria inferatur in corpus, quia remitti non potest, cum quis non sit dominus membrorum suorum l. liber homo supra ad leg. Aquil. ita Ange. dicit in d. l. quamuis & Barto. in l. j. §. vsque adeo supra de iniur. vbi dicit hoc esse verum quando infertur in corpus. & cutis scinditur, secus secundum eum esset in alapa. Sed ratio illa. quod non sit dominus membrorum suorum, etiam videtur habere locum in alapa, quia corpori infertur iniuria licet cutis non scindatur.

Et ista faciunt ad quæstionem not. quam tradit Paris de Puteo in tractatu de syndicatu. in pen. quest in in versi. quæro de
9 vna not. quæstione de nobili † cui a plebeio erat imputatum delictum, quod nobilis negabat, & conuenit quod torqueretur prius plebeius, deinde ipse nobilis, & post torturam plebeij, nobilis recusabat torqueri contra conuentionem, afferendo conuentionem talem non valuisse, quia non erat dominus membrorum suorum & Bartol. contra glos. in l. interdum §. qui furem supra de furtis, concludit quod quis non potest conuenire. vt alter habeat potestatem torquendi eum ad crimen inueniendum, & idem Barto. in l. cum seruus. ff. de condi. ob causam & Flor. in l. liber homo. la prima in princip. supra ad leg. Aquil. & facit quod not. Bar. in d. l. prima. §. vsque adeo de iniur. de rustico qui non potest pacisci, quod si reperiatur in vinea, quod percuti posit, & Ang. Are. in tractatu Maleficiorum in verbo, contra voluntatem dicti Titij, & idē dicit Ang. in l. si vnus. §. illud ver. pacta in fi. supra de pact.

Hæc tamen & similia non faciunt ad propositum quæstionis quia loquuntur vt quis torqueri posit a priuato eius aduersario. Sed in quæstione prædicta agitur quod debeat torqueri a prætore magistratu. cōcludit tamen Paris de Puteo in loco præallegato, quod talis conuentio non facit ꝙ prætor posit illum torquere sine indicijs, & relinquit cogitandum.

Et hoc idem tenet Franciscus Brunus in tractatu Maleficiorum, in penul. char. in versicu. insuper quæro vbi dicit, quod licet Barto. in locis supra allegatis loquatur quando quis submittit se ad torturam priuati, idem tamē est si subiiciatur iudici quia tali casu iudex esset vt priuatus, & ideo iudex non esset excusatus

excusatus si virtute talis conuentionis torqueret sine indiciis. Sed certe non videtur torqueri absque indiciis ex quo alter positus fuit ad torturam, & cum tormentis confirmauit quod prius dixerat. † nam etiam vnum indiciũ sufficit arbitrio iudicis, vt 10
not. Bar. in l. fi. colum. iii. versi. sed quæro vtrum supra de qõnibus. Et prędicta procedũt in criminalibus. In ciuilibus uero nõ deueniur ad torturã in liberis hominibus l. diuus Pius de quæstionibus vbi Bar. & ideo talis conuentio non valeret.

Vltimo dictum est, † quod iniuria non fit volenti, verum 11
est quod ille qui consentit, agere non potest. Sed per hoc non tollitur quo minus iudex pro interesse publico agere possit, vt no. Barto. in d. l. j. §. vsque adeo in prin. de iniur. pe. l. qui cæ. tu. §. qui vacantem supra de vi publi. & l. iurisgentium. §. si paciscar supra de pactis. & idem Barto. in l. inter omnes. §. recte in versi. iuxta hoc quæro supra de fur. cum simi. vt tradit Ange. Are. in §. j. instit. de oblig. quæ ex delict. nascunt. in glo. in verbo fraudulose. Sed ista conclusio non videtur transire sine dubio, quia ex quo ille consentiendo videtur tollere ꝙ non sit delictum, nõ videtur quod reipublicę aliquod ius acquiratur, quia aliquod delictum non videtur commissum.

## In l. Quod quis. Argumenta.

1 *Seruus manumissus nouus homo dicitur.*

2 *Liberto neque nocet, neque etiam prodest, quod fecit dum seruus esset.*

## REGVLA CLXXXVIII.

*QVOD quis cum seruus esset, egerit proficere libero facto non potest.*

SERVVS manumissus † nouus homo reputatur l. qui 1
res. §. aream. de solut. † & ideo factum ab eo in seruitute illi libe 2
ro facto non prodest, neque nocet. quod non prosit, dicitur hic. Et limitatur vt in glo. & per Azonem in summa. C. an seruus ex suo facto Bald. in l. i. C. eo. tit.

*SEMPER generalibus specialia insunt.*

De hoc regula supra in regula, in toto.

## In l. Cuius effectus. Argumenta.

1 *Argumentum de toto ad partem, est in iure ualidum, & nu. 3. & 6.*

2 *Argumentum ualet in tempore de toto ad partem.*

3 *Demonstratio falsa quando uitiat actum.*

Argu-

4 *Argumentum de toto ad partem non ualet, quando lex differentiam fecit inter totum & partem.*

5 *Fiscus rem alienã nõ põt alienare totam, licet partem possit.*

6 *Papa non ualens totum tollere, partem poterit quandoque.*

## REGVLA CLXXXIX.

*CVIVS effectus omnibus prodest, eius & partes ad uniuersos pertinent.*

1 VIDETVR in effectu colligi† argumentum de toto ad partem, prout habetur in l. quæ de tota supra de rei vend. & in l. qui scit. in prin. supra de vsur. cum simi. allegatis ibi in glo. & in l. an pars & ibi Bar. supra pro derelicto. in l. qui sine
2 vbi Bar. supra de condi. sine causa † sic etiam in tempore [a] de
a toto ad partem arguitur l. si cui in prin. in versi. proinde & ibi Bald. de lega. i. & facit tex. in l. tres tutores, & ibi Bar. in primo. notab. supra de administ. tut. & pro regula etiam est tex. in c. pastoralis. §. item cum in totum de offi. dele. vbi glo.

Et ista regula procedit in toto integrali vniuersali & generali, vt no. Bald. in l. conuenticulum colum. ij. C. de episc. & cleri. & procedit etiam in exceptione, vt not. Bald. in l. ij. in fin. C.
3 de non nu. pec. vbi per illum text. dicit, † quod etiam in exceptionibus habet locum argumentum de toto ad partem.

Et regula procedit in diuiduis. Secus est in indiuiduis, vt no. Bar. per illum tex. in l. per fundum supra de seruit. rusti. prædi. & idem Barto. in l. qui sine. ff. de condict. sine causa. vbi allegat l. in executione. §. pro parte. de uerbo. oblig. & Alber. in d. l. quæ de tota.

4 Secundo † regula fallit in falsa demonstratione, quæ si in totum falsa sit, non vitiat l. demonstratio falsa de conditi. & demonstrat. tamen in parte falsa sit, vitiatur legatum vt no. Alex. post Cum. in l. serui electione §. fi. in fi. de leg. i.

5 Tertio † regula non habet locum quando lex expresse facit differentiam inter totum & partem vt probatur in l. si dictum §. in stipulatione supra de euict. vbi de euictione agitur si homo in totum euincatur, secus si pro parte. Et fiscus rem alienã in totum alienare non potest secus si pro parte aliena sit l. i. C. de vendi. rer. fisc. lib. x. quia in dictis casibus lex expresse constituit differentiam inter totum & partem. & ita videtur procedere quod supra dictum est de indiuiduis.

6 Quarto regula procedit vbi est eadem ratio, secus si diuersa ratio sit inter totum & partem, vt no. per glo. in l. qui hominem in prin. supra de solu. in clemen. fin. in versiculo defensor. de reb. eccles. non alie. & not. Abb. in d. capitulo pastoralis. §. item cum in totum in fin. & idem Barto. dicit in l. iurisgentium. §. adeo in penulti. opposi. supra de pact. & Alber. idem conclu-

dit

a Tẽpore. Intellige in materia fauorabili secus in materia stricta. Item etiã quando est eadem ratio. ita Ias. ibi in d. l. si cui. iii. colũ. 4. in iii. not.

dit in d.l.quæ de toto.& in ver. argumentū.in D ctionario.vt no.Aret.in consi.clxviij.diligenter.col.iij.ver.non obstat argu. Et sub ista limitatione omnes aliæ reduci possunt & ideo † in Papa non valet nisi argumentum. In totum tollere non pôt,ergo nec pro parte nisi in his quæ sunt de iure diuino, quia non est eadem ratio,vt ex pluribus Feli. deducit in c.fin.col.fin.de maior.& obed. 9

## In l.Ex qua persona. Argumenta.

1 *Hæres lucrum habens a defuncto,non debet contrauenire ipsius facto*

2 *Hæres q̄ inuētariū cōfecit facto defūcti cōtrauenire poterit*

3 *Factū eius ꝑsonæ debet quis approbare,ex qua lucrū capit*

4 *Clerici statutis laicorum qualiter debeant.*

### REGVLA CXC.

*Ex qua persona quis lucrum capit, eius factū præstare debet.*

CONCORDAT l.cum a matre.C.de rei vend.vbi † hæres qui habet locum ex persona defuncti,eius facto contrauenire non debet.ad idem tex. in l. si ab eo.C. de neg. gest. in l.vxor.C.de bo.auth.iud.possi.in l.si tertius.§.fin.de aqua plu. arc. Et secundum istam regulam arguit Pau. de Cast. in consil. xvii.in causa quæ vertitur.col iii.Fulg.consil.lxvii.paterfamilias.col.ij.Cuman.in consi.xxxiij.quidam Rom.in consi.xvii. visa facti narratione.col.fi.§. dixi in consi. clxxxiiij. in fi. 1

Et ista regula limitatur non procedere † quando hæres facit inuentarium, quia tunc contrauenire potest. vt no. Bald. in l. qui se patris. col.x. versi.item quæritur.C.vnde liberi. de quo dicto Alex.variauit in cōs.xix.super eo.col.iiij.lib.v. & i cōs. xxviii.in causa & lite. colū.pen.libr.v.& late dixi in consilio clxxxv.in prin.col.pen. 2

Et quod dictum est de inuentario, videtur intelligendū quando hæredi nihil remaneret de bonis defuncti,vt no.dicit Imol. in cap.ex parte.colum.viii.versi.sed aduerte,quia Iaco.de Bel. de feud.

Et regula etiam limitatur.vt per Alex.in consi.cvii. viso processu lib.iiii.col.i.& ii.& in consi.xviij.attentis narratis.in ii. dubio libr.v. & per Bald. in consi.ccxv.proponitur. libr.ii.& Bald.in l.ii in fi.C.de inoffi.do.& etiam Imo,in d.c. ex parte. col.viii.in alio versi.seq.

Sed aduerte,quia mirum videtur. Fran.de Cur. in cōsi.j.in fi. † Et ad text. hic dum dicitur, quod quis debet approbare factum eius personę ex qua lucrum capit,facit tex.in l.Pompo- 3

nius.§.

tius. §. cum quis. ff. de acqui. poss. vbi dicitur, quod si quis vtitur adminiculo ex persona alterius, cum sua causa & suis vitijs vti debet. & facit text. in l. secundum naturam supra eod. cum simi. 4 vt dixi ibi. † & ideo quando clerici vtuntur statutis laicorum, eo modo quo statutum loquitur vti debent, vt not. Bald in l. omni nouatione. C. de sacrosan. eccl. cum simil. & dixi in capitu. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. in fin. char. col. i.

a Et regula ista procedit vbi agitur de lucro,[a] prout loquitur, & quia non potest culpa imputari ex qua lucrum quis consequitur. l. cum in fundo. §. i. & ibi glo. in versi. lucrum supra de iur. dot. in l. nupta. §. i. supra soluto. matrimon. Secus si agatur de dãno, vt not. tradit Petr. de Ancha. in consi. 245. quia quæstio dubitabilis est. colum. fina. & Alexan. in consi. vi. viso processu. col. i. versicu. nec etiam obstat. lib 4. vbi idem dicit, non tamen facit mentionem de consi. Pet. de Ancha.

a Lucro. Imo indistincte, & cõsi. Pet. Anch. nõ est ad propositum, quia non loquitur de cõtraueniendo facto defuncti, sed de exceptione personali, quæ non nocet hęre di certanti de damno vitian.

## REGVLA CXCI.

PAREM *esse conditionẽ oportet eius qui quid possideat vel habeat, atque eius cuius dolo malo factũ sit quo minus possideret vel haberet.*

CONCORDAT cum regula, qui dolo supra eod.

## REGVLA CXCII.

NEMO *damnum facit, nisi qui id facit quod facere ius non habet.*

RESOLVITVR in eo quod dicitur, quod fit lege permittente & c. l. Gracchus. C. de adult., vide quę dixi in d. l. Gracchus.

### In l. Hoc iure vtimur. Argumenta.

1 Vis *alia publica alia priuata.*
2 Vis *priuata in dubio interpretari debet.*
3 Violentia *differt ab actu violenter facto.*

## REGVLA CXCIII.

HOC *iure vtimur, vt quicquid omnino per vim fiat, aut in vis publi. aut vis priua. crimẽ incidat.*

1 VIDE supra in l. quo tutela §. vi factum, eod. titu. † Et secundum istam regu, vis distinguitur, quia alia publica: alia priuata,

priuata, vt per glos. hic. & Azo. in summa, ad legem Iuliam de vi. † & in dubio tamen vbi fit mentio de vi, intelligitur de vi 2
priuata, vt minor sit pœna. l. si præses supra de pœnis. & not. Alex. in l. viro atque vxore. sol. matri. † Et adde differentiam 3
esse inter violentiam, & actū violenter factum, vt tradit Paul. de Cast. in consi. 379 visa inquisitione facta contra Benedictū. & not. quod violentia quando iuridice infertur, non est licitum resistere. vide Pau. de Cast. in consi. 194. viso suprascripto puncto. facit text. in l. seruus. C. de his qui ad eccle. confug. & not. in l. vt vim supra de iustit. & iur.

DEIECIT ꝗ vel iussit, vel mādauit, vel ratū habuit. Rati. n. habito mādato cōparat̄.

DE mandato supra in l. quod iussu. Et de ratihabitione supra l. semper qui non prohibet.

IN contractibus quibus doli prestatio vel bona fides inest, hæres insolidum tenetur.

ISTA regula tangit materiam indiuiduorum quæ altiorē postularet indaginem idem habetur in l. ad ea. §. fina. infra eod.

## In l. Ferè. quibuscunque Argumenta.

Possessio non acquiritur sine animo & corpore, nec etiam amittitur.

### REGVLA CXCIIII.

FERE quibuscunque modis obligamur iisdē in contrarium actis liberamur, quū quibus modis acquirimus, iisdē in cōtrariū actis mittimus. Vt igit̄ nulla possessio, acquiri nisi animo & corpore potest, ita nulla amittitur, nisi in qua vtrūque in contrarium actum est.

PONIT reg. & illationem facit ad regulam, vide dicta supra in l. nihil tam naturale eo. tit. De illatione, quod sicut † nulla possessio acquiritur sine animo & corpore, ita non admittitur, ad idē text. in l. quēadmodū de acquir. pos. Et ista regula ꝓcedit qn̄ in perdenda possessione incipio a corpore, nā tūc et animus requirit̄. secus si ab animo inchoet̄ qa animus solus sufficit l. 3. §. i amittēda de acq. pos. vbi doc. cōiter ita tenēt ibi vidēdum, quia Mod. laborāt, & Soc. ibi pōderat & inducit istū tex. 1

REGV-

REGVLA CXCV.

*CVM par delictũ est duorum, semper oneratur petitor, & melior habetur possessoris causa, sicut fit cum de dolo excipitur petitoris, neque .n. datur talis replicatio petitori, aut si rei quoque in ea dolo actum sit.*

Vide dicta supra in regula, in pari causa eod. tit.

## In §. Illi debet. Argumenta.

1 *Pœnam petere nequit, qui in illam incidit.*
2 *Pacem contrahentes si, postmodum simul ruperint, agere non poterunt.*
3 *Agere volens ad pœnam debet prius pro sua parte implere.*
4 *Petitio pœnæ liquida debet esse.*

*ILLI debet permitti pœnam petere, qui in ipsum incidit.*

1 ET qui incidit † in pœnam illam petere nõ potest, facit tex.
2 in l. cũ pater. §. libertis de leg. ii. & Barto. ibi in fi. infert † quod quando qui contraxerunt pacem, & contrauenerunt & ignoratur quis primo pacem rupit, nullus agere potest. Sed si constaret alterum rupisse, alter qui non incidit in pœnam, agere ad pœnam potuisset, vt Barto. ibi per illum text. concludit. Et ad hoc vide plene dicta per Alexã. in l. semel mora. colum. j. & ij. solut. mat.
3 Et † qui velit agere ad pœnã, debet prius implere pro sua parte no. Ang. consi. 44. fratres seruorum in fi. late tradit Corne. in consi. 354. in causa vertente lib. j. & dixi in l. cum proponas la
4 ij. C. de pactis. † Et liquido debet esse petitio pœnę, vt dixi in §. in pœnalib. infra eod.

REGVLA CXCVI.

*Factũ cuiq; suum nõ aduersario suo nocere dẽt.*

Vide supra in regula non debet.

*NON uidetur uim facere, qui iure suo nititur & ordinaria actione experitur.*

Vide supra in regula nullus videtur dolo facere.

## In §. In pœnalibus. Argumenta.

1 *Pœna nõ cõmittitur ipso iure, qñ aliquid sub pœna p̃cipitur.*
2 *Probatio in pœnis liquida esse debet.*

Pœnales

*3 Penales casus sunt stricti iuris.*
*4 Pœna ex conuentione apposita pro parte ad aliũ partẽ non debet extendi.*
*5 Pœnalia nullo modo sunt extendenda.*
*6 Dispositio pricipalis extendi põt pœne aũt adiecta nõ põt.*
*7 Initium pacti attenditur, vt pœna euitetur.*
*Veditionis nomine quãdo cæteri contractus cõprehendãtur*
*8 Heres hæredis quando non veniat nomine hæredis.*
*9 Pœna locum non habet nisi statuta.*
*10 Extensio fit in pœnis, quatenus proprietas verborũ exigit.*
*11 Pœna extenditur, dum de fraude remouenda agitur.*
*12 Pœna extenditur quandoque ratione reipublicæ.*
*13 Pœna extenditur in æquiparatis.*
*14 Pœna in fauorem ecclesiæ extenditur quandoque.*
*15 Pœna tunc extenditur quãdo ratio extẽdendi exprimitur.*
*16 Pœna extenditur de similibus ad similia.*

## *In pœnalibus causis benignius interpretãdũ est.*

Cum ista regula est regu.in pęnis.eo.tit.in vj.& facit tex.in l.
si præses.in l.intemperatione supra de pęnis.dist.j.in c.Et pœnę
ad istam regulã plura dicta sunt supra in reg.semper in obscuris.
Et ibi dictis adde † quod si præceptũ sit, ꝙ aliquid fiat sub pę- 1
na nõ intelligitur, ꝙ ipso [a] iure pœna cõmittatur. Sed vł quędã a
cõminatio, vt not.per gl.in.c.sicut tuis.de simo.in ver.sub inter-
minatione, & in c.i.in gl.ii.de sagit.in c.i.in gl.pe.de eo qui fur.
ord.suscep.& in reg.in pęnis.eo.ti.in vi. & in c.cũ esses.in gl.fi.
de test.& ista est cõis opi.vt dicit Imo.ĩ c.i.de loca.col.ii.ĩ ver.
& aduerte.& ibi rationem adducit per istam regulam,quia cum
agatur de pęna mitior interpretatio fieri debet,per istam regulã.
& idem tradit Ioan.de Ana.in d.c.i.de sagit.col.pen.

a Ipso. Alexã. consi.cxxiiii.in prin.lib.i.

Sic etiam † in pœnis liquida [b] debet esse probatio vt pœna 2
committatur.vt nõ.Bal.in c.i.col.fi.quali.domi.propr.feu.priue. b
vbi alle.tex.in l.testamento.la i.de cõdi.& demon.& no.etiam
Bal in l.cum proponas col.fin.C.de hære insti. † vbi inquit, ꝙ 3
casus pęnales sunt stricti iuris, & non recipiunt interpretationẽ
extensiuam per illum text.in d.l.in testamento.

b Liquida.De. rubri. de proba. col.penul.consi. ccxc.col.ii. Alexã.cõs.xxxiii. col.i.lib.ii.

Et in pœnis,quia liquida,& plena probatio requiritur,nũquã
iuramentum defertur in defectum probationis,vt not.Bald.dicit
in l.i.col.ii.ver.ex hoc patet.C.de his quę pœnę nomi.
Et † odio pœnæ si pœna ex conuentione pro vna parte sit 4
apposita,ad aliam partem non extenditur,vt no.Bald.concludit
in d.capitu.i.colum.i.versic, & sume hic argumentum, qualiter

domi.

domi.proprie.priue.feu.& idem in testatore,quia substitutio quę alia extenditur de vno casu ad alium,non habet locum si pœna apponatur, vt not.Barto.in l.pater seuerinam.in princ.per illum tex de condi.& demonstra. Et odio pœnæ a persona non receditur, vt no.Car.in l.mulcta.de condi.& demonst.& Bald.in d.l.j.in iij.oppo.C.de his quæ pœnę nomine.

5 Et pœna quia odiosa est, † si in vno capitulo apponatur,non
a videtur in alio repetita, [a] vt not.Bar.in l.testamento supra alle. in prin.& idem Bald.in l.cum pater.§.pater certam.de leg.ij.& ad idem est gl.in cle.ij.in verb.sanctioni. de vita & honest.cle. & in cle.fin.de pęnis in glos.fin.& hoc tamen declarandnm est, vt dixi in cap.ij.requiris. de app.

a Repetita.Etiā in æquiparatis. Ant.But.cap.ad nostram.colū.ij. nume.8.de emp. & vendit. adde Alb.parte.j.statuto.qō.lxx.in fin. Ant.Corset. in sing. ver.additio.

6 Et dato † quod dispositio principalis extendatur, pœna tamen quia odiosa est extendi non debet. vt no.Ioā.And. in c.dispendia.in prin.de rescript.in vj. Domi.ibi col.iii. in ver.no.incidenter. hoc dictum sequitur pro dicto not.do. Abb.in c.j.de locat.col.fin.Domi.in c.si forte.col.ij.in ver.no.incidēter.de elec. in vj.& idem tenet Imol.post Ant.de But.quem ibi refert in c. fin.col.iii.de rescript.de quo inferius dicam.

7 Et in pœnis † vt pœna euitetur attenditur initium.l.quod ait.§.quod ait lex.ff.de adult.vbi Bart.in ii.not.& not.Domi.in c. auaritiæ.in glo.eo ipso.de elect. in vj. & facit quod not.Bart.in l.i.C.de nund.

Et licet nomine venditionis etiam alii contractus comprehēduntur.l.statuliberi.§.Quintus.ff.de statu libe. tamen in materia pœnali stricte accipitur pro contractu venditionis: vt not.Bart. in l.qui duobus supra de fal.in tit.de empt.& vend.§.nunc vidēdum,versic.sed pone.& not.in cap.i.de exceß.prælat.in vi. Et
8 licet † appellatione hæredis veniat hæres hæredis, in l.fina.C. de hæredi. instituen. hoc non habet locum vbi agitur de pęna, vt not.Bald.in dicta l.fin.quæst.xxi.& not.Bar.in l.mulcta.supra de conditio.& demonstra.& dixi in l.qui per successionem. supra eod.titu.

9 Et pęna † non habet locum nisi statuta sit.l.& si quis.§.diuus,ff.de relig. & per illum text.dicit Bald.in l.prima.C.de sacrosanct.eccles.in princip.quod pęnę odiosæ sunt, & non habēt locum nisi in casibus expressis in iure.& quod in pęnis non fiat extensio not.Domi.in capitu.quanquam.de electio.in vi. & in cap.primo.colum.fin.ver.ex his not.de biga.in vi.in cap.si ciuitas in prin.de sentē.excom.in vi. & in cap.i.col.i.de temp.ordi. Et secundum regulam arguit Ange.in consi.c.præmitto.in prin. Cuma.in consi.xli.ad primum in tertio dub.Fulgo.in consi.vii. iam pluribus annis col.pe.

Et regula ista limitatur nō procedere quantum ad vim ver-
10 borum † quia quatenus verborum proprietas significat,fit extensio etiam in pęnis, vt no.Are.in l.cum lege.per illum tex.supra de testa.& idem no.Cal.in consi.i.in tit.de consang. & affi.

Secus si ageretur de lata significatione, quia tunc illa in materia poenali non attenditur vt dixi in regula semper in obscuris supra eo. dum ibi dictum fuit de poena capitali.

Secundo etiam ibi regula ista limitatur, non habere locum in poena excommunicationis, per cap. pen. de sen. excom. de cuius intellectu dixi in d. regula, semper in obscuris.

Tertio regula fallit † quando agitur de remouendo fraudem, quia tunc etiam in poenalibus fit extensio, ne dispositio elusoria redderetur. c. si ciuitas & ibi. Do. in ij. notab. de sentē. excom. in vi. & ad hoc gl. fi. in , quanquam. de vsur. s in vi. ibi dū inquit, alias facile esset hanc constitutionem eludere, & illam glo. not. Domi. ibi colum. penul. versi. not. bene istam glos. ad idem gloss. in clemen. prima in verbo, sepelire. in fin. de sepulturis & facit tex. in l. fin. §. supra de cal. & in l. sed iul. §. mutui dationem supra ad senatusconsul. Macedo. 11

Quarto fallit † vbi agitur de vtilitate publica, quia tunc etiā in materia poenali extensio fieri debet, ne delictum sit impunitū l. ii. §. exercitium per illum textum, supra de his qui no. infa. & idem no. Bart. in l. quemadmodum in v. not. per illum text. C. de agric. & censi. libr. xi. cum simil. vt dixi in consi. lxv. & idem tradit Roma. in consi. cv. viso themate. col. fin. & Paul. de Cast. in consi. xxiii. viso puncto col. pen. 12

Quinto fallit, † quando duo sunt aequiparata de iure antiquo, quia poena statuta in vno, habebit locum in alio, & ista extensio est facta a lege vt no. Bar. in l si quis seruo. C. de fur. per glo. ibi & in l. vt tantum. ff. de ser. corru. glo. in c. si postquam in glo. fin. de elect. in vj. & in c. de multa. de praeb. & ibi Abb. & debet aequiparatio fieri per viam regulae, vt no. Matth. in trac. extensionis, quem refert & sequitur Ang. Aret. in. §. ius autem ciuile, char. antepen. col. iij. vers tertio fallit. 13

Sexto fallit † vbi agitur de fauore ecclesiae, quia constitutio poenalis extenditur, vt not. per glos. in c. sciant cuncti. & not. ibi Domi.[a] circa fin. in vers. no. primo ex hac glo de elect. in v . & no. Abb. in c. nihil. col. antepen. de elec. in versi. secundo principaliter potest responderi. Et eodem modo si agatur de fauore fidei, vt no. Abb. in c. ij. in fi. de diuortijs similiter si agatur de fauore animarū, constitutio poenalis extenditur, vt no. Ioan. And. in cap. ex tenore. & ibi Abb. in ver. not. singulariter, qui fil. sint legiti. not. Barto. in auth. sacramenta puberum. col penul. versi. quaero vtrum, C. si aduer. vend. cum sim. vt Fely. tradit in cap. translato, de constitu. col. fi. & adde Roma. consi. 285. omnia. in fin. Imol. in consi. cxxiij. in causa. colum. ij. Alex. in consi. xlij. super praemisso, lib. j. in fi. 14

[a] Domi. In cōsilio. xxxj. colum. ij.

Septimo fallit † si ratio sit expressa, quia tunc etiam in poenalibus extensio fieri potest, vt no. Alexā. in l. cum mulier. per illum tex. in v. not. ff. sol. mat. & idem Domi. in c. si ciuitas. §. j. in prin. de senten. excommu. in vj. 15

Octauo

26 Octauo generaliter † dici potest, quod etiam vbi agitur de pœna fiat extensio de similibus ad similia ab identitate rationis vt not. Bald. per glo. ibi in l. si quis id quod supra de iuris. om. iudi. & Alex. ibi col. pen. & ad hoc est text. in c. i. §. porro in tit. quę fuit prima causa benefi. amit. & Bald. ibi col. 3. dicit illũ text. esse meliorem de iure. ibi tamen text. ex noua prouisione vlterius procedendo in illo casu videtur statuere, ita quod absque illa noua dispositione aliud fuisset dicendum. Ad. §. porro. respondetur dupliciter. vt per Imol. in l. si vero. §. de viro solũ. 8. sol. matr. tamen pro ista conclusione, quod fiat extensio etiã in pœnalibus sunt glo. tredecim quas allegat Ange. Aret. in. §. ius autẽ ciuile in penult. char. col. 2. de iust. & iur. & ibi etiam duodecim glo. contrarias adducit.

Et pro resolutione recurrendum est ad ea quę scribit Ioan. de Imo. in l. si vero. §. de viro supra solut. matri. Ex cuius dictis firmari potest regula negatiua, ꝙ vbi agitur de pœna, non debet extensio fieri, per tex. cum simi. supra allega.

## In l. Inuitus. Argumenta.

1 *Procurator inuitus nemo constituendus.*
2 *Aduocatus patrocinium suscipere cogitur inuitus.*
3 *Procurator fisci an possit ad officium cogi*
4 *Notarius instrumenta conficere cogi potest.*
5 *Caupo & tabernarius hospites recipere coguntur inuiti.*
6 *Doctor ad consilium præstandum cogi potest.*
7 *Meretrix in lupanari an possit ad coitum cogi.*
8 *Officium necessarium quod dicatur.*

### REGVLA CXCVIII.

INVITVS *nemo cogitur defendere.*

1 Et inuitus † procurator non constituitur. l. inuitus. C. de procur. in l. filiusfamilias. §. inuitus supra de procurato. Et idem in executore, qui inuitus non cogitur officium executoris suscipere, not. Bald. in l. at si quis in ver. credo tamen de relig. supra &
2 not. Card. in clemen. i in 4. q. de testa. † Secus est in aduocato qui cogitur patrocinium suscipere, vt not. Bald. & Salic. post Goffr. in l. inuitus per text. in l. prouidendum. C. de postula. no. per glo. in l. i. §. ait prætor. ff. de postu. in verbo, habebunt & ibi Ang. not. illam glo. Et idem est in procuratoribus qui soliti sunt exercere se in palatijs, qui largo modo dicuntur aduocati, & ita dicunt Fulg. Paul. de Cast. & Alex. in d. l. inuitus, facit tex. in l. i. §. aduocatos supra de var. & extraor. cog.

Et idem est † in procuratore fisci seu reipublicę, secundum 3
Salic. in d. l. inuitus argu. l. hi qui ad ciuilia. C. de appellatio. & in l. si quis magistratus supra de mun. & hono. Et ideo syndicus vniuersitatis cogitur officium suscipere, vt no. Bal. in d. l. filiusfamilias. §. inuitus in prin.

Et idem dicit Ang. in d. §. ait pretor. † in notario qui compel 4
litur instrumenta conficere vt not. Barto. in l. 1. ff. furti aduers. nau. & Bald. in rub. C. de fide instru. colum. 2. versi. sed dubitatur. Idem Host. in summa. de fide instrum. in. §. ex quibus ver. & hi qui. vbi dicit quod si recusat suscipere rogatus, est periurus, & potest priuari officio, & hoc dictũ refert & sequitur Car
dina. in cle. 1. ver. dudum in 13. not. de iureiurand. † Et idem di- 5
cit Angel. in d. §. ait prætor. in caupone, hospite, & tabernario, quia etiam inuitus cogitur hospites recipere & idem not Barto. in d. l. supra furti aduers. naut. & in l. 1. §. 1. supra nautæ, caup. in
l. 1. §. cura carnis. de offic. præfect. vrb. Sic etiam † doctor cogi 6
tur consulere, vt not. per gloss. in l. secunda in verb. consensum. C. de proxi. sacr. scrin. lib. 12. & ibi Bar. & glo. ibi alleg. l. sancimus la. 1. C. de aduoca. diuer. iudi. & Salic. ibidem dicit & idem Barto. in l. proximæ in prin. ff. de his quę in testa. delen. & Ant. de But. in c. si pro debilitate col. 4. de offic. deleg.

Et idem videtur † in meretrice quæ fit in lupanari, & in arti 7
fice, qui tenet signum artis, per rationem quę allegatur in hospite per Barto. in d. l. 1. furti aduer. nau. & Bal. in d. l. filiusfamilias
. §. inuitus concludit in glo. 1. ibi † quod omne officium vtilitate 8
& autoritate publicum, vel vtroque modo publicum, dicitur officium necessarium, & recusari non potest & ad hoc not. glo. ibi, facit tex. in l. munerum. §. iudicandi supra de mune. & hon.

## In §. Cui damus. Argumenta.

1 *Exceptio an semper competat ei, cui & actio.*

2 *Actio & exceptio simul competunt, quando ad eundem finem tendunt & nu. 3. & 4.*

***CVi damus actionem, eidem exceptionem competere multo magis quis dixerit.***

HAEC regula etiam habetur in capitu. qui ad agendum. eod. tit. in sexto. & probatur in l. 1. §. his autem. supra de superficieb. & in l. creditori, in fin. & glo. ibi per illum tex. C. de pact. 1
& secundum reg. arguit Bald. in consi. 285. super eo. col. 2. lib. 4.
Et ista regula procedit † vbi ratio diuersitatis non datur, se- 2
cus est vbi sit ratio diuersitatis, propter quam actio datur & exceptio denegatur, vt not. Abb. post Anto. de But. in capitu. debi 3
tores, per illum tex. de iureiuran. vbi exemplum habetur.

Secundo

2 Secundo principaliter † regula limitatur procedere, & declaratur quando actio, & exceptio tendunt ad eundem finem. quia tunc si actio datur a fortiori exceptio videtur competere, quia in exceptione est reus cuius causa fauorabilior est l. fauorabiliores supra eod. in l. Arrianus supra de actio. & obliga. & quia in exceptione agitur de retentione quæ facilius conceditur l. per retentionem. C. de vsur. l. ij. vbi Bald. in 3. notab. C. de

3 fideicom. † Secus est si exceptio, & actio tendunt ad diuersa, quia tunc exceptio vno respectu. denegatur & tamen actio alio respectu concedi potest, vt not. Innocen. & Hostien. in ca. inter dilectos de excef. prælat. & Abb ibi in fine. & Petr. de Ancha. & Io. de Ana. in cap. accedens colum. prima de accus. Et hoc modo omnia resoluuntur quæ in contrarium allega-

4 ri possunt. † nam in iudicio possessorio recuperandæ possessionis ille qui spoliauit, non potest exceptionem opponere ad impediendum restitutionem posessionis, quia spoliatus ante omnia

a restitui debet.[a] cap. in literis de restit. spolia. l. si quis a se fundum C. vnde vi. Sed facta, restitutione datur sibi actio respectu proprietatis, & sic actio & exceptio diuersa respiciunt, & ita etiam videtur procedere tex. in l. si quis conductionis. C. locati. & hoc modo etiam videtur procedere text. in d. c. debitores, & adde tex. in d. c. indemnitatibus. §. verum & ibi gloss. in verbo facultas de electio. in vj. vbi gloss. dicit esse speciale in monialibus, & regula ista non habet locum. Sed potest responderi. quod ille tex. procedit secundum not. in c, accedens de accusa. & in c. constitutus de appella.

*Cum quis in alicuius locum successerit, nõ est æquũ ei nocere hoc quod aduersus eũ nõ nocuit, in cuius locum successerit.*

De ista regula dictum fuit supra in regu. quod ipsis qui contraxerunt.

*Plerunque emptoris eadẽ causa debet esse circa petẽdũ ac defendẽdũ, quæ fuit autoris.*

De ista regula gloss. hic remittit ad supradicta, in reg. nemo plus iuris.

a Debet. Vide ad istam regu. Soci. in tracta. fallen. in regu. 379. vbi ponit. 12. limitationes & Hippo. de Marsil. qui ponit alias 2. in singula. 11. & in singu. 199. do cto. in l. naturaliter. §. nihil cõmune, de acqir. poss. vbi Bald. posuit 12. limi. qnas refert ibi Alexand. in S. col. cum seq. & Specu in tit. de pet. & pos. §. fi. vbi ponit. 22. fallen. Lanfrã. de Oriano i repet. rub. de cau. pos. & proprie. in 8. col. in fin. vbi ponit 11. fal. & Corse. in tract. fallen. ad reg. spoliatus ante oia &c. vbi ponit. l. fallen. qui trac. est in ii. vol. tract. diuersorum doctorum. H. C.

## In §. Quod cuique. Argumenta.

1 *Beneficium non confertur in inuitum.*

2 *Exigere nequit nec a sponte offerente capere poterit.*

3 *Exactum licite non potest remitti.*

4 *Notarii plus iusto accipientes, merito puniendi,*

5 *Statutum prohibens accipere, non permittit accipi ab eo qui offert sponte.*

*QVOD cuique præstatur, inuito nō tribuitur.*

QVIA beneficium † inuito non datur in regula, inuito supra eod. 1

Et no. d. Bar. hic. qui per gl. infert, quod si notarius priorum non pōt salarium accipere de aliqua scriptura, quod ēt a sponte soluentibus accipere non licet. & ad hoc facit tex. in c. exigit. de censi. in vi. † vbi sicut non potest quis exigere, pariter spōte[a] soluente recipere non licet & gl. ibi in verb. volēte, ad idem facit tex. in c. statutum §. assessorem. in versic. si quis autem: de rescrip. in vi. † vbi quod licite exactum fuit, remitti non pōt. ad idem tex. in clem. nolentes de hære. & ad idem est gl. in l. unica. C. publicæ lætitiæ, vel consul. lib. xii. in versi. accipientem, quæ etiam dicit, quod pari pœna punitur ille qui accipit a sponte dantibus, & ille qui exigit, & illam no. ibi Io. de Pla. & idem no. Bal. per illum tex. in authen. sed hodie. C. de episc. & cle. vbi colligit argumentum, ꝙ † notarij puniuntur si vltra debitum aliquid accipiunt a sponte soluentibus. 2 3 4

a Sponte. Fran. Rip. c. cum M. Ferra. col. 2. de consti. in tract. de Peste. fol. 66 folio, 139.

Et ista conclusio videtur procedere vbi agitur de interesse publico, & in causis a iure expressis, alias secus videtur, quia quædam honeste accipiuntur, quæ inhoneste petuntur, vt dicit tex. in l. i. §. proinde. de varijs & extraord. cog. & gl. in l. ii. circa fi. in verb. sed præstari supra de orig. iur. per illū tex. ibi, hoc non peti, sed præstari solere. & idem gl. in d. c. exigit. de censib. in vi. in d. verbo, voluntate, quę dicit hoc regulariter procedere. & al leg. supra in contrarium habere locum in quibusdam casibus, & ad idem tex. cum gl. xviii. dist. in c. de eulogijs, in gl. fi. & in c. dilectus, el ii. in fi. de simonia.

Item d. Barto. hic videtur procedere, prout ipse loquitur. † quādo statutum prohibet salarium accipere, ista verba generalia sunt, & comprehendunt etiam sponte soluentem. Secus videtur si quis esset prohibitus petere, quia non prohiberetur accipere ab eo qui sponte solueret, dicto cap. dilectus. cum simil. supra alleg. 5

REGVLA CXCVIII.

*AD ea quæ non habēt atrocitatē[b] facinoris vel sceleris, in ijs ignoscitur seruis, siue dominis, siue ijs qui uice dominorum sunt, velut tutoribus & curatoribus obtemperauit.* b

b Atrocitatem. alias non ignoscitur. Ias. cōsil. 236. lib. j.

VIDE dicta supra in l. velle non creditur.

*SEMPER qui dolo fecit quo minus haberet pro eo est habendus ac si haberet.*

VIDE dicta supra, in l. qui dolo.

IN *contractibus successores ex dolo eorum quibus successerunt nõ tantũ in id quod ad eos peruenit, verum etiã insolidum tenẽtur: hoc est ut vnusquisque pro ea parte qua hæres est, conueniatur.*

VIDE dicta supra in l. hoc iure. §. fin.

## L. Quoties nihil. Argumenta.

1 *Præiudiciale minus in dubio eligi debet.*
2 *Appellatio non præsumitur deserta in dubio.*
3 *Appellatio admittenda videtur in dubio.*

### REGVLA CXCIX.

QVOTIES *nihil sine captione ĩuestigari potest: eligendum est quod minimum habeat iniquitatis.*

VIDE dicta supra in regula, in obscuris. & adde regulam quam tradit Pau. de Cast. in l. j. ff. si quis cau. per illum textum.
1 † q in dubio eligi debet quod sit minus præiudiciale. vnde in-
2 fert, † q in dubio pronuntiandum sit appellationem non esse de-
3 sertam, & pari ratione † in dubio est pronuntiandum appellatio-
4 nem admittendam.[a] & no. per glo. in c. vt debitus. de appel. cũ simil. vt dixi ibi.

Et ad reg. hic faciunt iura quæ dicunt de duobus malis minus esse eligendum l. si procurator rei. & ibi glo. supra de excep. doli. cum simi. alleg. in glo. hic. & in c. i. 13. dist. in prin. & in c. ii. in fi. ead. distin. & glo. ibi in versi. minimus. alleg. istum tex. & ad idem tex. in c. non solum xxxiij. quæstio. iiii. & glo. ibi similiter allegat istum textum.

a Admittendã. Dec. c. de priore. de appel. cõs. 355. Alexand. consi. 139. nu. 7. lib. vij.

### REGVLA CC.

OMNIA *q̃ ex testamẽto proficiscunt, ita statũ euẽtus capiũt, si initiũ sine uitio ceperĩt.*

VDE dicta supra in regula, quod ab initio.

## In l. Omnis definitio. Argumenta.

1 *Definitio rei definitæ substantialia debet ponere.*
2 *Definitio bona censetur, quæ cum suo definito conuertitur.*
3 *Causa non bene definitur per effectum.*

### REGVLA CCI.

OMNIS *definitio in iure ciuili periculosa, est parum*[b] *est enim ut non subuerti possit.*

b Parum. Budæus legendum censuit rarum. et sequitur Gre. Halo. Sed Ioan. Ferra. Mãt. hic eam literam recte tuetur: vt sit sensus, nõ quod vix vlla regula vlla definitio cõstitui, aut stare possit in iure: sed q nisi circũspecti simus, parũ sit (hoc est) non multum desit, quin subuerti queat.

GLOS. intelligit oĩs definitio, ꝑ reg. sed capiẽdo definitionẽ vt verba sonant, dicẽdũ est, vt no. Bar. in l. i. col. i. supra de testa. † ꝙ definitio debet ponere substantialia rei definitæ. & 1
per hoc debet continere genus sub quo res est definita.

Item debet continere differentias, vt appareat quod res definita differt ab aliis speciebus contentis sub illo genere, vt patet in d. l. i. de testa. & in aliis definitionibus, & idem Bal. in l. cũ quis col. ij. C. de iuris & fac. igno. & in rub. C. qui admit. col. ii.

† Et illa est bona definitio quæ conuertitur cum definito l. ij. 2
§. dolum vbi Bar. ff. de dolo. & ad idem est tex. in l. mortis causa capitur. in prin. ff. de dona. causa mort. in l. Quintus la. ii. in. §. cum aurum supra de auro & arg. leg.

† Et non est bona definitio causa definitur per effectum, vt 3
no. Bar. in l. j. in prin. col. 7. supra de appel. quod dictum declaratur vt dixi in rub. de probat. col. 5.

Et propter hoc dicitur hic, quod definitio est periculosa in iure, quia difficile est explicare quiditatẽ essentiam rei definite secundũ ꝙ philosophi veram definitionem perscrutantur, considerando quiditatẽ & essentiam rei definitæ.

Sed secundum Legistas videtur quod definitio non sit ita periculosa, quia dato quod quiditas & essentia rei non exprimatur, satis est definitionem constare ex genere & differentiis, iõ quandoque res definitur considerando rem prout est in fieri l. libertas. §. seruitus de statu homi. & in l. v. §. stipulatio, de verbo. obl. & dixi in d. rub. de probatio. col. iiij.

## In l. Quod quis. Argumenta.

1 *Procurator pœnam recuperare non debet, quam ob suum passus est delictum.*

2 *Victus quando expensas uictori non teneatur.*

3 *Fideiussor quas culpa sua soluit usuras, a prĩcipali ñ repe*(tet.

### REGVLA CCII.

*QVOD quis ex culpa sua damnum sentit nõ intelligitur damnum sentire.*

EADEM regula habetur in regula, damnũ eo. tit. in vj.

Et vltra glo. hic facit tex. in l. qui proprio. §. item supra de procur. vbi dicitur, quod † procurator pęnam quam ex suo delicto passus est, recuperare non debet, ad idem tex. in l. si cõmunis familia supra de noxa. in l. inter cohæredes. §. ꝙ ex facto supra famil. ercisc. cum si. vt per Dy. in d. reg. damnum. 1

Et per iura prædicta infert Alber. hic, ꝙ victus non tenetur victori ad expensas in quibus condemnatus fuit propter eius contumaciam, quia culpa sua habuit illud damnum. & idem dicit Specul. in titulo de expen. §. nunc de expensis versiculo cęte 2

rum,

rum,& idem Barto.in l. si pignore supra de pig.act. Abb.in capitulo finem litibus de dolo & cont.col.vi.versi insuper quero. & not.Imol.per illum tex.in l.damni infecti quidam.§.cum parietem in prin.supra de damno infecto.

3 Eodem modo infert Alber. hic,† ꝙ fideiussor non poterit repetere a principali vsuras quas soluit culpa sua, eo casu quo illas soluere non cogebatur, in quo late disputando insistit,de quo videndum est quod Alex, scribit consilio 219, quoniam in quæstio,lib,ii,

## REGVLA CCIII.

*Minus est actionem habere, quam rem.*

ISTA regula declarata fuit supra in regula qui actionem,vbi videndum est.

## In l.Plerunque. Argumenta.

1 *Status de præsenti quare debeat attendi.*

*Legatum sub conditione an posit alienari.*

2 *Vẽditio de p̃senti pura dicitur licet sub cõditione posit resolui*

3 *Sententia quando conditionalis dicatur.*

4 *Confesio debitoris quando dicatur certa de præsenti.*

## REGVLA CCIIII.

PLERVNQVE *fit,ut etiã ea quæ a nobis possunt abire,perinde ĩ eo statu sint,atq; si nõ essent eius conditionis,vt abire posint. & ideo ꝙ fisco obligamus,& uẽdicare interdũ, & alienare,& seruitutem prædio imponere possumus.*

1 NOTO quod † status de præsenti consideratur, nec attenditur, ꝙ status qui est de præsenti resolui posit , vnde res legata sub conditione,cum interim sit hæres, alienari potest. l. fi.§.sed quia.C.communia de leg.& no.per gl.

2 Et adde tex.in l.ii.supra de in diem addict.†vbi venditio de præsenti est pura,licet sub conditione resolui posit, ad idẽ tex. in l.hæc venditio.§.fi.de contrahen. emp.vbi venditio fuit facta pro centum. & quanti plurimi postea repertum fuerit. interim dicitur certa venditio quæ certum habet pretium, licet illud alterari in futurum posit.

Et ad hoc facit no. quæstio quam tradit Bar.in l.Iulianus.in fin de condict.indeb. vbi concludit , quod facta reformatione quod omnes repræsaliæ debeant reuideri , & quæ fuerint reprobatæ non valeant, interim executio, fieri potest , licet in

futurum possent reuocari, & idem in simili casu no. Barto. in l. iudex postquam supra de re iudi. in fin. † de iudice qui condemnauit reum in certa quantitate, addita clausula, plus & minus secundum formam statutorum, nam talis sententia non est conditionalis, sed resoluenda sub conditione d. l. ii. de in diem addict. & sic de praesenti est certa, & idem Bal in rub. C. de posi. in vi. q. † vbi inquit, si mercator scribit se debitorem in x. ex causa depositi & plus & minus prout in libro rationum cōtinetur ista confessio dicitur certa de praesenti, per l. publica. §. fina. ff. depo. si. & quod ibi Bar. 3 4

Quae omnia dicta confirmantur per istam regulam quae secundum glo. intelligitur, quod dispositio considerato praesenti statu fieri possit cum sua causa & cum illa conditione resolutiua l. si debitor. C. de distr. pig. & ad hoc facit quia resolutio iure datoris resoluitur ius acceptoris l. lex vectigali supra de pigno. not. Bald. in cap. j. in consi. ix. de alie. feu. Imo. in consi. viii. in casu praemisso col. pen. Alex. cons. xxxviii. consideratis his col. ii. lib. ii. in consi. clxxii. viso themate. col. iii. eo. lib. in consil. xj. ponderatis his col. xi. lib iii. Bal. cons. ccclxxxi. Massiolus lib. j. Soc. cons. lxxxv. viso compromisso col. pen.

## In l. Iure naturae. Argumenta.

1 *Lucrum quaerens ex aliena iactura, in dolo esse p̄sumitur. Pupillus obligatur in eo, quo locupletior factus est.*

2 *Ecclesia etiam obligatur, si locupletior efficiatur.*

3 *Statutum tollens exceptionem locum non habet si quis lucretur cum iactura alterius.*

4 *Exceptio non numeratae pecuniae, quando opponi possit de iure canonico.*

5 *Debitor etiam post biennium probare potest, pecuniam se non recepisse.*

6 *Iure suo priuari potest ob publicam vtilitatem.*

IVRE *naturae aequum est, neminē cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorem.*

HAEC regula habetur in l. nam hoc natura de condic. indeb. & in reg. locupletari eo tit. in vi. Et licet tex. hic copulatiue loquatur, text. in d. reg. locupletari. loquitur alternatiue & sic sufficit, quod alterum verificetur l. cum pupillus de condi. & demon. c. inter caeteras de rescr.

Et pro regula facit tex. in l. si quis mancipiis. §. fi. ff. de insti. vbi dicitur, † quod dolo malo facere dicitur, qui ex aliena iactura lucrum quaerit. 1

Et ista ratione etiam pupillus obligatur in eo in quo factus sit locupletior. l. i. §. i. in fi. ff. de auth. tuto. & in . §. sin autem, instit. quib. alie. licet. & in l. fi. C. de vsuc. pro emp.

2 Et pari ratione † etiam obligatur ecclesia, si facta sit locupletior, vt no. per glo. & ibi Bar. in auth. qui res. in ver. eum. C. de sacrosan. eccle. Bal. in l. iubemus §. fine. in princi. C. de sac. san. eccl. in l. si prædium. C. de præ. l. mino. Abb. in c. si quis presby. in fi. de reb. eccl. non alien. Alex. consi. iiij. viso processu, col. j. in fi. lib. iiij. And. Siculus in cons. xl. col. x. lib. j.

3 Et hac ratione † si statutum tollit exceptionem, non habet locum, si contingat alium lucrari cum iactura alterius: quia tali casu officium iudicis potest implorari, vt not. Bart. in l. plane. in fine. ff. de peti. hæred. Abb. in c. ex parte. el ij. de offi. deleg. cum simi. vt dixi ibi post Moder.

Et hac ratione iudex ne quis lucretur cum iactura alterius, mouetur etiam ad priuatam vtilitatem, vt not. Abb. post alios in c. ad nostram. col. ij. de iureiur.

4 Et eadem ratione cōcludit Dy. in d. reg. locupletari. in fi. † quod
a de æquitate canonica [a] exceptio non numeratæ pecuniæ potest
b opponi etiam post biennium. [b] & not. Bal. in l. si ex cautione. in ix. q. in l. in contractibus, in prin. C. de non nu. pecu.

Sed tamen idē videtur de iure ciuili, quia militat ratio regulę ne creditor lucretur cum iactura debitoris.

5 † Et hoc si ipse debitor probet se pecuniam non recepisse, quia pōt probare ēt post bienniū, vt no. per gl. in l. in cōtractib. in prin. in ver. nullo modo. C. de non nu. pecu. cū simi. vt tradit Alexā. consi. clviii. in cā & lite. col. pen. libr. ii. de quo videndū est quod scribit Fel. in c. si cautio. de fi. instr. in iiii. charta.

Et regula limitatur non procedere ex cā, prout in vsucapione seu præscripto. glo. dicit, & in d. l. nam hoc natura. & in d. regula, locupletari.

6 † Et in casibus in quibus quis priuatur iure suo propter vtilitatem publicam, vt in l. item si verberatum §. item si ager. ff. de rei vendica. & in l. Lucius. ff. de euict. in l. venditor. §. si constat, supra commu. prædi. cum si. vt no. in c. quę in ecclesiarum, de constit. & in l. ii. C. si contra ius.

Et idem est in eo qui in alieno ædificat, vt in . §. ex diuerso. instit. de rer. diui. & in l. si is contra quem. C. de ædifi. priuat. nā imputatur illi qui in alieno solo scienter ædificauit, vt per Dy. in d. regu. locupletari. Et quando quis dicatur locupletior, dixi supra in regula, ex pœnalibus causis, supra eo.

a Canonica. Hæc est magis cōis opinio, de qua vide satis late addit. Dy. in reg. locupletari, hic allega. super ver. biennium, sed vltra ea quæ ipse alleg. vide Ias. in l. cū quis. C. de iur. & fac. igno. col. 8. in princi. versicu. sed hic moneo, vbi tenet contra Dy. & communē. H. C.

b Biennium. Probando semper opponi potest. alioquin nō seruatur in regno Franciæ.

## In l. Res iudicata. Argumenta.

1 *Res iudicata proprie tunc dicitur quando appellari non potest, quæ tunc pro ueritate habetur. & nu. 2.*

Rescri-

3 *Rescriptum principis nil potest contra sententiam, quia transiuit in rem iudicatam.*

4 *Rei iudicatæ renuntiari potest.*

a Dicitur. Ad. de Ias. in l.j.supra de re iud.

b Veritate. L. ingenuũ. de statu hom. Amplia etiam cum inique decernit. l. pe. de iust. & iure. l. seruo inuito. §. cum prætor. ad Treb. l. sed si contra, in princip. de libe. agnosc. etiam in his quæ sunt iuris naturalis. qa naturæ cõparat̃ l.j. in fi. cũ l. seq. de lib. agnosc. l. quotiescunque, de decur. lib. x. C. vbi tex. comparat hæc duo, naturã & originem, vel iudicium inter partes latum. & ait gloss. in l. si non sortẽ §. hæredi. de condi. indeb. quod iudices faciunt de non iure ius, & ente non ens. Limita per not. Bart. & Alex. in l. Iulianus verum debitorem. de cõd. indeb. & in l. 4. §. condemnatũ. col. j. de re iudi. & ibi Ias. col. j. & in l. ij. §. i. co. v. sol. mat.

## REGVLA CCVI.

*Res iudicata pro veritate accipitur.*

QVIA regula loquitur de re iudicata. Notandum est † ꝙ 1
res iudicata dicitur [a] proprie, quando appellari non potest, vt a
not. per gl. in c. non solum, in verbo innouata. de appel. in vi. & Domi. ibi, in prin. d. c. non solum. in fi. no. illam gl. ad statuta quę de iudicato loquuntur. & no. Bar. in rub. de re iudi. Abb. in rub. de re iudi. facit text. in c. dilecti, in fin. de electio. in cap. quod ad consultationem, de re iudica. in l. eleganter. §. si quid post. ff. de condict. indebi.

Et in not. casu Ro. tradit in consi. 334. circa primum. col. ii. & Alexan. consi. 94. in causa & lite, in prin. lib. ii. vbi propter hoc concludit, ꝙ licet dicatur non obstante priori sententia, non per hoc videtur esse derogatum rei iudicatæ.

Et talis res iudicata pro veritate [b] habetur, vt hic. † Et ideo b
sententia lata contra rem iudicatam non valet. l. i. C. quãdo pro- 2
uocare non est neces. & † rescriptum principis non valet contra 3
sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam. l. fi. C. senten. rescin. non posse. l. causas vel lites. C. de transact. & bonus tex. in c. exposita. de arbit.

Et hoc intelligitur nisi præcise constaret de mente principis, ꝙ voluisset derogare rei iudicatæ: quia potest. cum illud sit ius quæsitum de iure ciuili: vt no. Bal. in l. fi. col. ii. in ver. sed immediate opponitur. C. senten. rescin. nõ posse. Ang. in l. Lucius. ff. de euict. Paul. de Cast. in l. cum hæredes, de acq. poss. cum si. vt tradunt Moder. in c. quæ in ecclesiarũ, de const. & dixi ibi col. xi. & hoc modo regula limitatur.

Secundo † regula fallit, si renunciatum sit rei iudicatæ, quia 4
illi renuntiari potest, & valet renunciatio. l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact. Et non solum expresse, sed etiam tacite renunciari potest, quia si quis fuit admissus ad probandum de iniquitate sententiæ, & ita probatum fuit, parte non opponente iudex debet primam sententiam, quæ transiuerat in rem iudicatam, reuocare. vt not. voluit Innocen in c. cum dilecta. de rescriptis. in c. cũ Bertoldus. de re iudic. & sequitur Alex. in l. iudex postquã. col. ii. ver. sexto fallit. de re iudica. & idẽ Alex. consi. lxxvii. in causa & lite. col. fi. lib. ii. & in consi. ccxii. viso in prin. lib. ii. & in consi. ccxii. viso, in prin. lib. ii. & not. Ant. de Butr. in c. quoniam contra. col. fin. & Abb. ibi, de probatio. & idem Anto. in consil. 27. visis, colum. iii. Abb. in consi. lxxxix. in qõne, lib. i. Roma. consi.

consi.clxxxiiij.amplissime doctor,in fin.Aret.consi.lxxiij.diligenter.col.ii.& hoc declaratur,vt dixi in d.c,quoniam cõtrahat,v.versi.quartus casus.

## REGVLA CCVII.

NON *potest videri desiisse habere,qui nunquã habuit.*

DE ista regula dictum fuit in regula, non videtur rem amittere,supra eodem.

## In l.Seruitutem. Argumenta.

1 *Seruus morti assimilatur.*
2 *Seruus pœnæ manumitti non potest.*
3 *Seruus pœnæ est penitus incapax, nec restitutus habilitatur.& nu.* 4
5 *Seruus pœnæ propter delictum nullus efficitur hodie.*

## REGVLA CCVIII.

SERVITVTEM *mortalitati ferè cõparamus.*

1 ET seruitus † morti assimilatur, vt dicit text. in l.intercidit,in fi.de condi.& demon.& in l.cũ hic status.§.si donator. ibi,licet seruitus morti comparetur, & ista regula videtur generaliter procedere siue quis efficiatur seruus pœnæ, prout loquitur text.in d.l intercidit.siue efficiatur seruus alicuius priuati.d. l.cum hic status §.si donator.ad idem text. in l. res vxoris.C. de donat.inter vir.& in l.ex facto §.si quis rogatus. ver.sed si seruus pœnæ, ff.ad Treb.& in l. 1.§. filius qui mortis supra ad Tertul.facit text.in l.qui vltimo supra de pęnis. Alia tñ est dif
2 ferentia † quia seruus pœnæ manumitti nõ potest, vt no.Ioan. And,in c.ita quorundam.de iud.& ibi Abb.in fin.per tex. in l. 2.C.quib.ad libert.proclam.non lic. & hoc dictũ pro singulari tradit Roma.in singul. 676. nullus qui ex suo delicto.
3 Et † seruus pœnæ est omnino incapax l. si, in metallum.ff. de his quæ pro non script.l.si quis mihi bona.§.si quis plane.de acquirend.hęredita.non sit in seruo priuati, quia domino acquiritur l.si patrisfamilias.ff.de hęred.instit.& no.Bar.in l.si co
4 gnatis.de reb.dub. in princip.& ibi propter hoc dicit, † quod seruus pœnę non habilitatur, dato quod restituatur.l. intercidit.in fin. de cond.& demonst. Secus in seruo priuati l. ex facto .§.fin.de vulg.& pup.& 1 mo.ibi sequitur col. ij.quod tamen limitatur & declaratur, vt per Barto.in l.1.§.si filius qui mortis. ff.ad Tertul.

Et quæ

Et quę dicta sunt de seruo pœnę procedunt secundum iura antiqua, hodie † vero propter delictum nullus seruus pœnę efficitur auth.sed hodie.C.de donat.inter virum. 5

Et hoc intelligitur in illis qui viui remanent post condemnationem.puta in deportatis. Secus est in damnatis ad mortem vt not.Barto.in d.auth.sed hodie & in d.l.qui vltimo de pœnis in d.l.si eius.§.si cui de testa.& in l. si quis mihi bona.§.si seruus de acquirend.hęre. & idem Ange.in l. si quis filio.§.irritum.ff. de iniusto rupto.

## In l. Quæ ab initio Argumenta.

1 *Institutio inutilis quando reconualescere possit.*

### REGVLA CCIX.

*QVAE ab initio inutilis fuit institutio, tēporis, tractu conualescere non potest.*

De ista regula dictum fuit generaliter in reg.quod ab initio, supra eod. & quantum ad institutionem de qua specialiter tex. hic loquitur, regula procedit, † quando est defectus in substātialibus. Secus est si defectus sit in accidentialib.q extrinsecus cōtingit, quia tunc confirmatur institutio q̄ a principio fuit nulla. l.qui soluendo la i.vbi Barto.hoc dicit.ff.de hæred.insti.ad idq́ facit text.in l.pignori.ff.eo.tit. 1

1 *Seruus quando possit abesse causa reipublicæ.*
2 *Inhabiles etiam admittuntur quando de vtilitate publica tractatur.*
3 *Inhabiles quo casu ad feudum sint admittendi.*
4 *Accusare potest homicidium etiam aliàs inhabilis, statuto hoc permittente.*
5 *Conuentio inter priuatos facta non attenditur, si de utilitate publica agatur.*
6 *Promittens aliquem non offendere, potest eum bannitum licite offendere*

### REGVLA CCX.

*Seruus, reipublicæ causa abesse non potest.*

ISTA regula videtur procedere prout loquitur † quando abesset titulo honorabili, alias videtur q seruus cum possit 1

esse

esse procurator ad negotia.l. seruum quoque.§.i.supra de procurato.quod etiam pro republica procurator constitui possit, quia officium procuratoris vilissimum est.§.fin.insti. de exce cep.

Et hoc saltem videtur procedere quando non esset alius eque idoneus.arg.leg.generaliter.§.spurios.ff.d decur.& facit tex. in cap.inter quatuor. de relig.dom.b.cum simi. vt dixi in cap.ii.de iudi.col.v.ver.& retenta communi opin.

Immo quod fortius est, videtur quod etiam absolute seruus abesse possit causa reipubli. † quia vbi agitur de vtilitate publica,etiam inhabiles admittuntur.l.si quis in graui.§.vtrum.in versi.hi quoque.ff.ad Silla.vbi Bar.dicit, quod lex vel statutũ quod respicit vtilitatem publicam, non respicit restrictionem de habilitate personæ.

Et ideo si proclamatum sit, † quod quicunque ceperit talem bannitum,habeat castrum in feudum,etiam inhabiles ad feudum tali casu admittuntur, vt Alex.[a] concludit post Guliel.de Cug. in l.si filiusfa.supra si cert.pet. Et si statutum dicat,†quod quilibet admittatur ad accusandum de homicid. etiam alias inhabiles admittuntur,vt not.Bald.in rubri.C. qui accus.colum penul. quæro si statutum,ergo pariter esset dicẽdum, quod seruus propter vtilitatem public.causa reipubli.abesse possit,nisi dicamus hoc non procedere in officio honorabili legationis vel quia ita specialiter hic expressum sit. vel dicamus, vt dixi in dicta l.filiusfamilias. quod inhabiles non admittuntur,& patet, qa multi sunt inhabiles ad accusandum.l. senatusconsulto,l.non prohibẽtur.C.qui accusa. non poss.in l.prima in l. qui accusare supra de accusatio.

Et non obstat text.in d.l.si quis in graui.§. vtrum. quia non probat illud quod Barto. & docto. dicunt quia, loquitur in eo seruo qui alienatus erat cum illa conditione, ne manumitteretur ab emptore,& sic ab homine,[b] merito non habet locũ in manumissione quæ procedit ex dispositione legis secundum senatusconsul. Sillan. quia verba prohibitionis, ne manumittantur ab emptore, non conueniunt manumissioni, quæ inducitur a lege propter vtilitatem publicam, † quia conuentio facta inter priuatos, non attenditur, vbi tractatur de vtilitate publica,vt not. Barto. in l. qui seruum de verborum obligatione.† de illo qui promisit aliquem non offendere, nam si ille bannitus sit offendendo illum bannitum. non dicitur contra facere, vt latius dixi in dicta.l.si filius familia. Et per illum.§.vtrum non bene infertur ad quæstionem de feudo, quia inhabiles ad feudum erant prohibiti a lege, & per illa verba generalia non videntur habilitari,quia statutum satis operatur in habilibus,ergo debet restringi ad habiles l. vt gradatim.§.& si lege.ff.de mun.& hon. Secus si alias statutum nihil operaretur, & ita videtur procedere,quod no Bal.in d.rub. infra qui accus.& latius dixi in d.l.si filiusfamiliæ,vbi videndum est.

HABE.

[a] Alex. Consi. 35. nu.5. libr.6. Albe. par.ii.statu.q.181. Bald. in tracta. statut. ver.capere.ver. si.castrũ. Iaso.l. i.colũ.iii. C. de sacrosanc. eccle. l.i.§.nuntiatio d oper.no. nunci. Alcia. de verb. sig.lib.i.char.8. Sed nõ puto indistincte verũ.

[b] Homine. Pariter Cur.Iunior consi.i.nu.3. dicit, quod verba generalia nõ restringunt ad habilitatem,quando sunt geminata prolata ab homine, sed nõ est simpliciter verum.

HABETIS, feruentissimi scholares annotationes quasdam
super hoc titu.ff.de regul.iuris quas instantissimis præcibus ve-
stris deuictus coactus fui præcipitato studio absoluere. Et i his
non potui diligentiam maximam adhibere propter onus lectio-
nis quod assidue mihi incūbit. Licet enim multa dicta sint, plu-
ra omissa fuerunt, Polliceor tamen vobis, in maiori otio, si Deo
placuerit, operi imperfecto addere supplementum. ita quod illud
quod nūc in rudi massa æditum est, expolitum magis reddetur.
Scio etiā quod hæc industria mea a plerisque non commendabi-
tur, ex eo qd dici solet, laboriosum esse opus, potius, quā subtile
mihi autē satis erit scholasticis meis aliqua ex parte satisfecisse.
Quibus a me vti de me benemeritis, nihil, qualiscunque meæ fa-
cultatis sit, denegari potest.

Philippus Decius Pisis, Ad laudem Dei omnipotentis.
Amen.

FINIS.

gans dicitur vti defensione vt colligitur ex illa dictione alia, q denotat similitudinem, vt not.in l.si fugitiui.C.de,ser.fug.& in

a Duas, Vbi vi
de Anch. q sin
gulariter loc
tur Hie.Cu.

b Collati
bus. Adde
c.cū olim. d
iudica. & l
in repe.c.in
stra,de rescr
in ij.col.in v
titulus multi
catur, etc.H



Item regula, vt dixi, procedit in actore qui a seipso certificari debet. Secus si facto aduersarij impediatur, quia tunc libellus incertus admittitur, vt dicit Barto,hic per illum text,alleg. in